

AELII SPARTIANI DE VITA HADRIANI IMPERATORIS AD DIACLITIA-  
 NVM AVGVSTVM.

**O**RIGO Imperatoris Hadriani uetustior a picentibus; posterior ab hispanensibus: manat: siquidem Hadria ortos maiores suos apud italiā scipionum temporibus resedisse in libris uitæ suæ Hadrianus ipse commemorat. Hadriano pater Aelius Hadrianus cognomento afer fuit: consobrinus Traiani imperatoris. mater Domitia Paulina Gadibus orta. soror Paulina nupta Seruiano. uxor Sabina. Atauus Marillinus qui primus in sua familia senator populi Romani fuit. Natus est Romæ. i. kal. febr. Vespasiano septies & Tito quinquies consulibus; ac decimo ætatis anno patre orbatu. Vlpium Traianum prætorium tunc consobrinum suum qui postea imperium tenuit: & Celium Tacianum equitem Romanum tutores habuit. Imbutusq; impensius græcis studiis ingenio eius sic ad ea declinat: ut a nonnullis græculus diceretur. Quintodecimo anno ad patriam rediit: ac statim militiam iniiit uenando usq; ad præhensionem studiosus. Quare a Traiano abductus a patria & pro filio habitus: nec multo post decemuir litibus iudicandis datus: atq; inde tribunus secundæ adiutricis legionis creatus. Post hoc in inferiorem Mœsiam translatus extremis iâ Domitiani temporibus ibi a mathematico quodam de futuro imperio id dicitur comperisse: quod a patruo magno Aelio Hadriano peritiam cælestium callente predictum esse compererat. Traiano a Nerua adoptato ad gratulationem exercitus missus Germaniam superiorem translatus est. Ex qua festinans ad Traianum ut prius nunciaret excessum Neruæ a Seruiano sororis uiro qui & sumptibus & ære alieno eius prodito Traiani odium in eum mouit: diu detentus: fractoq; cõsulte uehiculo tardatus pedibus iter faciens eiusdem Seruiani beneficio ad Traianũ ante uenit. Fuitq; in amore Traiani: nec tamen ei per pædagogos pueros: quos Traianus impensius diligebat: Gallo fauente defuit. Quo quidem tempore cõfelicitarietur de imperatoris erga se iudicio uirgilanas sortes consuleret.

- 71) Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ
- 72) Sacra ferens: nosco crines incanaq; menta
- 73) Regis romani: primam qui legibus urbem
- 74) Fundauit curibus paruis & paupere terra
- 75) Missus in imperium magnum: cui deinde subibit.

**S**ors excidit quam alii ex simillimis uersibus ei prouenisse dixerunt. Habuit autem præsumptionem imperii mox futuri ex fano quodam Nicefori Iouis manante respõso quod Apollonius Syrus Platonicus libris suis indidit. Deniq; statim suffragante Sura ad amicitiam Traiani pleniorẽ rediit: nepte per sorore Traiani uxore accepta fauente Plotina Traiano leuiter ut Marius Maximus dicit: uolente quæsturã gessit Traiano quater & Articulio consulibus. In qua cum orationem imperatoris in senatu agrestius pronũcians ritus esset: usq; ad summam peritiam & facundiam latinis operam dedit. Post quæsturam acta senatus curauit: atq; ad bellum dacum Traianum familiaris prosecutus est. Quandoquidem indulgisse uino se dicit Traiani moribus obsequentem: atq; ob hoc se Traiano locupletissime muneratum tribunus plebis factus est Candido & quadrato iterum consulibus: in quo magistratu ad perpetuam tribunitiam potestatem omẽ sibi factum asserit: qd penulas amiserit: quibus uti tribuni plebis pluuia tempore solebant. Imperatores autem nunquam. Vnde hodieq; imperatores sine penulis a togatis uidentur. Secunda expeditione dacica Traianus eum primæ legionis Mineruiæ præposuit: secumq; duxit. Quando quidem multa egregia eius facta claruerunt. Quare adamante gemma quam Traianus a Nerua acceperat: donatus ad spem successionis erectus est. Prætor factus est Subsurano bis & Seruiano iterum consulibus: cum festertium iterum uicies ad ludos edendos a Traiano accepit: legatus postea prætorius in pannoniã inferiorem missus Sarmatas compressit: disciplinam militarem tenuit: procuratores latius euagantes coercuit: ob hoc consul est factus. In quo magistratu & a Sura comperit adoptandum se a Traiano esse: ab amicis Traiani contemni desinit ac negligi. Et defuncto quidem Sura Traiani ei familiaritas creuit causa præcipue orationũ quas pro imperatore dictauerat. Vnus Plotinæ quoq; fauore cuius studio etiam legatus

Aelius hadrianus  
 Traianus  
 Domitia paulina  
 Paulina  
 Seruianus  
 Sabina  
 Marillinus  
 Vespasianus  
 Titus  
 Vlpius traianus  
 Celius tacianus  
 Domiti  
 anj  
 Nerua  
 Gregulus uocabatur hadrianus  
 Decemuir  
 Sortes uirgilianæ

Apollo  
 nius  
 Syrus  
 Sura  
 Plotina  
 Marius maximus  
 Traianus  
 Articulio  
 Candidus  
 Quadrato  
 Subsura  
 Penulus  
 Seruianus  
 Sura  
 Plotina

Nicephori in uis templi  
 Daci bellũ a traiano gestum  
 Cõs.  
 Cõs.  
 Prima legio minorua

*Handwritten notes and signatures at the bottom of the page, including a large flourish and the name 'Sura'.*

expeditionis parthiae tempore destinatus est. Qua quidem tempestate utebatur Hadrianus amicitia **Sosii Papi** & **Pletorii** nepotis ex senatorio ordine. Ex equestri autem **Acciani** tutoris quondam sui: & **Liviani Turbonis** in adoptionis sponsonem uenit. **Palma** & **Celso** inimicis semper suis: & quos postea ipse insecutus est in suspicionem adiectae tyrannidis lapsos: secundo consul fauore **Plotinae** factus totam praesumptionem adoptionis emeruit: corripuisse eum **Traiani** libertos curasse delicatos eisdemq; sepelisse per tempora quibus aula familiarior fuit: opinio multa firmavit. Quinto iduum Augusti legatus Syriae litteras adoptionis accepit: quare & natalem adoptionis celebrari iussit. Tertio iduum earundem quando & natalem imperii statuit celebrandum: excessus ei **Traiani** nunciatus est: frequens sane opinio fuit **Traiano** id animi fuisse: ut **Neratium priscum** non **Hadrianum** successorem relinqueret: multis amicis in hoc consentientibus usq; eo: ut **prisco** aliquando dixerit **Commodo** tibi prouincias: siquid mihi fatale contigerit: & multi quidem dicunt **Traianum** in animo id habuisse: ut exemplo **Alexandri Macedonis** sine certo successore moreretur: multi ad senatum eum orationem uoluisse mittere petiturum: ut siquid ei euenisset principem romanae reip. senatus daret. Additis duntaxat nominibus ex quibus optimum idem senatus eligeret. Nec desunt: qui factione **Plotinae** mortuo iam **Traiano** **Hadrianum** in adoptionem adscitum esse prodiderunt: supposito qui pro **Traiano** fessa uoce loquebatur. Adeptus imperium ad **priscum** se statim morem instituit: & tenendae per orbem terrarum paci operam intendit. Nam deficientibus his nationibus quas **Traianus** subegerat: mauri lacefebant: **sarmatae** bellum inferebant. **Britanni** teneri sub Romana ditione non poterant. **Aegyptus** se ditionibus urgebatur. **Licia** deniq; ac **palestina** rebelles animos efferebant. Quare omnia trans **Euphratem** ac **Tygrim** reliquit. Exemplo ut dicebant: **Catonis**: qui **macedonas** liberos pronunciauit: quia tueri non poterat. **Sarmatos syrim**: quem **Traianus** parthis regem fecerat: quod eum non magni ponderis apud parthos uideret: proximis gentibus regem dedit. Tantum autem statim clementiae studium habuit: ut cum sub primis imperii diebus ab **Actiano** per epistolas esset admonitus: ut & **Bebius Macer** praefectus urbis si reniterentur: eius imperio necaretur. Et **Laberius Maximus** qui suspectus imperio in intula exulabat & **frugi Crassus** neminem laederet. Quamuis **Crassum** postea procurator egressum in insula quali res nouas moliretur: iniussu eius occiderit. Militibus ob auspicia imperii duplicem largitionem dedit. **Lusium** quietum sublatibus mauris quos regebat: quia suspectus imperio fuerat: exarmauit **Martio Turbone** iudaeis compressis ad deprimendum tumultum **Mauritaniae** destinato. Post hoc **Antiochia** digressus est ad inspiciendas reliquias **Traiani** quas **Atrianus**: **Plotia**: & **Mattidia** deferebat. Quibus exceptis & nauis romana dimissis ipse **Antiochiam** regressus praepositoq; **Syriae** **Catilio Seuro** per **Illyricum** Romam uenit: **Traiano** diuinos honores datis ad senatum & quidem accuratissimis litteris postulauit: & cunctis uolentibus meruit ita: ut senatus multa quae **Hadrianus** non postulauerat: in honorem **Traiani** sponte decerneret. Cum ad senatum scriberet: ueniam petiit: quod de imperio suo iudicium senatui non dedisset: salutat scilicet praepropere a militibus imperator: quod esse resp. sine imperatore non posset. Cum triumphum ei senatus qui **Traiano** debitus erat: detulisset recusauit ipse: atq; imaginem **Traiani** curru triumphali uexit: ut optimus imperator ne post mortem quidem triumphum amitteret dignitatem. Patris patriae nomen delatum sibi statim & iterum postea distulit: quod hoc nomen **Augustus** sero meruisset. **Aurum coronarium** Italiae remisit: in prouinciis minuit & quidem difficultatibus aetarii ambitio: ac diligenter expositis. Audito dein tumultu **Sarmatarum** & rex **Alanorum** praemissis exercitibus **Moesiam** petiit. **Martium Turbonem** post **Mauritaniae** praefecturam infulis ornatum **Pannoniae Daciae**q; ad tempus praefecit. Cum rege mox **Alanorum** qui de imminutis stipendiis querebatur: cognito negotio pacem composuit. **Nigrini** insidias quas ille sacrificanti **Hadriano** conscio sibi **lusio** & multis aliis parauerat: cum etiam successorem **Hadrianus** sibi bimet destinasset: euasit. Quare **Palma** **Tracenis**: **Celsus** **Baiis**: **Nigrinus** **Fauentiae**. **Lusius** in itinere senatu iubente inuito **Hadriano**: ut ipse in uita sua dicit: occisi sunt. Vnde statim **Hadrianus** ad refellendam tristissimam de se opinionem: quod occidi passus esset uno tempore quattuor consulares Romam uenit **Dacia** **Turbone** credita titulo aegyptiacae praefecturae quo plus auctoritatis haberet ornato & ad comprimendam de se famam cogiarium duplex praesens populo dedit. Ternis iam per singulos aureis se absente diuisis. In senatu quoq;

Catonis factum nota

Largitio in facu dioces do natiuu uocant

Aureu cononariu

Congrauu populo datum

al. temp. cing.

excusatis quae facta erat: iurauit se nunquam senatorem nisi ex senatus sententia puniturum. Statim cursum fiscalem instituit: ne magistratus hoc onere grauaretur. Ad colligendam autem gratiam nihil praetermittens infinitam pecuniam quae fisco debebatur priuatis debitoribus in urbe atq; Italia. In prouinciis uero etiam ex reliquiis ingentes summas remisit **singraphis** in foro diui **Hadriani** quo magis securitas omnibus roboraretur incensis. **Danatorum** bona in fiscum priuatum redigi uetuit omni summa in aetario publico recepta. Pueris ac puellis quibus etiam **Traianus** alimenta detulerat: incrementum liberalitatis adiecit. Senatoribus qui non uicio suo decoxerat: patrimonium pro liberorum modo senatoriae professionis expleuit: ita ut pleriq; in diem uitae suae dimensum sine dilatione restituerit. Ad honores explendos non solum amicis sed etiam pauperum aliquantis multa largitus est. **Feminas** nonnullas ad sustentandam uitam sumptibus iuuuit. **Gladiatorium** munus per sex dies continuos exhibuit. Et mille feras natali suo edidit. Optimos quoq; de senatu in contubernium imperatoriae maiestatis adsciuuit. **Ludos circenses** praeter natalicios decretos sibi spreuit: & in concione & in senatu saepe dixit: ita se remp. gesturum: ut sciret populi rem esse non propriam. Tertio consules cum ipse ter fuisset: plurimos fecit. Infinitos autem secundi consulatus honore cumulauit. Ipsum autem tertium consulatum & quattuor mensibus tantum egit: & in eo saepe ius dixit. Senatui legitimo cum in urbe uel iuxta urbem esset: semper interfuit. Senatus fastigium in tantum extulit difficile faciens senatores: ut cu **Atutinum** ex praefecto praetorii ornamentis consularibus praeditum faceret senatorem: nihil se amplius habere: quod in eum conferri posset: ostenderit. Equites Romanos nec sine se de senatoribus nec secum iudicare permisit. Erat enim tunc mos: ut cum princeps causas agnosceret: & senatores & equites Romanos in consilium uocaret: sententiam ex omni deliberatione proferret. Execratus est deniq; principes qui munus senatoribus detulissent. **Seruiano** fororis uiro tantum detulit: ut ei uenienti de cubiculo semper occurreret. Tertium consulatum nec secum tamen cum ille bis ante **Hadrianum** fuisset: ne esset secundae sententiae non petenti ac sine precatatione concessit. Inter haec tamen & multas prouincias a **Traiano** acquisitas reliquit: & theatrum quod ille in campo **Martio** posuerat: contra omnium uota destruxit. Et haec quidem eo tristiora uidebantur: quod omnia quae displicere uidisset **Hadrianus** mandata sibi ut faceret decreto a **Traiano** esse simulabat. Cum **Traiani** praefecti sui & quodam tutoris potentia ferre non posset: nisus est eum obtruncare: sed reuocatus est: quia iam quattuor consularium occisorum: quorum quidem necem in **Attiani** consilia refundebat: praemebatur inuidia. Cui cum successorem dare non posset: quia non petebat: id egit: ut peteret atq; ubi primum petiit: in **Turbone** transtulit potestatem. Cum quidem etiam simili alteri praefecto **Septimium** clarum successorem de iit: summotis his a praefectura: quibus debebat imperium: **campaniam** petiit: eiusq; omnia oppida beneficiis & largitionibus subleuauit optimum quoq; amicitias suis iungens. Romae uero praetorium & consulum officia frequentauit: conuiuia amicorum interfuit. Aegros bis ac ter die & nonnullos equites Romanos ac libertinos uisitauit: solatis refouit: consiliis subleuauit: conuiuia suis semper adhibuit. Omnia deniq; ad priuati hominis modum fecit. **Socrui** suae honores praecipuos impendit ludis gladiatoris caeterisq; officiis. Post haec profectus in Gallias omnes **causariis** liberalitatibus subleuauit. Inde in Germaniam transiit paciq; magis quam belli cupidus: militem quae si bellum immineret: exercuit tolerantiae documentis eos imbuens: ipse quoq; inter manipula uitam militarem magistrans cibis etiam castrensibus in propatulo libenter utens: hoc est **larido** caelo: & **posca** exeplo **Scipionis Aemiliani** & **Metelli** & auctoris sui **Traiani**. Multos praenisi nonnullos honoribus donans: ut ferre possent ea: quae asperius iubebat. Siquidem ipse post **Caesarem Octauium** labantem disciplinam incuria superiorum principum retinuit. Ordinatis & officiis & impendiis nunquam passus aliquem a castris iniuste abesse: cum tribunos non fauor militum sed iusticia commedaret: exemplo etiam uirtutis suae caeteros adhortatus: cur etiam uicena milia pedibus armatis ambularet: **tridentia** de castris & **porticus** & **criptas** & **topia** dirueret: uestem humillimam frequenter acciperet: sine auro balteum lumeret: sine gemmis fibulas stringeret: **Capulo** uix eburneo spatam clauderet: aegros milites in hospitibus suis uideret. Locum castris caperet: nulli uitam nisi robusto & bonae famae daret: nec tribunum nisi plena barba faceret: aut eius aetatis quae prudentia & annis tribunatus robur implere: nec patere: ut quicquam tribunum a milite accipere. Delicata omnia

Singraphis Hadriani foru

Decoxerant

Edidit mille feras

Legitimus senatus Ex praefecto praetorii

Atutinum

Seruiano

Septimius clarus

Causarij

Magistrans Scipio Aemiliani Metelli Traiani Posca

Tridentia Porticus Crypte Topia

uite dona batur milites

Conducta militaria

Septicius  
clarus  
Suetonius  
tranquillus  
Sabina

Apis repertus post  
multos annos

Nemausus

Marius  
maximus

Supplicationes

Eleusinia sacra

Agonotheta

Olympi iouis aedes  
athensis

Cordroce

Saracmani

Mutilare genitalia

Castus mons

Pelusium

Pompeius tumultus  
in pelusio

nia undiq; summoueret. Arma postremo eorum suppellectilemq; corrigeret. De militum eti  
am aetatibus iudicabat: nequis aut minor quam uirtus posceret: aut maior quam pateretur  
humanitas. In castris contra morem ueterem uerfaretur. Agebatq; ut sibi semper noti essent  
& eorum numerus sciretur. Laborabat praeterea: ut conducta militaria diligenter agnosce  
ret. Redditus quoq; prouinciales solerter explorans: ut si alicubi quippiam deesset: expleret  
Ante omnes tamen enitebatur: ne quid ociosum uel emeret aliquando: uel pasceret. Ergo  
conuersis regio more militibus Britanniam petiit: in qua multa correxit: murumq; per  
octoginta milia passuum primus duxit: qui barbaros Romanosq; diuideret. Septicio claro  
praefecto praetorii & Suetonio tranquillo epistolarum magistro multisq; aliis quos apud sa  
binam uxorem iniussu eius familiaris se tunc egerant: quam reuerentia domus aulicae po  
stulabat successores dedit. Vxorem etiam ut morosam & asperam dimissurus: ut ipse dice  
bat: si priuatus fuisset. Et erat curiosus non solum domus suae sed etiam amicorum ita: ut p  
frumentarios occulta omnia exploraret: nec aduerterent amici sciri ab imperatore suam ui  
tam prius quam ipse hoc iperator ostenderet. Vnde non iniucundum est rem inserere: ex quo  
constet eum de amicis multa didicisse. Nam cum ad quendam scripsisset uxor sua: quod uo  
luptatibus detentus & lauacris ad se redire nollet: atq; hoc Hadrianus per frumentarios co  
gnouisset: petente illo commeatum: Hadrianus ei lauare & uoluptates exprobrauit. Cui ille  
nom & tibi uxor mea quod & mihi scripsit: Et hoc quidam uitiosissimum putant: atq; h uic  
adiungunt quae de adulterorum amore ac nuptarum adulteriis: quibus Hadrianus laboras  
se dicitur: asserunt iungentes quod ne amicis quidem seruaurent fidem. Compositis in brita  
nia rebus transgressus in Galliam Alexandrina seditione turbatus quae nata est ob Apidem  
qui cum repertus esset post multos annos: turbas inter populos creauit: apud quem debe  
ret locari omnibus studiose certantibus. Per idem tempus in honorem plotinae basilicam  
apud nemausum opere mirabili extruxit. Post haec hispanias petiit: & Terracone hyemauit  
ubi sumptu suo aedem Augusti restituit. Omnibus hispaniis Terraconam in conuentum uo  
catis dilectumq; ioculariter: ut uerba ipsa ponit Marius Maximus: retractatibus italicis uae  
hementissime caeteris prudenter caute consuluit. Quo quidem tempore non sine gloria gra  
uissimum periculum adiit. Apud Terraconem spatians per uiridaria seruo in se hospitiua  
cum gladio furiosus irruente: quem retentum ille ministris accidentibus tradidit: & ubi fu  
riosum esse constitit: medicis curandum dedit in nullo omnino commotus. Per ea tempo  
ra & alias frequentes in plurimis locis in quibus barbari non fluminibus sed limitibus di  
uiduntur stipitibus magnis in modum muralis sepi funditus iactis atq; connexis barbaros  
separauit. Germanis regem constituit: motus mauroreum compressit: & a senatu supplicatio  
nes emeruit. Bellum parthorum per idem tempus in motu tantum fuit: idq; Hadriani col  
loquio repressum est. Post hoc per asiam & insulas ad Achaia nauigauit: & eleusinia sacra  
exemplo Herculis Philippiq; suscepit: multa in athenienses contulit: & pro Agonotheta: re  
sedit & in Achaia quidem etiam illud obseruatum ferunt: quod cum in iactis multi cult  
ros haberent: cum Hadriano nullus armatus ingressus est. Post in Sicilia nauigauit: i qua  
aetnam montem conscendit: ut solis ortum uideret arcus specie ut dicitur uarium. Inde ro  
mam uenit: atq; ex ea in Affricam transit: ac multum beneficiorum prouinciis affricanis at  
tribuit. Nec quisquam fere principum tantum terrarum tam celeriter peragrauit. Denique  
cum post Affricam Romam redisset: statim ad orientem profectus per Athenas iter fecit:  
atq; opera quae apud Athenienses ceperat: dedicauit: ut iouis olympi aedem & aram sibi: eo  
demq; modo per Asiam iter faciens templa sui nominis consecrauit. Deinde a cappadoci  
bus seruitia castris profutura suscepit. Tetrarchas & reges ad amicitiam inuitauit. Inuitato  
etiam Cordroce rege parthorum remissaq; illi filia quam Traianus ceperat: ac promissa tella  
quae eidem capta fuerat. Cumq; ad eum quidam reges uenissent: ita cum his egit: ut eos poe  
niteret: qui uenire noluerunt. Causa speciatim saracmani qui eius inuitationem superbe  
neglexerit. Et circumiens quide prouincias procuratorum & praesides pro factis supplicio af  
fecit ita seuerus: ut accusatores per se crederetur immittere: Antiochenes inter haec ita odio  
habuit: ut Syriam a phoenice separare uoluerit: ne tot ciuitatum metropolis Antiochia dice  
retur. Mouerunt ea tempestate & iudaei bellum quod uetabatur mutilare genitalia. Sed in  
monte Cassio cum uidendi solis ortus gratia nocte ascendisset: imbre orto fulmeni decidis  
noctam uictimarum sacrificanti afflauit. Perfugata Arabia pelusium uenit: & Pompeii tumu

lum magnificentius extruxit. Antinuum suum dum per Nilum nauigat: perdidit: quem Antinous  
muliebriter fleuit: de quo uaria fama est aliis eum deuotum pro Hadriano asserentibus: ali  
is quod & forma eius ostentat & nimia uoluptas Hadriani: & graeci quidem uolente Hadri  
ano eum consecrauerunt. Oracula per eum dari asserentes: quae Hadrianus ipse coposuisse  
iactatur. Fuit enim poematum & litterarum nimium studiosissimus: arithmeticae: geome  
triae: picturae peritissimus. Iam psallendi & cantandi scientiam pra se ferebat. In uoluptati  
bus nimius. Nam & de suis dilectis multa uersibus composuit: amatoria carmina scripsit.  
Idem armorum peritissimus & rei militaris scientissimus. Gladiatoria quoq; arma tractauit  
Idem seuerus: laetus: comis: grauis: lasciuus: cunctator: tenax: liberalis simulator: saeuus: clae  
mens: & semper in omnibus uariis. Amicos ditauit & quidem non petentes: cum petenti  
bus nihil negaret. Idem tamen facile de amicis quicquid infusurrabatur: audiuit. Atq; ideo  
prope cunctos uel amicissimos uel eos quos summis honoribus euexit: postea ut hostium  
loco habuit Attianum & nepotem & Septicium clarum. Nam Eudamonem prius consci  
um imperii ad egestatem perduxit: Polenum & Marcellum ad mortem uoluntariam coe  
git. Heliodorum famosissimis litteris lacepsit. Titianum ut consciu tryannidis & argui  
passus est & proscribi. Vmidium Quadratum & Catulum Seuerum & Turbonem grauius  
insecutus est. Seruium Iororis uirum nonagesimum iam annum agentem: ne sibi superui  
ueret: mori coegit. Liberos deniq; & nonnullos milites insecutus est. Et quanuis esset ora  
tione & uersu promptissimus & in omnibus artibus peritissimus: tamen professores omni  
um artium semper ut doctior risit: contempsit: obtriuuit. Cum his ipsis professoribus & phi  
losophis libris uel carminibus inuicem editis saepe certauit. Et Fauorinus quidem cum uer  
bum eius quoddam ab Hadriano repraehensum esset: atq; ille cessisset: arguentibus amicis  
quod male cederet Hadriano: de uerbo quod idonei auctores usurpassent: risum iucundissi  
mum mouit. Ait enim non recte suaderis familiares: qui non patimini me illum doctiorem  
omnibus credere: qui habet triginta legiones. Famae celebris Hadrianus tam cupidus fuit: ut  
libros uita suae scriptos a se libertis suis litteratis dederit: iubens: ut eos suis nominibus  
publicarent. Nam Phlegontis libri Hadriani esse dicuntur. Catacrianos libros obscuris  
simos Antimachum imitando scripsit. Floro poeta scribenti ad se ego nolo Caesar esse: am  
bulare per Britannos: scythicas pati pruinas: rescripsit. Ego nolo Florus esse ambulare p ta  
bernas latitare per popinas: culices pati rotundos. Amauit praeterea genus dicendi uetustu  
controuersias declamauit. Ciceroni Catonem. Virgilio Ennium. Salustio Cecilium praetu  
lit. Eademq; iactatione de Homero ac Platone iudicauit. Mathesim sic scire sibi uisus est: ut  
fero kalendis ianuariis scripserit: quid ei toto anno posset euenire ita: ut eo anno quo periit  
usq; ad illam horam: qua est mortuus: scripserit: quid acturus esset. Sed quanuis esset in re  
praehendendis musicis: tragicis: comicis: grammaticis: rhetoribus: oratoribus facilis: tamen  
omnes professores & honorauit: & diuites fecit: licet eos quaestibus semper agitauerit.  
Et cum ipse auctor esset: ut multi ab eo tristes recederet: dicebat se grauius ferre: si quem tri  
stem uideret. In summa familiaritate Epictetum & Heliodorum philosophos: & ne nomi  
natim de omnibus dicam: grammaticos rhetores: musicos: geometras: pictores: astrolo  
gos habuit pra caeteris: ut multi asserunt eminente Fauorino: doctores qui professioni suae  
inhabiles uidebantur: ditatos honoratq; a professione dimisit. Quos in priuata uita inimi  
cos habuit: imperator tantum neglexit: ita ut uni quem capitale habuerat: factus imperator  
diceret: euafisti. Is quos ad militiam ipse per se uocauit: equos: mulos: uestes: sumptus: & om  
nem ornatum semper exhibuit. Saturnalia & sigillaria frequenter amicis inopinantibus  
misi: & ipse ab his libenter accepit: & alia inuicem dedit. Ad deprahendas obsonatores  
fraudes cum plurimis sumentibus pasceret: fercula de aliis mensis etiam ultimis quibusq;  
iussit apponi. Omnes reges muneribus suis uicit. Publice frequenter & cum omnibus lauit  
Ex quo ille iocus balnearis innotuit. Nam cum quodam tempore ueteranum quendam no  
tum sibi in militia dorsum & caeteram partem corporis uidiisset atterere: percontatus cur  
se marmoribus destringendum daret: ubi audiuit: hoc iccirco fieri: quod seruum non habe  
ret: & seruis eum donauit & sumptibus. Verum alia die cum plures ienes ad prouocanda li  
beralitem principis pariter & se attererent: euocari eos iussit: & alium ab alio inuicem de  
fricari. Fuit & pleribus iactantissimus amator. Peregrinationis ita cupidus: ut omnia quae le  
gerat de locis orbis terrarum: praesens uellet adducere. Frigora & tempestates ita patienter

Antinous  
In omnibus  
uarius hadr  
ianus  
ditauit amice  
Attianus  
Nepos  
Septicius clarus  
Eudemo  
Polenus  
Marcellus  
Heliodorus  
Titianus  
Vmidius quadratus  
Catalus seuerus  
Turbo  
Seruianus  
Fauorinus  
Phlegon  
Florus  
Antima  
chus  
Cicero  
Cato  
Virgilius  
Ennius  
Sallustius  
Cecilius  
Homerus  
Plato  
Epictetus philosoph  
hadriani tempore  
Heliodorus  
Fauorinus  
Saturnali  
cia  
Sigillaria

+ Catacrianos libros de his meminit &  
ammius Marcellinus libro rerum  
gestarum



tulit: ut nunquam caput tegetet. Regibus multis plurimum detulit: a plerisque uero etiam  
 pacem redemit: nonnullis contemptus est: multis ingentia dedit munera: sed nulli maiora  
 quam hiberorum: qui & elephantum & quinquagenariam cohortem post magnifica dedit  
 dona: cum a Srasmane ipse quoque ingentia dona accepisset: atque iter hæc auratas quoque chlamy  
 des trecentos noxios cum auratis chlamydibus in harenam misit ad eius munera deriden  
 da. Cum iudicaret: in consilia habuit non amicos suos aut comites solum sed iuris consul  
 tos & præcipue Iulium Celsum: Saluium Iulianum: Neratium Priscum: aliosque: quos tamen  
 senatus omnis proballet. Constituit inter cætera: ut in nulla ciuitate domus aliqua transfe  
 renda ad aliam urbem ullius materiae causa diruerentur. Liberis proscriptorum duodecimas  
 bonorum concessit. Maiestatis crimina non admisit. Ignotorum hæreditates repudiavit: nec  
 notorum accepit: si filios haberent. De thesauris ita cauit: ut si quis in suo repperisset: ipse  
 potiretur: si quis in alieno: dimidium domino daret. Si quis in publico: cum fisco æqualiter  
 partiretur. Seruos a dominis occidi uetuit eosque iussit damnari per iudices: si digni essent. Le  
 noni & lanistæ: seruum uel ancillam uendi uetuit causa non præstita. Decoctores bonorum  
suorum si suæ auctoritatis essent: catomidiari in amphitheatro & dimitti iussit. Ergastula  
 seruorum & liberorum tulit. Lauacra pro sexibus separauit. Si dominus in domo interem  
 ptus esset: non de omnibus seruis quæstionem haberi: sed de his qui per uiciniam pote  
 rant sentire: præcepit. In ethruria prætura imperator egit. Per latinam oppida dictator & ædi  
 lis & duumuir fuit. Apud neapolim Demarchus in patria sua quænalis: & ite Hadriæ quæ  
 nalis quasi in alia patria & Athenis Archo fuit. In omnibus pœne urbibus & aliqd ædificauit  
 & lusum edidit. Athenis mille ferarum uenationem in stadio exhibuit. Ab urbe nunquam  
 ullum uenatorem aut scænicum auocauit. Romæ post cæteras immensissimas uoluptates  
 in honorem focrus suæ aromatica populo donauit. In honorem Traiani balsama & crocū  
 per gradus theatri fluere iussit: Fabulas omnis generis more antiquo in theatro dedit: Hi  
 striones aulicos publicauit. In circo multas feras & sæpe centum leones interfecit. Militares  
 pyrricas populo frequenter exhibuit: Gladiatores frequenter spectauit. Cum opera ubique  
 infinita fecisset: nunquam ipse nisi in Traiani patris templo nomen suum scripsit. Romæ i  
 staurauit pantheum: septa: basilicam Neptuni: sacras ædes plurimas: forum Augusti: lauacra  
 Agrippæ: eaque omnia propriis & ueterum nominibus consecrauit. Fecit & sui nominis pon  
 tem & sepulchrum iuxta Tyberim: & ædem bonæ deæ transtulit: & colossum stantem atque  
 suspensum per Detrium architectum de eo loco in quo nunc templum urbis est ingenti  
 uolumine ita: ut operi etiam elephantēs uiginti quattuor exhiberet. Et cum hoc simulacrū  
 post Neronis uultum: cui antea dicatum fuerat: soli consecraffet. Aliud tale Apollodoro ar  
 chitecto auctore lacere Lunæ molitus est. In colloquiis etiam humillimorum ciuissimus  
 fuit: detestans eos qui sibi hanc uoluptatem humanitatis quasi seruantis fastigium princi  
 pis inuiderent. Apud Alexandriam in multis multis quæstiones professoribus proposuit: &  
 propositas ipse dissoluit. Marius Maximus dicit eum natura crudelem fuisse: & iccirco mul  
 ta pie fecisse: quod timeret: ne sibi idem quod Domitiano accidit: eueniret. Et cum titulos  
 in operibus non amaret: multas ciuitates hadrianopolis appellauit: ut ipsam Carthaginem  
 Athenarum partem: aquarum ductus etiam infinitos hoc nomine nuncupauit. Fisci aduo  
 catum primus instituit. Fuit memoriæ ingentis: facultatis immensæ: nam ipse orationes &  
 dictauit & ad omnia respondit: ioca eius plurima extant: nam fuit etiam dicaculus. Vnde il  
 lud quoque innotuit: quod cum cuidam canescenti quiddam negasset: eidem iterum petenti  
 sed infecto capite respondit. Iam hoc patri tuo negaui. Nomina plurimis sine nomenclatore  
 reddidit: quæ semel & congesta simul audiuerat: ut nomenclatores sæpius errantes emenda  
 uerit. Dixit & ueteranorum nomina quos aliquando dimiserat: libros statim lectos & igno  
 tos quidem plurimis memoriter reddidit. Vno tempore scripsit: dictauit: audiuit: & cum ami  
 cis fabulatus est. Si potest credi omnes publicas rationes complexus est: ut domum priuatā  
 quous paterfamilias diligens non satis nouit. Equos & canes sic amauit: ut eis sepulchra con  
 stitueret. Oppidum Hadriano theas in quodam loco quod illic & feliciter esset uenatus: &  
 urfam occidisset: aliquando constituit. De iudiciis omnibus semper cuncta scrutando tā  
 diu requisit: quam diu uerum inueniret. Libertos suos nec sciri uoluit in publico: nec ali  
 quid apud se posse: dicto suo omnibus superioribus principibus uitia imputans libertorum  
 damnatis omnibus libertis suis: quicunque se de eo iactauerant. Vnde extat etiam illud seu

Sarasmanes

Iulius celsus

Saluius iulianus

Neratius priscus

iuris  
consul  
ti

Decoctores bonorum

suorum

Catomidiari

Demarchus

Archo

Histriones aulicos

Publicauit

Pyrricas militares

Pantheum romæ ab ha  
driano instauratum

Basilica neptum

Augusti forum

Hadriani pontis

Agrippæ la Agrippæ  
uacru

Hadriani sepulchrum

iuxta tyberim quod  
nunc castro de  
sant angel

Bonæ deæ ædes

Colosus stans

Neronis co Detrium  
losus

Museū alexā dorus  
drig

Hadriano Maximus  
polis

Fisci aduocatus ab hadriano pri  
mum institutus

Nomenclator

Hadrianotheas oppidū

imputare

re quidem sed prope ioculari deseruis. Nam cum quodam tempore seruum suum inter du  
 os senatores e conspectu ambulare uidisset: misit: qui ei colaphum daret: & diceret noli in  
 ter eos ambulare: quorum esse adhuc potes seruus. Inter cibos unice amabat tetrapharma  
 chum: quod erat de fasiano: sumine: perna: & crustulo. Fuerunt eius temporibus fames: pesti  
 lentia: & terræmotus: quæ omnia quantum potuit procurauit: multisque ciuitatibus uastatis  
 per ista subuenit. Fuit etiam Tiberis inundatio per latium: multis ciuitatibus dedit tributa:  
 multis remisit. Expeditiones sub eo graues nullæ fuerunt. Bella etiam silentio pœne trans  
 acta. A militibus propter curam exercitus nimiam multum amatus est: simul quod in eos li  
 beralissimus fuit. Parthos in amicitia semper habuit: quod inde regem retraxit: quem Traia  
 nus imposuerat. Armenis regem habere permisit: cum sub Traiano legatum habuissent: a  
 Mesopotamiis non exegit tributum quod Trajanus imposuit. Albanos & hiberos amicissi  
 mos habuit: quod reges eorum largitionibus prosecutus est cum ad illum uenire contem  
 plissent. Reges bactrianorum legatos ad eum amicitia petendæ causa supplices miserunt.  
 Tutores sæpissime dedit. Disciplinam ciuilem non aliter tenuit quam militarem. Senatores  
 & equites Romanos semper in publico togatos esse iussit: nisi si a cœna reuenterentur. Ipse  
 cum in italia esset: semper togatus processit. Ad conuiuium uenientes senatores stans excep  
 pit: semperque aut pallio tectus discubuit aut toga submissa. Iudicum sumptus constituit & ad  
 antiquum modum redegit. Vehicula cum ingentibus sarcinis urbem ingredi prohibuit: Se  
 deri equos in ciuitatibus non siuit. Ante octauam horam in publico neminem nisi ægrum  
 lauari passus est. Ab epistolis & a libellis primus equites Romanos habuit. Eos quos paupe  
 res & innocentes uidit: sponte ditauit. Quos uero calliditate ditatos etiam odio habuit. Sa  
 cra Romana diligentissime curauit: peregrina contempsit. Pontificis maximi officium pere  
 git. Causas Romæ atque in prouinciis frequenter audiuit adhibitis consilio suo consulibus  
 atque prætoribus ex optimis senatoribus. Fucinum lacum emisit. Quattuor consulares per  
 omnem italiam iudices constituit. Quando in Africam uenit ad aduentum eius post quin  
 quennium pluit: atque ideo ab africanis dilectus est. Peragratis sane omnibus orbis partibus  
 capite nudo & in summis plerumque imbribus atque frigoribus in morbum incidit letalem.  
 Factusque de successore sollicitus: primum de Seruiano cogitauit: quem postea ut diximus: Seruian  
 mori coegit. Fuscum quod imperium prælagiis & ostentis agitatis speraret: in summa dete  
 statione habuit. Pletorium nepotem quem tætopere ante dilexit ut ueniens ad eum ægro  
 tantem Hadrianus impune non admitteretur: suspicionibus adductus est. Eodem modo &  
Terentium Gentianum & hunc uahementius quod a senatu diligi tunc uidebat. Omnes  
 postremo de quorum imperio cogitauit: quasi futuros imperatores detestatus est: & omnē  
 quidem uim crudelitatis ingenitæ usque eo repressit: donec in uilla tiburtina profluuio san  
 guinis pœne ad exitum uenit. Tunc libere Seruianum quasi affectatorem imperii quod ser  
 uis regis scænam misisset: quod in sedili regio iuxta lectum posito sedisset: quod erectus ad  
 stationes militum senex nonagenarius processisset: mori coegit. Multis aliis interfectis uel  
 aperte uel per insidias. Quandoquidem etiam Sabina uxor non sine fabula ueneni dati ab  
 Hadriano defuncta est. Tunc Ceionium Commodum Nigrini generum insidiatoris quon  
 dam sibi forma commendatum adoptare constituit. Adoptauit ergo Ceionium Commo  
 dum Verum inuitis omnibus: eumque Aelium Verum Cæsarem appellauit. Ob cuius ado  
 ptionem ludos circenses dedit: & donatiuum populo ac militibus expendit: quem prætura  
 honorauit. Ac statim pannoniis imposuit decreto consulatus consumptibus eundem Com  
 modum secundo consulem designauit. Quem cum minus sanum uideret: sæpissime dicta  
 uit in caducum parietem nos inclinauimus: & perdidimus quater milies sestertium: quod  
 populo & militibus pro adoptione Commodi dedimus. Commotus autem præualitudine  
 nec gratias quidem in senatu agere potuit Hadriano de adoptione. Denique accepto largius  
 antidoto ingrauescente ualitudine per somnum periit ipsis kalendis Ianuariis. Quare ab  
 Hadriano uotorum causa lugeri est uetitus. Et mortuo Aelio Vero Cæsare Hadrianus in  
 gruente tristissima ualitudine adoptauit Arrium Antonium qui postea princeps dictus est. Et  
 eadem lege: ut ille sibi duos adoptaret Annum Verum & Marcum Antoninum. Hi sunt  
 qui postea duo pariter Augusti primi reipub. gubernauerunt. Antoninus quidem Pius iccir  
 co appellatus dicitur: quod focerum fessum ætate manu subleuaret. Quauis alii cognome  
 to hoc ei dicant inditum: quod multos senatores Hadriano iam scæuienti arripuisset. Alii

Tetraphar  
macum  
Crustulu

Togatos

Vehicula

Octaua hora  
iuuenalis ex  
ul ab oct. m.

Fuscus

Seruian

Fuscus

Pletorium

Terentius gentianus

Sabina

Ceionius commodus

Nigrinus

Aelius uerus cesar

Donatiui  
populo ac  
militibus  
nota

Arrius antonius pi

Annius uerus

Marcus antoninus

Pius cum ante  
minus dicitu

Attilius seu  
Attilius

Insinuaret

Miraculis aduerte  
animum

Mortuus  
maxim

Ciceroniana  
uilla puteolis

Verfus Arming  
dicti exire uo  
lenti

Participauit

Tiburtina Villa

Lycei

Academia

Pretamii

Comopus

Poecilis portic

Tempe

quod ipsi Hadriano magnos honores post mortem detulisset. Antonini adoptionem pluri mi tunc facta esse doluerunt: speciatim Attilius Seuerus praefectus urbis: qui sibi praeparabat imperium. Qua re prodita successore accepto dignitate priuatus est. Hadrianus autem ultimo uitae taedio iam affectus gladio se transfigi a seruo iussit. Quod cum proditum esset: & in Antonini usque notitiam uenisset: ingressus ad se praefectis & filio rogantibusque: ut aequo animo necessitatem morbi ferret: iratus illis auctorem prodicionis iussit occidi: qui tamen ab Antonino seruatus est. Statimque testamentum scripsit: nec tamen actus reip. praetermisit dicente Antonino parricidam se futurum si Hadrianum adoptatus ipse pateretur occidi: & post testamentum quidem iterum se est conatus occidere: subtracto pugione sauior factus est: petiit & uenenum a medico qui se ipse ne daret occidit. Ea tempestate su peruenit quaedam mulier: quae diceret somnio se monitam: ut insinuaret Hadriano ne se occideret: quo esset bene ualiturus: quod cum non fecisset. esse caecitatem. Iussam tamen iterum Hadriano eadem dicere: atque genua eius osculare receptura uisum si id fecisset. Quod cum in somnio impleisset: oculos recepit cum aqua quae in fano erat: ex quo uenerat: oculos abluisset. Venit & de pannonia quidam natus caecus ad febrientem Hadrianum eumque contigit: quo facto & ipse oculos recepit: & Hadrianum febris reliquit. Quauis Marius Maximus haec per simulationem facta commemoret. Post hoc Hadrianum Baias petiit. Antonino Romae ad imperandum relicto. Vbi cum nihil proficeret: accessit Antonino in conspectu eius apud ipsas Baias periit die sexto iduum Iuliarum. Inuisusque omnibus sepultus est in uilla Ciceroniana puteolis. Sub ipso mortis tempore & Seruianum nonaginta annos agetem ut supra dictum est: ne sibi superuieret: atque ut putabat: imperaret: mori coegit. Et ob leues offensas plurimos iussit occidi: quos Antoninus reseruauit. Et moriens quidem hos uersus fecisse dicitur Animula uagula blandula hospes comesque corporis: Quae nunc abibis in loca pallidula rigida nudula: nec ut soles: dabis iocos. Tales autem nec multo meliores fecit & graecos. Vixit annis. lxxii. mensibus. v. diebus. xvii. Imperauit annis. xxi. mensibus. xi. Statu ra fuit procerus: forma comptus: flexo ad pectinem capillo promissa barba: ut uulnera quae in facie naturalia erant: tegeter: habitudine robusta. Equitauit: ambulauitque plurimum. Armisque & pilo se semper exercuit. Venatu frequentissime leonem manu sua occidit. Venando autem iugulum & costam fregit: Venationem semper cum amicis participauit. In conuiuio tragoe dias: comoe dias: attellanas: sambucas: lectores: poetas pro re semper exhibuit. Tiburtinam Villam mire exedificauit ita: ut in ea & prouinciarum & locorum celeberrima nomina inscriberet: uelut Lycium: academiam: pritanium: canopum: ptilium: tempe uocaret. Et ut nihil praetermitteret: etiam inferos finxit. Signa mortis haec habuit: natali suo ultimo cum Antoninum commendaret: praetexta sponte delapsa caput ei operuit. Anulus in quo imago ipsius sculpta erat: sponte de digito delapsus est. Ante diem natalis eius nescio qui ad senatum hululans uenit. Contra quem Hadrianus ita motus est: quasi de sua morte loqueretur: cum eius uerba nullus agnosceret. Idem cum uellet in senatu dicere: post filii mei mortem: post mortem meam dixit. Somniauit praeterea se a patre potionem soporiferam impetrasse. Item somniauit a leone se oppressum esse. In mortuum eum a multis multa sunt dicta. Acta eius irrita fieri senatus uolebat: nec appellatus est diuus: nisi Antoninus rogasset Templum denique ei pro sepulchro apud puteolos constituit: & quinquennale certamen & flamines & sodales & multa alia quae ad honorem quasi numinis pertinerent. Quare ut supra dictum est: multi putant Antoninum Pium dictum.

Eiusdem Spartiani Aelius Verus ad Dioclicianum.

Diocletianus  
augustus  
Statio principis

**D**ioclitiano Augusto Aelius Spartianus suus salutem. In animo mihi est Dioclitiane Auguste tot principum maxime non solum eos qui principum locum in hac statione quam temperas: retentauerunt: ut usque ad diuum Hadrianum feci: sed illos etiam: qui uel Caesarum nomine appellati sunt nec principes aut Augusti fuerunt: uel quolibet alio genere aut in famam aut in spem principatus uenerunt: cognitione numinis tui sternere. Quorum praecipue de Aelio Vero dicendum est: qui primus tantum Caesaris nomen accepit: Adoptione Hadriani familiae principum adscitus. Et quo

niam nimis pauca dicenda sunt nec debet prologus enormior esse quam fabula: de ipso iam loquar.

**C**eionius Commodus: qui & Aelius Verus appellatus est: quem sibi Hadrianus uo ingrauescente morbis tristioribus pretius peragrato iam orbe terrarum adoptauit. Nihil habet in sua uita memorabile nisi quod tantum Caesar est appellatus non testamento: ut antea solebat: neque eo modo quo Traianus est adoptatus: sed eo prope genere quo nostris temporibus a uestra clementia Maximianus atque Constantinus Caesares dicti sunt: quasi quidam principum filii uiri & designati Augustae maiestatis Haeredes: & quoniam de Caesarum nomine in huius praecipue uita est aliquid disputandum: qui hoc solum nomen adeptus est. Caesarem uel ab elephanto qui lingua mauroorum caesa dicitur in praelio caeso eum qui primus sic appellatus est: doctissimi uiri & eruditissimi putant dictum: uel quia mortua matre uentre caeso sit natus: uel cum magnis crinibus sit utero parentis effusus: uel quod oculis caecis & ultra humanum morem uiguerit. Certe quaecumque illa felix necessitas fuit. Vnde tam clarum & duraturum aeternitate mundi nomen effloruit. Hic ergo de quo sermo est primum. Lutius Aurelius Verus est dictus: sed ab Hadriano ascitus in Aeliorum familiam: hoc est in Hadriani transcriptus & appellatus est Caesar. Huic pater Ceionius Commodus fuit: quem alii Verum: alii Lutium Aurelium multi Annium prodiderunt: maiores omnes nobilissimi: quorum origo praeterea ex Ethuria fuit uel ex Fauentia. Et de huius quidem familia plenius in uita Luth Aurelii Ceionii Commodi. Veri Antonini filii huiusce: quae sibi adoptare Antoninus iussus est: differemus. Is enim liber debet omnia quae ad stemma generis pertinent: continere: qui habet principem: de quo plura dicenda sunt. Adoptatus autem Aelius Verus ab Hadriano eo tempore quo iam ut superius diximus: parum uigebat: & de successore necessario cogitabat: statimque praetor factus & Pannonis dux ac rector impo situs mox consul creatus. Et quia erat deputatus imperio: iterum consul designatus est. Datum etiam populo congiarium causa eius adoptionis collatumque militibus sestertium ter milies circenses editi neque quicquam praetermissum: quod posset laeticiam publicam frequentare. Tantumque apud Hadrianum principem ualuit: ut praeter adoptionis affectum quo ei uidebatur adiunctus: solus omnia quae cuperet etiam per litteras impetraret. Nec prouinciae quidem cui praepositus erat. defuit. Nam bene gestis rebus uel potius feliciter: & si non summi medii tamen obtinuit ducis famam. Hic tamen ualitudinis adeo miserae fuit: ut Hadrianum statim adoptionis poenituerit: potueritque eum amouere a familia imperatoria. Cum saepe de aliis cogitaret: si forte uixisset. Fertur denique ab his qui Hadriani uitam diligentius in litteras rettulerunt: Hadrianum Veri scisse genituram: & eum quem non multo ad rem publicam regendam probat: ob hoc tantum adoptasse: ut suae satisfaceret uoluptati. Et ut quidam dicunt iurando quod intercessisse inter ipsum ac Verum secretis conditionibus ferebatur. Fuisse enim Hadrianum peritum matheos Marius Maximus usque adeo demonstrat: ut eum dicat cuncta de se scisse sic: ut omnium dierum usque ad horam mortis futuros actus ante perscriberet. Satis praeterea constat eum de Vero saepe dixisse. Ostendent terris hunc tantum fata: neque ultra esse sinent. Quos uersus cum aliquando in hortulo spatians cantitaret: atque adisset unus ex litteratis: quorum Hadrianus speciosa societate gauderet: uelletque addere nimium uobis Romana propago Visa potens superi: propria haec si dona fuissent. Hadrianus dixisse fertur hos uersus: Vita non caput ueri illud addens manibus date lilia plenis. Purpureos sargam flores animamque nepotis. His saltem accumulem donis & fungar inani munere. Cum quidem etiam illud dicitur cum iustione dixisse. Ego mihi diuum adoptaui non filium. Nunc tamen cum eum consolaretur unus de litteratis: qui aderat: ac diceret: quid si non recte constellatio eius collecta est: quem credimus esse uicturum: Hadrianus dixisse fertur. Facile ista dicis tu: qui patrimonii tui non reip. quæris haereditem. Vnde apparet eum habuisse in animo alium deligere atque nunc ultimo uitae suae tempore a reip. submouere: sed eius consiliis iuuuit euentus. Nam cum de prouincia Aelium redisset atque orationem pulcherrimam quae hodie legitur siue per se siue per scrinioque aut dicendi magistrum parasset: qua kalendis ianuariis Hadriano patri gratias ageret. Accepta potione qua se existimaret iuuari: kalendis ipsis ianuariis periit. Iustusque ab Hadriano quia uota interueniebant: non lu geri. Fuit hic uitae laetissimae eruditus in litteris Hadriano ut maliuoli loquuntur acceptior forma quam moribus. In aula diu non fuit: uita priuata & si minus probabilis: minus tamen reprehendenda

Ceionius comodus  
Aelius uerus

Maximianus  
Constantinus

Ceionius nom  
unde deduci

L. Aurelius uerus

Ceionius Commodus

Amnius

Verus

L. Aurelius

Congiarium

Cementura

Vergilius

Scrimorum  
magistri

**T**

iro Aurelio Fulvio Boionio Antonino Pio patrum genus e Gallia traſalpina Nemaufente ſcilicet. Auus Titus Aurelius Fuluius qui per honores diuerſos ad ſecundum conſulatum & prælecturam urbis peruenit: Pater Aurelius Fuluius: qui & ipſe fuit cõſul homo triſtis & æger. Auia materna Bouinia procilla: mater Arria Fatidilla. Auus maternus Arrius Antoninus bis conſul homo ſanctus & qui Neruam miſeratus eſſet: quod imperare cõpiſſet. Soror Vterina Iulia Fadilla. Vitricus Iulius Lupus cõſularis. Socer Annius Verus. Vxor Annia Fauſtina. Filii mares duo. Dux foemina. Gener per maiorem filiam Lamia Syllanus: per minorem Marcus Antoninus fuit. Ipſe Antoninus Pius natus eſt tercio decimo kalendas octobres ſub Domitiano duodecimo & Cornelio Dolabella conſulibus in uilla Laurina educatus Lori in Aurelia: Vbi poſtea palatium extruxit: cuius hodieq; reliquæ manent. Pueritiam egit cū auo paterno mox cum materno omnes ſuos religioſe colens: atq; adeo & conſobrinorū & Vitrici & multorū affinium hæreditate ditatus eſt. Fuit uir forma conſpicuus: ingenio clarus: moribus clæmēs nobilis uultu: & placidus ingenio: ſingularis eloquentia: nitidæ litteraturæ: præcipue ſobrius: diligens agri cultor: mitis: largus: alieni abſtinentis: & omnia hæc cum meſura & ſine iactantia. In cunctis poſtremo laudabilis & qui merito Numæ Pompilio & bonorum ſententia comparatus. Pius cognominatus eſt a ſenatu uel quod ſocerum feſſa iam ætate manu præſente ſenatu leuauerit. Quod quidem non ſatis magnæ pietatis eſt argumentum: cum impius ſit magis: qui iſta non faciat: quam pius: qui debitum reddat. Vel quod eos quos Hadrianus per malam ualitudinem occidi iuſſerat: reſeruaui. Vel quod Hadriano contra omnium ſtudia poſt mortem infinitos atq; immenſos honores decreuit. Vel quod cum ſe Hadrianus interimere uellet: ingenti cuſtodia & diligentia fecit: ne id poſſet admittere. Vel quod uere natura clæmentiffimus & nihil temporibus ſuis aſperum fecit. Idem foenus trientarium hoc eſt minimis uſuris exercuit: ut patrimonio ſuo plurimos adiuuaret. Fuit quaerſtor liberalis: prætor ſplendidus: conſul cum Catilio Seuero. Hic in omni uita priuata in agris frequentiffimè uixit: ſed clarus in locis omnibus fuit. Ab Hadriano inter quatuor conſulares quibus Italia committebatur: electus eſt ad eam partem Italiae regendam: in qua plurimum poſſidebat: ut Hadrianus uiri talis & honori conſuleret & quieti. Huic cum Italiae regeret: imperii omen factum eſt. Nam cum tribunal aſcendiſſet: inter alias acclamationes dictum eſt Auguſte dii te ſeruent. Pro conſulatum Aſiæ ſic egit: ut ſolus auum uinceret. In proconſulatu etiam ſic imperii omen accepit. Nam cum ſacerdos foemina Trallis ex more proconſules ſemper hoc nomine ſalutaret: non dixit Aue proconſul: ſed aue imperator. Ciliciæ etiam de ſimulacro dei ad ſtatuam eius corona tranſlata eſt. Et poſt conſulatum in uiridario taurus marmoris cornibus ramis arboribus accreſcentibus appenſus eſt. Et fulgur cælo ſereno ſine noxa in eius domum uenit. Et in ethruria dolia quæ deſoſſa fuerant: ſupra terram reperta ſunt. Et eius in omni ethruria examen apum repleuit. Et ſomnio ſæpe monitus ſe penitus eius Hadriani ſimulacrum inferere. Proſciſcens ad proconſulatum filiam maiorem amiſit. De huius uxore multa dicta ſunt ob nimiam libertatem & uiuendi facilitatem: quæ iſte cum animi dolore compreſſit. Poſt proconſulatum in conſiliis Hadriani Romæ frequens uixit. De omnibus quibus Hadrianus conſulebat: mitiorem ſententiam ſemper oſtendens. Genus ſane adoptionis tale fertur. Mortuo Aelio uero quem ſibi Hadrianus adoptauerat: & Cæſarem nuncupauerat dies ſenatus habebatur. Eo Arrius Antoninus ſoceri ueſtigia leuans uenit: atq; iccirco ab Hadriano dicitur adoptatus: quæ cauſa ſola eſſe adoptionis nec potuit omnino: nec debuit: maxime cum & ſemper rempu. bene egiffet Antoninus: & in proconſulatu ſe ſanctum grauemq; præbuiſſet. Ergo cum eum Hadrianus adoptare ſe uelle publicafſet: acceptum eſt ſpatium deliberandi utrum arrogari ab Hadriano uellet Adoptionis lex huiusmodi data eſt: ut quemadmodum Antoninus ab Hadriano adoptabatur: ita ſibi ille adoptaret. M. Antoninum fratris uxoris ſuæ filium: & L. Verum Aelii Veri qui ab Hadriano adoptatus fuerat filium qui poſtea Verus Antoninus eſt dictus: Adoptatus eſt. v. kal. martias die i ſenatu gratias agēs qd de ſe ita ſenſiſſet Hadrianus: factuſq; e patri & iperio pcoſulari & in tribunitia pte collega. Huius primū hoc ſerf: qd cū ab uxore argueret quali pag. nescio qd ſuis largiēs dixerit. Stulta poſtea qd ad impiū traſſuimus: & illud qd habuimus a te pdidimus. Cõgiariū militibus ac populo de pprio dedit: & ea q pater pmiferat

Titus aurelius fuluius  
boronius antoninus  
pius  
Titus aurelius fuluius  
Aurelius fuluius  
Bouinia procilla  
Arria fatidilla  
Arrius antoninus  
Iulia Vterina ſoro  
fadilla  
Iulius Lupus  
Annius uerus  
Annia fauſtina  
Lamia ſyllanus  
M. Antoninus  
Domitianus  
Cornelius dolobe  
Laurina  
Pius unde di  
ctus  
Trientariū  
foenus  
Antoninus p  
Catilius (seuer)  
Viridariū  
Fulgure ſine  
noxa . i . ful  
men . nota  
Aelius  
uerus  
Arrius antoninus  
M. Antoninus  
L. Verus  
Aelius uerus  
Preclarū di  
ctum  
Cõgiariū mi  
litibus & po  
pulo

das ac memor familiae suae: comptus: decorus: pulchritudinis regiae: oris uenerandi: eloquentia celsioris: uersu facilis in repub. etiam non inutilis. Huius uoluptates ab his qui uita eius scripserunt: multae feruntur: equidem non infames sed aliquatenus diffuentes. Nam tetrapharmacum seu potius pentapharmacum quo postea semper Hadrianus est usus: ple dicitur repperisse. Hoc est lumen: fasianum: pauonem: crustulata & aprunam. De quo genere cibi aliter refert Marius Maximus non pentapharmacum: sed tetrapharmacum appellans: ut & nos ipsi in eius uita profecuti sumus. Fertur etiam aliud genus uoluptatis quod Verus inuenerat. Nam lectum eminentibus quattuor anachiteriis fecerat minuto reticulo undiq; inclusum: eumq; foliis rosae quibus demptum esset album replebat. Iacensq; cum cubinis uelamine de liliis facto se tegebat unctus odoribus persicis: iam illa frequentantur a nonnullis: quod & accubationes ac mesas de rosis ac liliis fecerit: & quidem purgatis: quae & si non decora non tamen ad perniciem publicam prompta sunt. Atq; idem Quidius ab aliis relata idem Apitii libros amorum in lecto semper habuisse. Idem Martialem epigrammaticum poetam Virgilium suum dixisse. Iam illa leuiora: quod cursoribus suis exemplo cupidinum alas frequenter apposuit: eosq; uentorum nominibus saepe uocitauit. Boream alium alium Notum & item aquilonem aut Circium caeterisq; nominibus appellans: & inde fesse atq; inhumaniter faciens cursitare. Idem uxori conquerenti de extraneis uoluptatibus dixisse ferf: Patere me per alias exercere cupiditates meas. Vxor enim dignitatis nomen est non uoluptatis. Eius filius est Antoninus Verus qui adoptatus est a Marco. Verus certe cum Marco & cum eodem aequale gessit imperium. Nam ipsi sunt qui primi duo Augusti appellati sunt: & quorum fasti consularibus sic nomina praescribuntur: ut dicantur non duo Antonini & duo Augusti: tantumq; huius rei & nouitas & dignitas ualuit: ut fasti consulares nonnulli ab his sumerent ordinem consulum. Pro eius adoptione infinitam pecuniam populo & militibus Hadrianus dedit. Sed cum eum uideret homo paulo argutior miserrimae ualitudinis ita: ut scutum solidius iactare non posset: dixisse fertur: Ter milies perdidimus quod exercitui populoq; dependimus: siquidem satis in caducum parietem incumbimus: & qui non ipsam rempub. sed nos ipsos sustentare uix possit. Et haec quidem Hadrianus cum praefecto suo locutus est. Quae cum prodidisset praefectus: ac per hoc Aelius Caesar in dies magis magisque sollicitudine utpote desperati hominis aggrauaretur: praefecto suo Hadrianus qui rem prodiderat: successorem dedit uolens uideri quod uerba tristia temperasset: sed nihil profuit. Nam ut diximus Lucius Ceionius Commodus Verus Aelius Caesar. Nam his omnibus nominibus appellatus est: periit: sepultusq; imperatorio funere: neq; quicquam de regia in morte habuit dignitate. Doluit ergo illius mortem ut bonus pater: non ut bonus princeps. Nam cum amici solliciti quaerent: qui adoptari posset: Hadrianus dixisse fertur his etiam uiuente adhuc uero decreuerat: ex quo ostendit aut iudiciū suū aut scientiā futurorū. Post hunc deniq; Hadrianus diu anceps quid faceret: Antoninum adoptauit pium cognomine appellatum: cui conditionem addidit: ut ipse sibi Marcum & Verus Antoninum adoptaret: filiamq; suam uero non Marco daret. Ne diutius uixit grauatus langore ac diuerso genere morborum saepe dicens sanum principem mori debere non debilem. Statuas sane Aelio uero per totum orbem colossas poni iussit: templa etiam in nonnullis urbibus fieri. Deniq; illius merito filium eius Verum nepotem utpote suum qui pereunte Aelio in familia ipsius Hadriani remanserat: adoptandum Antonino Pio cum Marco: ut iam diximus: dedit saepe dicens. Habeat respub. quodcunq; de uero: quod quidem contrarium his quae de adoptionis poenitentia per auctores plurimos intimata sunt. Cum uerus posterior nihil dignum praeter clæmentiam in moribus habuerit: quod imperatoriae familiae lumen afferret. Haec sunt quae de uero Caesare mandanda litteris fuerunt: de quo iccirco non taciui: quia mihi propositum fuit omnes qui uel post Caesarem dictatorem hoc est diuum Iulium uel Caesares uel Augusti uel principes appellati sunt: quicq; in adoptionem uenirent: uel imperatorum filii aut parentes Caesarum nomine consecrati sunt singulis libris exponere mea: satisfaciens conscientiae etiam si multis nulla sit necessitas talia requirendi.

Tetrapharmacus  
Pentapharmacus  
Crustulata  
Apruna  
Anachiterijs  
Apitius libros de  
amoribus scripsit  
Ouidius  
Apitius  
Vxor digni  
tatis nome  
no uolup  
tatis  
Antonin  
uerus  
Marcus

Intimata sunt

Iulii Capitolini Antoninus Pius: ad Dioclitianum Augustum.

Coronarium aurum

Et ad opera Hadriani plurimum contulit & aurum coronarium quod adoptionis suae causa oblatum fuerat: italici totum: medium provincialibus reddidit. Et patri quoad uixit religiosissime paruit. Sed Hadriano apud Baias mortuo: reliquias eius Romam peruenit. Sancte ac reuerenter atque in hortis Domitiae collocavit etiam repugnantibus cunctis inter duos eum rettulit. Vxorem Faustina Augustam appellari a senatu permisit. Pii appellationem recepit. Patri & matri atque auis & fratribus iam mortuis statuas decretas libenter accepit. Circenses natali suo dicatos non respuit. Aliis honoribus refutatis: clypeum Hadriano magnificentissimum posuit: sacerdotem instituit. Factus imperator nulli eorum quos Hadrianus prouexerat: successorem dedit. Fuitque ea constantia: ut septennis & nouenis annis in prouinciis bonos praesides detineret. Per legatos suos plurima bella gessit. Nam & britannos per Lollium urbicum legatum uicit: alio muro Caesipicio summotis barbaris ducto & mauros ad pacem postulandam coegit: & Germanos & Dacos & multas gentes atque Iudaeos rebellantes contudit: per praesides ac legatos. In Achaia etiam atque aegyptum rebelliones repressit. Alanos molientes saepe refranauit: procuratores suos & modeste suscipere tributa iussit: excedentes modum rationem factorum suorum reddere praecipit: nec unquam laetatus est: Iuero: quo prouincialis oppressus est. Contra procuratores suos conquerentes libenter audiuit. His quos Hadrianus damnauerat: in senatu indulgentias petiit dicens etiam ipsum Hadrianum hoc fuisse facturum. Imperatorum fastigium ad summam ciuilitatem deduxit. Vnde plus creuit recusantibus aulicis ministris qui illo nihil per internuncios agente nec terrere poterant homines aliquando: nec ea quae occulta non erant uendere. Senatui tantum detulit imperator: quantum cum priuatus esset deferri sibi ab alio principe adoptauit. Patris patriae nomen delatum a senatu quod primo distulerat: cum ingenti gratiarum actione suscepit. Tertio anno imperii sui Faustina uxorem perdidit: quae a senatu consecrata est: delatis circensibus atque templo & flaminicis & statu aureis atque argenteis cum etiam ipse hoc concesserit: ut imago eius cunctis circensibus poneretur. Statuam auream delatam a senatu positam suscepit. M. Antonium quaestorem consulem petente senatu creauit. Annum Verum qui postea dictus est Antoninus ante tempus quaestorem designauit: neque de prouinciis: neque de ullis actibus quicquam constituit: nisi quod prius ad amicos rettulit: atque ex eorum sententia formas composuit. Visus est sane ab amicis & cum priuatis uestibus & domestica quaedam gerens. Tanta sane diligentia subiectos sibi populos rexit: ut omnia & omnes quasi sua essent: curarent. Prouinciae sub eo cunctae floruerunt: quadruplatores extincti sunt. Publicatio bonorum rarior quam unquam fuit ita: ut unus tantum profcriberetur affectatae tyrannidis reus: hoc est Attilius Titianus senatu puniente: a quo confcios requiri uetuit filio eius ad omnia semper adiuto. Perit & Priscianus reus affectatae tyrannidis sed morte uoluntaria. De qua coniuratione quaeri uetuit. Vixit Antonini Pii talis fuit: ut esset opulenta sine reprehensione: parsimonia sine sordibus: & mensa eius per proprios seruos: proprios aucupes: piscatores & uenatores institueretur: Balneum quo usus fuisset sine mercede populo exhibuit: nec omnino quicquam de uitae priuatae qualitate mutauit. Salaria multis subtraxit: quos ociosos uidebat accipere dicens. Nihil esse sordidius imo crudelius quam si rei publicae arroderent: qui nihil in eam suo labore conferrent. Vnde etiam Mesomedi lyrico salarium imminuit. Rationes omnium prouinciarum apprime sciuit: & uectigalium patrimonium priuatum in filiam contulit. Sed fructus reip. donauit. Species imperatorias superfluas & praedia uendidit: & in suis propriis fundis uixit uarie ac pro temporibus: nec ullas expeditiones obiit: nisi quod ad agros suos profectus est ad campaniam dicens grauem esse prouincialibus comitatum principis etiam nimis parci: & tamen ingenti auctoritate apud omnes gentes fuit: cum in urbe propterea federet: ut undique nuncios medius utpote citius posset accipere. Congiarium populo dedit: militibus donatiuum addidit: Puellas alimentarias in honorem Faustinae faustianas constituit: Opera eius haec extant Romae: Templum Hadriani honori patris dicatum: graeco stadium post incendium restitutum: instauratum amphitheatrum. Sepulchrum Hadriani. Templum Agrippae: pons sublicius: phari restitutio Caesariae portus: portus transfens: portus restitutio: lauacrum ostiense. Antiatium aquae ductus. Templum Iauiniana. Multas etiam ciuitates adiuuauit pecunia: ut opera uel noua facerent uel uetera restituerent. ita: ut & magistratus adiuuarent & senatores urbis ad functiones suas. Haereditates eorum qui filios habebant: repudiauit. Primus constituit: ne poene causa legatum relictum maner

Horti Domitiae

Faustina

Constantia Antonini

nota

Lollius urbicus

Faustinae mortuae honores

Flaminici

Annus uetus

Quadruplatores

Attilius Titianus

Balneum Antonini

Mesomedi lyricus

Congiarium Donatiuum

Alimentariae puellae

Hadriani templum

Graeco stadium

Hadriani amphitheatrum

Hadriani sepulchrum

Agrippae templum

Sublicius pons

Phari restitutio

Caesariae portus

ret. successorem uiuenti bono iudici nulli dedit: nisi orfite praefecto urbi sed petenti. Nam Gaius Maximus praefectus praetorii usque ad uicesimum annum sub eo peruenit uir seuersissimus: Cui Tadius Maximus successit. In cuius demortui locum duos praefectos sustinuit Fabium repentinum & Cornelium Victorinum. Sed Repentinus famosa uoce percussus: quod per concubinam principis ad praefecturam uenisset: usque adeo sub eo nullus percussus est senator: ut etiam paritida confessus in insula deserta poneretur: quia uiuere illi naturae legibus non licebat. Vinirole: & tritici penuriam per aerarii sui damna emendo & gratis populo dando sedauit. Aduersa eius temporibus haec prouenerunt. Fames: de qua diximus: circi ruina: terrae motus: quo rhodorum: & Asiae oppida conciderunt: quae omnia mirifice instaurauit. Et Romae incendium: quod trecentas quadraginta insulas uel domos absumpsit. Et Narbonensis ciuitas & Antiochense oppidum & carthaginense forum arsit. Fuit & inundatio Tiberis. Apparuit & stella crinita. Natus est & biceps puer: & uno partu mulieris quinque pueri aediti sunt. Visus est in Arabia iubatus anguis maior solitis: qui se a cauda medium comedit. Lues etiam in Arabia fuit. Hordeum in Moesia in culminibus arborum natum est. Quattuor praeterea leones mansueti sponte se capiendos in Arabia praebuerunt: Pharaomanes rex ad eum Romam uenit: plusque illi quam Hadriano detulit. Pacorum regem adiuuauit. Parthorum regem ab Armeniorum expugnatione solis litteris reppulit. Abagarum regem ex orientis partibus sola auctoritate deduxit. Causas regales terminauit. Sellam regiam parthorum regi repetenti: quam Traianus ceperat: pernegauit. Rimethalchem in regnum bosporanum audito inter ipsum & curatorem negotio remisit. Olibiopolis contra Tauroscythas in pontum auxilia misit: & Tauroscythas usque ad dandos olibiopolis obsides uicit. Tantum sane auctoritatis apud exterarum gentes nemo habuit: cum semper amauerit pacem eo usque: ut Scipionis sententiam frequentarit: quae ille dicebat malle se unum ciuem seruare quam mille hostes occidere. Menses septembrem atque octobrem Antoninum atque Faustinum appellandos decreuit senatus: sed id Antoninus respuit. Nuptias filiae suae Faustinae cum Marco Antonino eam coniungeret: usque ad donatiuum militum celeberrimas fecit. Verum Antoninum post quaesturam consulem fecit. Cum Apollonium quem calchide acciuerat ad tiberinam domum: in qua habitabat: uocasset: ut ei. M. Antoninum traderet: atque ille dixisset non magister ad discipulum debet uenire sed discipulus ad magistrum: risit eum dicens. Facilius fuit Apollonio a Calchida Romam uenire quam a domo sua in palatium. Cuius auaritiam etiam mercedibus notauit. Inter argumenta pietatis eius & hoc habetur: quod cum Marcus mortuum educatorem suum fletu uocareturque ab aulicis ministris ab ostentatione pietatis ipse dixerit: permitte inquit illi: ut homo sit: neque enim uel philosophia uel imperium tollit affectus. Praefectos suos & locupletauit: & ornamentis consularibus donauit. Si quos repetundarum damnauit: eosque liberis bona paterna restituit. Ea tamen lege ut illi prouincia sibi redderent: quod parentes acceperant. Ad indulgentias pronissimus fuit: edita munera in quibus elephantos & corocetas: & tigrides & rinocerotos & crocodillos etiam atque hippopotamos & omnia ex toto orbe terrarum cum tigridibus exhibuit. Centum etiam leones una missione edidit. Amicis suis in imperio suo non aliter usus est quam priuatus: quia & ipsi nunquam de eo cum libertis suis per sumum aliquid uendiderunt: siquidem libertis suis seuersissime usus est. Amauit histrionum artes: piscando se & uenando multum oblectauit & deambulatione cum amicis atque sermone. Vindemias priuato modo cum amicis agebat. Rhetoribus & philosophis per omnes prouincias & honores & salaria detulit. Oratio nes praerique alienas esse dixerunt: quae sub eius nomine feruntur. Marius Maximus eius proprias fuisse dicit. Conuiuia cum amicis & priuata communicauit & publica: nec ullum sacrificium per uicarium fecit: nisi cum aeger fuit. Cum sibi & filiis honores peteret: omnia quasi priuatus fecit: frequentauit & ipse amicorum suorum conuiuia. Inter alia etiam hoc ciuilitatis eius praecipuum argumentum est: quod cum domum Omuli uisens miransque columnas porphyriticas requisisset unde eas haberet: atque Omulus ei dixisset cum in domum alienam ueneris: & mutus & surdus esto: patienter tulit. Cuius Omuli multa ioca temperanter accepit. Multa de iure sanxit: uisusque est uiris peritis Vindio: Vero: Saluio: Valente: Volusio: Metiono: Vlpio: Marcello: & Iabolenio. Seditioes ubi cumque factas non crudelitate sed modestia & grauitate compressit. Intra urbes sepeliri mortuos uetuit. Sumptuum muneribus gladiatoriis instituit: Vehicularium cursum summa diligentia subleuauit. Omnium quae gel

Orphitus Gaius Maximus Tadius Maximus Fabius repentinus Cornelius Victorinus

Pharaomanes Pacorus Abagarus Rimethalces Olibiopolis Tauroscythae

Faustina Scipionis fecit Vexus Antoninus

Apollonius Locupletauit praefectos suos

Corocetas forte Crocotas Vna missio

Marius Maximus Communicauit

Pulchrum Vmolus Vexus Saluio Valens Volusius Metionius Vlpus Marcellus Iabolenus

Intra urbes sepeliri mortuos uetuit Antoninus Pius

Alpinus caseus

Fortuna aurea in cubiculo principis

Signum tribunum datus

Tiliatitig tabule

Fasciatur

Numa

fit: & in senatu & per edicta rationem reddidit. Perit anno septuagesimo: Sed quasi adole- scens desideratus est. Mors autem eius talis fuisse narratur. Cum alpinum caseum in cena edisset auidius: nocte reiecit: atq; alia die febre commotus est. Tertia die cum se grauari uideret. M. Antonino remp. & filiam presentibus prefectis commendauit. Fortunamq; au ream quæ in cubiculo principum poni solebat: transferri ad eum iussit: signum tribuno æqua nimi: atis dedit: atq; ita conuersus quasi dormiret: spiritum reddidit. Apud lorium alienatus in febre nihil aliud quam de rep. & de his regibus quibus irascebatur: locutus est. Priuatum patrimonium filiae reliquit. Testamento autem omnes suos legatis idoneis profecutus est. Fuit statura eleuata decorus. Sed cum esset longus & senex incuruareturq; tiliatitig tabulis in pectore positis fasciatur: ut rectus incederet. Senex etiam anteq; salutatores uenirent: panem siccum comedit ad sustentandas uires. Fuit uoce rauca & sonora. Cum iucunditate a senatu diuus est appellatus cunctis certatim admittentibus: cum omnes eius pietatem: clæmentiam: ingenium: sanctimoniam laudaret: decreti etiam sunt omnes honores: qui optimis principibus ante delati sunt. Meruit & flaminem & circenses & templum & sodales Antonianos: solusq; omnium prope principum prorsus sine ciuili sanguine & hostili quantum ad se ipsum pertinet: uixit. Et qui rite comparatur Numæ: cuius felicitatem pietatemq; & securitatem cerimonialiq; semper obtinuit.

M. Antonini philosophi eiusdem Iulii Capitolini.

**M**arco Antonino in omni uita philosophanti uiro & qui sanctitate uitæ omnibus principibus antecellit pater Annius Verus qui in prætura decessit. Auus Annius Verus iterum consul & præfectus urbi assitus i patricios a principibus Vespasiano & Tito censoribus: Patruus Annius Libo consul. Amita Galleria Faustina Augusta: Mater Domitia Caluilla Caluilla Tulli bis contulis filia. Proauus Paternus Annius Verus prætorius ex Succubitano municipio ex hispania factus senator. Proauus maternus Catillius Seuerus bis consul & præfectus urbi. Auia paterna Rupilia Faustina Rupilia Boni consularis filia fuisse. Natus est Marcus Romæ sexto kalendas Maias in mōte Cælio in horis suo iterum & Augure consulibus. Cuius familia in originem recurrens a Numa probatur sanguinem trahere: ut Marius Maximus docet. Item a rege Sallentino Mallennio Datummi filio qui Iopias condidit. Educatus est in eo loco in quo natus est: & in domo aui sui Veri iuxta aedes laterani. Habuit & uxorem natu minorem Anniam Cornificiam. Vxorem Anniam Faustinam consobrinam suam. M. Antoninus principio aui sui nomen habuit: & Catili Seueri materni proauui. Post excessum uero patris ab Hadriano Annius Verissimus uocatus est. Post uirilem autem togam Annius Verus patre mortuo ab auo paterno adoptatus est & educatus. Fuit a prima infantia grauis. At ubi egressus est annos qui nutricum souentur auxilio: magnis præceptoribus traditus ad philosophiæ scita peruenit. Vfus est magistris ad prima elementa Euphorione litteratore & Gemino comædo: musico Androne eodemq; geometra. Quibus omnibus ut disciplinarum auctoribus plurimū detulit. Vfus præterea grammaticis græco Alexandro: quotidianis latinis Trofio: Apro: & Polione & Eutichio Proculo siccenti. Oratoribus uero græco Aninio Macro Caninio Celere & Herode Attico Collatino Frontone Cornelio. Sed multum ex his Frontoni detulit. Cui & Ituram in senatu petiit. Proculum uero usq; ad proconsulatum prouexit. Honoribus in se receptis: philosophiæ operam uahementer dedit & quidem adhuc puer. Nam duodecimum annum ingressus habitum philosophi sumpsit: & deinceps tolerantiam cum studeret in palio & humi cubaret. Vix autem matre agente in strato pelibus lectulo accubaret. Vfus est etiam Commodus magistro: cuius ei affinitas fuerat destinata. Vfus est & Apollonio Calcedonio stoico philosopho. Tantum autem studium in eo philosophiæ fuit: ut assitus iam in imperatoriam dignitatem: tamen ad domum Apollonii discendi cau'a ueniret. Audiuit & Sextum Cheronensem Plutarchi nepotem. Iunium Rusticum. Claudium Maximum & Cinna Catullu stoicos. Peripateticæ uero studiosos audiuit Claudium Seuerum & præcipue Iunium rusticum: quæ & reueritus est & sectatus: qui domi minimaq; pollebat stoicæ disciplinæ peritissimū. Cui quo oia comunicauit publica priuatq; consilia. Cui et ante pfectos præto-

Annus uerus  
Annus uerus

Faustina

Succubita  
numm  
cipiu

Iopias

Laterani  
aedes

Siccenti

Herodes  
atticus

Consil

Mallemmius  
Dassumus  
Laterani gdes  
Annia Cornificia  
Annia Faustina  
Annus Verissimus  
Euphorio  
Germinus

Andro  
Alexander  
Trofius  
Aper  
Pollio  
Eutychio  
Proculus

Annus macer  
Caninius Celere  
Herodes atticus  
Collatinus  
Fronto Cornelius  
Commodus  
Apollonius chalcidomus

Plutarchus  
Iunus Rusticus  
Claudius maximus  
Cinna Catullus  
Claudius rusticus Seuerus

Sextus cheronensis philoso. de gopulenis & aliis

rio semper osculum dedit: quem & consulem iterum designauit. Cui post obitum a senatu status postulat. Tantum autem honoris magistris suis detulit: ut imagines eorum aureas in ærario haberet ac sepulchra eorum aditu hostiis floribus semper ornaret. Studuit & iuri audiens Lucium Volusium Metianum: tantumq; operis & laboris studiis impedit: ut corpus afficeret. Atq; in hoc solo puericia eius reprehenderetur. Frequentauit & declamatorum scholas publicas. Amavitq; ex condiscipulis præcipuos senatorii ordinis Seium Fulcianum & Aufidium Victorinum: ex equestri Bebius Longum & Callenum: in quos maxime liberalis fuit. Et ita quidem: ut quos non posset ob qualitatem uitæ reip. præponere locupletatos teneret. Educatus est in Hadriani gremio: qui illum: ut supra diximus: Verissimum nominabat: & qui ei honorem & qui publicis exenniis detulit. Octauo ætatis anno in saliorum collegium rettulit. In saliatu omen accepit imperii coronis omnibus in puluinar ex more iacentibus alia aliis locis hæserunt. Huius uelut manu capiti Martis apta est. Fuit in eo sacerdotio & præsul & uates & magister: & multos inaugurauit: atq; exaugurauit nemine præeunte: quod ipse carmina cuncta didicisset. Virilem togam sumpsit quintodecimo ætatis anno: statimq; ei. L. Ceionii Commodi filia desponsata est ex Hadriani uoluntate. Nec multo post præfectus feriarum latinarum fuit. In quo honore præclarissime se pro magistratibus agentem & in conuiuiis Hadriani principis ostendit. Post hoc patrimonium paternum sorori totum concessit. Cum eum ad diuisionem mater uocaret: responditq; aui bonis se esse contentum addens: ut & mater si uellet: in sororem suam patrimonium conferret: ne inferior esset soror marito. Fuit autem uitæ indulgentia: ut cogeretur nonnunquam uel in uenationes pergere uel in theatrum descendere uel spectaculis interesse. Opera præterea pingendo sub magistro Diogeneto dedit. Amavit pugilantium luctamina: & cursum & aucupatus: & pila lusit apprimis: & uenatus est. Sed ab omnibus his intentionis studium eum philosophiæ abduxit: seriumq; & grauem reddidit: nō tamen prorsus abolita in eo commitate: quam præcipue suis mox amicis atq; etiam minus notis exhibebat: cum frugi esset sine contumacia: uerecundus sine ignauia: sine tristitia grauis. His ita se habentibus cū post obitum. L. Cæsar. Hadrianus successorem imperii quæreret: nec idoneus utpote decem & octo annos agens Marcus haberetur. Amitæ Marci uirum Antoninum Pium Hadrianus ea lege in adoptionem legit: ut sibi Marcum adoptaret. Ita tamen ut & Marcus sibi Lucium Commodum adoptaret. Sane ea die qua adoptatus est Verus in somnis se humeros eburneos habere uidit: scificitat usq; an apti essent oneri ferudo: solito reperit fortiores. Vbi autem comperit se ab Hadriano adoptatum: magis est deterritus q̄ lætatus. Iussusq; Hadriani priuatam domum migrare: inuitus de maternis hortis recessit. Cumq; ab eo domestici quærerent: cur tristis in adoptionem regiani transfret: disputauit: quæ mala in se contineret imperium. Tunc primum pro Annio Aurelius coepit uocari: quod in Aureliani hoc est Antonini adoptionis iura transfret. Octauo decimo ergo ætatis anno adoptatus in secundo consulatu Antonini iam patris sui Hadriano ferente gratia ætatis facta quæstor est designatus: adoptatus in aulicam domum omnibus parentibus suis tantam reuerentiam quantam priuatus exhibuit. Eratq; haud secus rei suæ quam in priuata domo parcus ac diligens proinsti: uo patri uolens agere: dicere: cogitare. Hadriano Baiis absumpto cum Pius ad uehendas eius reliquias esset profectus: relictus Romæ auo busta impleuit. Et gladiatorum quasi priuatus quæstor edidit munus. Post excessum Hadriani statim Pius per uxorem suam Marcum scificitatus est: & cum dissolutis sponsalibus quæ cum. L. Ceionii Commodi filia desponderi uoluerat: impar adhuc ætati esset de habita deliberatione cogitare uelle se dixit: His ita gestis adhuc quæstorem & consulem secum Pius Marcum designauit: & Cæsar appellatio ne donauit. & Seuerum turmis equitum romanorum iam consulem designatum creauit. Et edenti cum collegiis ludos se uirales adsedit: & in tiberinam domum transgredi iussit: & aulico fastigio renitentem ornauit. Et in collegia sacerdotum iubente senatu recepit: secundum etiam consulem designauit: cum ipse quartum pariter inierit: per eadem tempora cum tantis honoribus occuparetur: & cum formandus ad regendum status reip. patris actibus interesset: studia cupidissime frequentauit. Post hæc Faustinam duxit uxorem & suscepta filia tribunicia potestate donatus est: atq; imperio extra urbem proconsulari addito iure quintæ relationis: tantumq; apud Pium ualuit: ut nunq̄ quenquā sine eo facile promoueret. Erat autem in summis obsequiis patris Marcus: quanuis non deesset: qui aliqua aduer-

L. Volusius Metianus

Seius fuscianus  
Aufidius Victorinus

Bebius longus  
Callenus

Puluinar  
Inaugurauit

L. Ceionius Commodus  
Inaugurauit  
exaugurauit  
Virilis toga

Diogenetus

L. Cæsar

L. Commodus

Aurelius uocatus  
Antoninus philo  
phus

L. Ceionius Commodus

secu  
lares

Faustina

Quintæ rela  
tionis ius



Valerius Homullus  
Lucilla

sum eum infufurrarent: & præ cæteris Valerius Homullus: qui cum Lucillam matrem Marci in uiridario uenerantem simulacrum Apollinis uidisset: infufurravit: illa nunc rogat: ut diem tuum claudas: & filius imperet: quod omnino apud Pium nihil ualuit. Tanta erat Marci probitas & tanta in imperatorio principatu modestia: æstimationis autem tantam curam habuit: ut & procuratores suos puer semper moneret: ne quid arrogantius facerent: & hæreditates delatas reddens proximis aliquando respuerit. Deniq; per uiginti & tres annos in domo patris ita uersatus: ut eius quotidie amor cresceret: nec præter duas noctes per tot annos ab eo māsit diuersis uicibus. Ob hoc Antoninus Pius eum sibi adesse finem uitæ uideret: uocatis amicis & præfectis: ut successorem eum imperii omnibus commendauit atq; firmavit: statimq; signo æquanimitatis tribuno dato fortunam auream quæ in cubiculo solebat esse: ad Marci cubiculum transire iussit. Bonorum maternorum partem Muninio Quadrato Sororis filio quia illa iam mortua erat: tradidit. Post excessum diuī Pii a senatu coactus regimen publicum capere: fratrem sibi participem in imperio designauit: quem L. Aurelium Verum commodum appellauit: Cæsaremq; atq; Augustum dixit: atq; ex eo pariter coeperunt remp. regere. Tuncq; primum Romanum imperium duos Augustos habere coepit licetum cum alio participasset. Antoninum mox ipso nomen recepit: & quasi pater. L. Commodi esset: & Verum eum appellauit addito Antonio nomine: filiamq; suam Lucillam fratri despondit. Ob hanc coniunctionem pueros & puellas nouorum hominum frumentariæ præceptioni ascribi præceperunt. Actis igitur quæ agenda fuerant in senatu pariter castra prætoris petiuerunt: & uicena milia numam singulis ob participatum imperium militibus promiserunt: & cæteris pro rata. Hadriani autem sepulchro corpus patris intulerūt magnifico exequiarum officio: mox iusticio secuto publico quoq; funeris expeditus est ordo. Et laudauere uterq; prostris patre: flaminēq; ei ex affinibus & sodales ex amicissimis aurelianos creauere. Adepti iperiu ita ciuilitate se ambo egerūt: ut lenitate Pii nemo desyderaret. Cum eos Marullus sui tēporis mimographus cauillado ipone pstringeret. Funebre munus patri dederūt. Dabat se Marcus totū & philosophiæ amorē ciuū affectās. Sed interpellauit istā felicitate securitateq; imperatoris prima Tiberis inundatio: quæ sub illis grauissima fuit: quæ res & multa urbis ædificia uexauit: & plurimū animalū interemit: & famē grauissimā peperit. Quæ oīa mala Marcus & Verus sua cura & præsentia tēperauit. Fuit eo tēpore etiā parthicū bellū qd' Vologessus paratū sub Pio Marci & Veri tēpore idixit fugato Atridiano Corneliano: qui Syria tūc administrabat. Imminebat etiam Britannicū bellum: & gathii in Germaniam ac Retiam irruerant: & aduersus britannos quidem Calphurnus agricola missus est: contra Gathos Aufidius Victorinus. Ad parthicum uero bellum senatu consentiente. Verus frater eius missus est. Ipse Romæ remansit: quod res urbana imperatoris præsentiam postulerent. Et Verum quidem Marcus Capuam usq; profecutus amicis comitantibus e senatu ornauit: additis officio omnium principibus. Sed cum Romā redisset Marcus: cognouissetq; Verum apud Canusium ægrotare: ad eum uidentum cōtendit: susceptis in senatu uotis: quæ postea q̄ Romā rediit audita Veri trāsmissione statim reddidit. Et Verus quidem postea quam in Syriam uenit in delitiis apud Antiochiam & Daphen uixit: armitq; se gladiatoris & uenatibus exercuit: cum per legatos bellum parthicum gerens imperator appellatus esset: cum Marcus horis omnibus reip. actibus incubaret: patienterq; delicias fratris & prope inuitas ac uolens ferret. Deniq; omnia quæ ad bellum erant necessaria Romæ posuit & disposuit Marcus & ordinauit. Gestæ sunt res in Armenia prospere per statutū Priscum artaxatis captis. Delatumq; Armeniacum nomē utriq; principum. Quod Marcus per uerecundiam primo recusauit: postea tamen recepit. Profligato autem bello uterq; Parthicus appellatus est. Sed hoc quoq; Marcus delatum nomen repudiauit: quod postea recepit. Patris patriæ autem nomen delatum est fratre absente in eiusdem præsentiam distulit. mediobelli tempore & ciuicam patrum Veri & filiam suam nupturam: commissam sororis suæ eandem locupletatam Brundisium usq; deduxit. Ad eum misit Romā statimq; rediit reuocatus eorum sermonibus: qui dicebant Marcum uelle finiti belli gloriam sibimet uendicare: atq; iccirco in Syriam proficisci. Ad proconsulem scribit: nequis filia suæ iter facienti occurreret: Inter hæc liberales causas ita muniiuit: ut primus iuberet apud præfectos ærarii Saturni unumquenq; ciuium natos liberos profiteri intra tertium diē nomine imposito per prouincias: tabulariorum publicorum usum instituit. Apud quos idem

Gatthi  
Antiochia  
Daphne

Muninius  
Quadratus  
L. Aurelius  
uerus Commodus  
Lucilla

Marullus  
mimographus

Vologessus  
Atridius  
Cornelianus

Calphurnus  
agricola  
Aufidius  
Victorinus

Statutus  
Priscus

Ærarii Saturni

de originibus fieret: quod Romæ apud præfectos ærarii: Ut si forte aliquis in prouincia natus causam liberalem diceret: testationes inde ferret: atq; hanc totam legem de assertionibus firmavit. Aliasq; de mēfariis & auctioibus tulit. Senatū multis cognitionibus & maxime ad se pertinentibus iudicem dedit. De statu etiam defunctorum intra quinquennium quæri iussit: neq; quisquam principum amplius senatui detulit. In senatus autem honorificentia multis prætoris & consularibus priuatis decidenda negocia delegauit: quo magis eorum cum exercitio iuris auctoritas cresceret. Multos ex amicis in senatum allegit cum ædilitiis aut prætoris dignitatibus: multis senatoribus uel pauperibus sine crimine dignitates tribunitias edilitiasq; concessit: nec quenquam in ordinem legit: nisi quem ipse bene scisset. Hoc quoque senatoribus detulit: ut quotiens de eorum capite esset iudicandum: secreto pertractaret atque ita in publicum prodiret. Nec pateretur equites Romanos talibus interesse causis. Semper autem cum potuit: interfuit senatui: etiam si nihil esset referendum: si Romæ fuit. Si uero aliquid referre uoluit: etiam de Campania ipse uenit. Comitibus præterea etiam usque ad noctem frequenter interfuit: neque unquam recessit de curia: nisi consul dixisset: nihil uos moramur patres conscripti. Sin autem appellationibus a consule factis iudicem dedit. Iudiciariæ rei singularem diligentiam adhibuit. Fastis dies iudiciarios addidit: ita: ut ducentos triginta dies annuos rebus agendis litibusque disciprandis constitueret. Prætorum tutelarem primus fecit: cum ante tutores a consilibus posicerentur: ut diligentius de tutoribus tractaretur. De curatoribus uero cum ante non nisi ex lege lectoria uel propter lasciuiam uel propter clementiam daretur: ita statuit ut oēs adulti curatores acciperent non redditis causis. Caut & supribus publicis & calumniis quadruplatorum intercessit apposita falsis delatoribus nota. Delationes quibus fiscus augetur: contempsit. De alimentis publicis multa prudenter inuenit. Curatores multis ciuitatibus quo iatus senatorias tenderet dignitates a senatu dedit. Italicis ciuitatibus famis tempore frumentū ex urbe donauit. Omnēq; frumentariæ rei consuluit. Gladiatoria spectacula omnifariam temperauit. Temperauit autem scænicas donationes iubens ut quinos aureos scænici acciperent: ita tamen ut nullus editor decem aureos egrederetur. Vias etiam urbis atq; iterum diligentissime curauit. Rei frumentariæ grauius prouidit. Datis iuridicis italicæ consuluit ad id exemplum: quo Hadrianus consulares uiros reddere iura præceperat. Hispanis exhausit italica allectione contra Traiani præcepta uerecunde consuluit. Leges etiam addidit de uicesima hæreditatum: de tutelis liberorum: de bonis maternis: & item de filiorum successione pro parte materna: utq; senatores peregrini quartam partem in italia possiderent. Dedit præterea curatoribus regionum ac uiarum potestatem: ut uel punirent uel ad præfectum urbi puniendos remitterent eos: qui ultra uectigalia quicq; ab aliquo exegissent. Ius autem magis uetus restituit: quam nouum fecit. Habuit secum præfectos: quorum & auctoritate & periculo semper iura dictauit. Vius autem est Scauola præcipue iuris perito. Cum populo autem non aliter egit: quam est actum sub ciuitate libera. Fuitq; per omnia moderatissimus in hominibus deterrendis a malo. Inuitandis ad bona remunerandis copia indulgentia liberandis. Fecitq; ex malis bonos ex bonis optimos: moderate etiam cauillationes non nullorum ferens. Nam cum quendam Veterasinum famæ detestandæ honorem petentem moneret: ut se ab opinionibus populi uendicaret: & ille contra respondisset multos qui secum in harena pugnasent se prætores uidere: patienter tulit: ac ne in quenquam facile uindicaret prætorē quicq; dū pessime gerat non abdicare se prætura iussit: sed collegæ iurisdictionem mandauit. r ilico in causis compendii nunquam iudicans fuit sane quanuis esset cōstans: erat etiam uerecundus. Posteaq; autem a Syria uictor rediit frater: patris patriæ nomē ambobus decretum est. Cum se Marcus absente Vero erga omnes senatores atq; homines moderatissime gessisset. Corona præterea ciuica oblata est ambobus. Petiitq; L. ut secum Marcus triumpharet. Petiit præterea L. ut filii Marci Cæsares appellarentur. Sed Marcus tanta fuit moderatione: ut cum simul triumphasset: tamen post mortem Lucium tantum Germanicum se uocaret: quod sibi bello proprio pepererat. In triumpho autem liberos Marci utriusq; sexus secum uexerunt. Ita tamen: ut & puellas uirgines ueherent. Ludos etiam ob triumphum decretos spectauerunt habitu triumphali. Inter cætera pietatis eius hæc quoq; moderatio prædicanda est cunabulis. Post puerorum lapsum culcitra subici iussit. Vnde hodieq; recte prætenditur. Dum parthicum bellum geritur: natum est Marcomanicum: qd'

Assertiones  
Mensarij  
Auctiones

Nihil uos moramur patres conscripti

Tutelaris prætor  
Lectoria lex

Quadruplatores  
Delationes

Vicesima hæreditatū

Scauola iuris cōsultus

Veterasinus

Marcomanicum

Lectisternia

Caprificus arbor  
in campo martio

Paludati

Furius in  
Atrium

Apoplexi

Geminas  
Agadus

Posidippus

Caspius

diu eorum qui aderant arte suspensum est: ut finito iam orientali bello Marcomani eum agi posset. Et cum famis tempore populo insinuasset de bello: fratre post quinquennium reuerso in senatu egit ambos necessarios dicens bello germanico imperatores. Tantus autem timor belli Marcomanici fuit: ut undique sacerdotes Antoninus acciuerit: peregrinos ritus impleuerit: Romam omni genere lustrauerit. Retardatusque bellica profectio sic celebravit & Romano ritu lectisternia per septem dies. Tanta autem pestilentia fuit: ut uehiculis cadauera sint exportata ferracisque. Tunc autem Antonini leges sepeliendi sepulchrorumque asperima sanxerunt. Quandoquidem cauerunt: ut si quis uellet fabricaret sepulchrum: quod hodieque seruatur: & multa quidem milia pestilentia consumpsit: multosque ex proceribus quoque amplissimis Antoninus statuas collocauit. Tantaque clamentia fuit: ut & sumptu publico uulgaria funera iuberet ex eo fieri: & uano cuidam: qui diripiendae urbis occasionem cum quibusdam consociis requirens de caprifici arbore in campo Martio concionabundus ignem de caelo lapsurum finemque mundum diceret: si ipse lapsus ex arbore in ciconiam uerteretur. Cum statuto tempore decidisset: atque ex sinu ciconiam emisisset perducto ad se atque confesso ueniam daret. Profecti tamen sunt paludati ambo imperatores parthis & marcomannis cuncta turbantibus aliis etiam gentibus quae pulsae a superioribus barbaris fugerant: nisi reciperentur bellum inferentibus. Nec parum profuit ista profectio cum Aquileiam usque uenissent. Nam praerique reges & cum populis suis se retraxerunt: & tumultus auctores interemerunt. Quadi autem amisso rege suo non prius se confirmaturos eum qui erat creatus dicebant: quam id nostris placuisset imperatoribus. Lucius tamen inuitus profectus est. Cum praerique ad legatos imperatorum mitterent delectionis ueniam postulantes. Et Lucius quidem quod admissus esset praefectus praetorio: Furius Victorinus: ut quae pars exercitus interisset: redeundum esse censebant. Marcus autem fingere barbaros existimans & fugam & caetera quae securitatem bellicam ostenderent: ob hoc ne tanti apparatus mole praemeretur: instandum esse dicebat. Denique transcens alpibus longius processerunt: composueruntque omnia: quae ad munimen Italiae atque illyrici pertinebant. Placuit autem urgente Lucio: ut praemissis ad senatum litteris Lucius Romam rediret. Via quoque posteaquam iter ingressi sunt sedens cum fratre in uehiculo Lucius apoplexi arreptus perit. Fuit autem consuetudo Marco: ut in circensium spectaculo legeret: audiretque: ac subscriberet. Ex quo quidem saepe iocis popularibus dicitur lacessitus. Multum sane potuerunt liberti sub Marco & Vero Geminas & Agadus. Tanta autem sanctitatis fuit Marcus: ut Veri uitia & celauerit: & defendit: cui ei uerementissime displicerent: mortuumque eum diuum appellauerit. Amittasque eius & sorores honoribus & salariis decretis subleuauerit: atque prouexerit: sacrisque eum plurimis honorauerit: flaminem & antonianos sodales & omnes honores qui diuis habentur: eidem dedicauit. Nemo est principum quem non grauis fama perstringat usque adeo: ut etiam Marcus in sermone uenerit: quod Verum uel ueneno ita tulerit: ut parte cultri ueneno lita uulnam inciderit uenenatam partem fratri edendam propinans: & sibi innoxiam referuans: uel certe per medicum Posidippum qui ei sanguinem intempestiue dicitur emisisse. Cassius post mortem Veri a Marco detulit. Nam in suos tanta fuit benignitate Marcus: ut cum in omnes propinquos cuncta bonorum ornamenta contulerit tum in filium & Commodum quidem scelestum atque impurum cito nomen Caesaris & mox sacerdotium statimque nomen imperatoris ac triumphis participationem & consulatum. Quo quidem tempore sine imperatoris filio ad triumphalem curram in circo pedes cucurrit. Post Veri obitum Marcus Antoninus solus tempus tenuit multo melior & feracior ad uirtutes quippe qui nullis Veri iana impediretur aut simulatis callidae seueritatis quo ille ingenito uitio laborabat erroribus. Aut his qui praecipue displicebat. M. Antonino iam inde a primo aetatis suae tempore uel institutis mentis prauae uel moribus. Erat enim ipse tantae tranquillitatis: ut uultum nunquam mutauerit maerore uel gaudio philosophiae deditus stoicae: quam & per optimos quoque magistratos acceperat: & undique ipse collegerat. Nam & Hadrianus hunc eundem successorem parauerat: nisi & aetas puerilis obstidisset. Quod quidem apparet ex eo: quod generum Pio hunc eundem delegit: ut ad eum dignum utpote uirum quandocumque romanum perueniret imperium. Ergo prouincias post haec ingenti moderatione ac benignitate tractauit. Contra Germanos res feliciter gessit. Speciale ipse bellum marcomanicum sed quanta nulla unquam memoria fuit: tum uirtute: tum etiam felicitate transiit. Et eo quidem tempore quo

pestilentia grauis multa milia & popularium & militum interemerat: Pannonias ergo Marcomannis: Sarmatis: Vuandalis: simul etiam Quadis extinctis seruitio liberauit. Et Romae cum Commodum quem iam Caesarem fecerat: filio ut diximus suo triumphauit. Cum autem ad hoc bellum omne aerarium exhausisset suum: neque in animum induceret: ut extra ordinem prouincialibus aliquid imperaret: in foro diui Traiani auctorem ornamentorum imperialium fecit. Vendiditque aurea pocula & cristallina & myrina. Vasa etiam regia & ueste uxorem sericam & auratam: gemmasque etiam quas multas in repostorio sanctiore Hadriani reppererat: & per duos quidem menses haec uenditio celebrata est. Tantumque auri redactum: ut reliquias belli Marcomannici ex sententia persecutus postea dederit potestate emporibus: ut si quis uellet: empta redderet atque aurum recipere sciret: liceret. Nec molestus illi fuit: qui uel non reddidit empta uel reddidit. Tunc uiris claribus permisit: ut eodem cultu quo & ipse uel ministris similibus conuiuia exiberent. In munere autem publico tam magnanimus fuit: ut centum leones una missione simul exiberet & sagittis interfectos. Cum igitur in amore omnium imperasset: atque ab aliis modo frater modo pater modo filius: ut cuius aetas sinebat: & diceretur & amaretur. Octauo decimo anno imperii sui sexagesimo & primo uitae diem ultimum clausit. Tantumque illius amor eo die regii funeris claruit: ut nemo illum plangendum censuerit: certis omnibus quod ab aliis conuocatus ad deos redisset. Denique priusque funus conderetur: ut praerique dicunt: quod nunquam antea factum fuerat: neque postea: senatus populisque non diuisis locis sed in una sede propiciam deum dixit. Hic sane uir tantus & talis ac diis uitae & morte coniunctus filium Commodum dereliquit: qui si felix fuisset: filium non reliquisset. Et parum sane fuit: quod illi honores diuinos omnis aetas: omnis sexus: omnis conditio ac dignitas dedit: nisi quod etiam sacrilegus iudicatus est: qui eius imaginem in sua domo non habuit: qui per fortunam uel potuit habere uel debuit. Denique hodieque in multis domibus. M. Antonini statuam consistunt. Inter deos penates nec defuerunt homines qui somniis eum multa praedixisse augurantes futura & uera concinuerunt. Unde etiam templum ei constructum dati sacerdotes Antoniani & sodales & flamines & omnia quae de sacris decreuit antiquitas. Aiunt quidam: quod uerisimile uidetur: Commodum Antoninum successorem illius ac filium non esse de eo natum sed de adulterio. Ac talem fabellam uulgari sermone contextunt. Faustina quondam Pii filiam Marci uxorem cum gladiatores transire uidisset: Vnius ex his amore succensam: cum longa aegritudine laboraret: uiro de amore confessam. Quod cum ad chaldaeos Marcus rettulisset: illorum fuisse consilium: ut occiso gladiatore: sanguine illius sese Faustina subleuaret: atque ita cum uiro concumberet. Quod cum esset factum: solum quidem amorem: natum uero Commodum gladiatorem esse non principem: Qui mille prope pugnas publice populo in spectante gladiatoris imperator exhibuit: ut in uita eius docebitur. Quod quidem uerisimile ex eo habetur: quod tam sancti principis filius his moribus fuit: quibus nullus lanista: nullus scaenicus: nullus harenarius: nullus postremo ex omnium dedecorum ac scelerum colluione concretus. Multi autem ferunt Commodum omnino ex adulterio natum: siquidem Faustinae satis constat: apud Caietam condiciones sibi & nauticas & gladiatorias elegerit: De quo cum diceretur Antonino Marco. ut eam repudiaret: si non occideret: dixisse fertur: Si uxorem dimittimus: reddamus & dotem: Dos autem quid habebatur: nisi imperium quod ille ab hoc uiolente Hadriano adopratus acceperat. Tantum sane ualet boni principis uita: sanctitas: tranquillitas: pietas: ut eius famam nullius proximi decoleret inuidia. Denique Antonino cum suis moribus semper teneret: neque alicuius insurrectione mutaretur: non obsuit gladiator filius: uxor infamis: deus usque etiam nunc habetur: ut uobis ipsi sacratissime imperator Dioclitiane & semper uisum est & uidetur: qui eum inter numina uestra non ut caeteros sed specialiter ueneramini ac saepe dicitis uos uita & clamentia talis esse cupere: qualis fuit Marcus. Etiam si philosophia nec Plato esse possit: si reuerenti uita & quidem haec breuiter & congeste. Sed. M. Antonino haec sunt gesta. Post fratrem primum corpus eius Romam deuectum est & illatum maiorum sepulchris: diuini honores decreti. Deinde cunctis gratias ageret senatui quod fratrem consecrasset: occulte ostendit omnia bellica consilia sua fuisse: quibus superati sunt parthi. Addidit praeterea quaedam: quibus ostendit nunc demum se quasi a principio acturum esse tempus. amoto eo qui remissior uidebatur. Nec aliter senatus accepit: quam Marcus dixerat: ut uideretur gratias agere: quod Verus

Extra ordine

Aurea

Cristallina

Myrrina

Repostorio

Missionem una

Faustina

excessisset uita. Omnibus deinde fororibus & affinis & libertis iuris & honoris & pecuniae plurimum detulit. Erat enim famae suae curiosissimus requirens ad uerum quid quisque de se diceret: emendans quae bene reprehensa uiderentur. Proficiscens ad bellum germanicum filiam suam non decurso luctu tempore grandaeuo equitis romani filio Claudio Pompeiano dedit genere antioicensi nec satis nobili: quem postea bis consulem fecit: cum filia eius augusta esset & Augustae filia. Sed has nuptias & Faustina & ipsa quae dabatur inuita habuerunt. Cum mauri hispanias prope omnes uastarent: res per legatos bene gestae sunt. Et cum per aegyptum bucolicis milites grauiam multa fecissent: per Auidium Cassium retulsi sunt: qui postea tyrannidem arripuit. Sub ipsis profectionis diebus in recessu praenestino agens filium nomine Verum Caesarem execto sub aure tubere septennem amisit: quem non plus quinque diebus luxit. Consolatusque etiam medicos actibus publicis reddidit. Et quia ludi louis optimi maximi erant: interpellari eos publico luctu noluit. Iussitque ut statuae tantummodo filio mortuo decernerentur & imago aurea circensibus per pompam ferenda. Et ut saluarii carmini nomen eius inferretur. Instante sane adhuc pestilentia & deorum cultum diligentissime restituit: & seruos quemadmodum bello punico factum fuerat: ad militiam parauit: quos uoluntarios exemplo uolonum appellauit. Armavit etiam gladiatores: quos obsequentes appellauit latrones. Etiam dalmatiae atque dardaniae milites fecit: Armavit & diocmitas: emit & germanorum auxilia contra germanos. Omni praeterea diligentia parauit regiones ad germanicum & marcomanicum bellum & ne prouincialibus esset molestus: auertionem rerum aulicarum: ut diximus: fecit in foro diui Traiani: in qua praeter uestes & pocula & uasa aurea etiam signa cum tabulis magnorum artificum uendidit. Marcomannos in ipso transitu Danubii deleuit: & praedam prouincialibus reddidit. Gentes omnes ab illyrici limine usque in galliam conspirauerant: ut Marcomanni; Varistae; Hermunduri; & Quadis; Sueui; Sarmatae; Lacringes; & Burei: hi alique cum uictualibus: sicobotes; roxolani; baltarum; alani; peutini; costoboci. Imminerebat & parthicum bellum britannicum. Magna igitur labore etiam suo gentes asperrimas uicit militibus sese imitantibus ducentibus etiam exercitum legatis & praefectis praetorio. Accepitque in deditionem marcomannos plurimos in italiam traductis. Semper sane cum optimatibus non solum bellicas res: sed etiam ciuiles prius quam faceret: aliquid contulit. Denique sententia iustus praecipua semper haec fuit. Aequius est: ut ego tot talium amicorum consilium sequar: quam ut tot tales amici meam unius uoluntatem sequantur. Sane quia durus uidebatur ex philosophiae institutione Marcus ad militariae labores atque ad omnem uitam grauius carpebatur. Sed male loquentium dictis uel litteris uel sermone respondebat. Et multi nobiles bello germanico siue marcomanico in plurimarum gentium interierunt. Quibus omnibus statuas in foro uulpio collocauit. Quare amici frequenter suaserunt: ut a bellis discederet: Romam ueniret: Sed ille contempserat: ac perstitit. Nec prius recessit: quam omnia bella finiret. Prouincias ex proconsularibus consulares aut ex consularibus proconsulares aut praetorias pro belli necessitate fecit. Res etiam in Sequanis turbatae censura & auctoritate repressit. Compositae res in hispania quae per lusitaniam turbatae erant filio Commodum accersito ad limitem togam uirilem dedit: quare congiarium populo diuisit. Et eum ante tempus consularem designauit: Siquis unquam proscriptus est a praefecto urbi: non libenter accepit. Ipse in largitionibus pecuniae publicae parcissimus fuit: quod laudi potius datur quam reprehensioni: sed tamen & bonis uiris pecunias dedit: & oppidis labentibus auxilium tulit. Et tributa uel uectigalia ubi necessitas cogebar: remisit. Absens populi romani uoluptates curari uahementer praecipit per ditissimos editores. Fuit enim populo hic sermo. Cum sustulisset ad bellum gladiatores: quod populum sublati uoluptatibus uellet cogere ad philosophiam: iurasset enim ut ne mercimoniam impederent: tardius pantomimos exhibere non uotis diebus. De amaris pantomimis ab uxore fuit sermo: ut superius diximus. Sed haec omnia per epistolas suas purgauit. Idem Marcus fateri in ciuitatibus ueruit in equis siue uehiculis: lauacra mixta submouit. Mores matronarum composuit diffuentes. Et iuuenum nobilium sacra Serapidis a uulgaritate pelosiae submouit. Fama fuit sane quod sub philosophorum specie quidam tempore uexarent & priuatos: quod ille purgauit. Erat mos iste Antonino: ut omnia crimina minore supplicio quam legibus plecti soleat: punirent. Quauis nonnunquam contra manifestos & grauium criminum reos inexorabilis permaneret. Capitales causas hominum honestorum ipse cogno-

Claudius Pompeianus  
mauri hispanias uastabat  
Auidius Cassius

Volones a uolendo  
immuit ee dictos  
Diocmitas

Marcomanni  
Varistae  
Hermunduri  
Quadis  
Sueui  
Sarmatae  
Lacringes  
Burei  
Sicobotes  
Roxolani  
Baltarum  
Alani  
Peutini  
Costoboci

Optimates  
Ulpium forum

Pelosia uulgaritas  
in sacris serapidis

uit & quidem summa aequitate: ita: ut praetorem reprehenderet: qui cito reorum causas audierat. Iuberetque illum iterum cognoscere dignitatis eorum interesse dicens: ut ab eo audiretur: qui pro populo iudicaret. Aequitatem etiam circa captos hostes custodiuit. Infinitos ex gentibus in romano solo collocauit. Fulmen de caelo praecipibus suis contra hostium machinamentum extorsit: Suis pluuia impetrata cum siti laborarent. Voluit Marcomanniam prouinciam. Voluit etiam Sarmatiam facere: & fecisset: nisi Auidius Cassius rebellasset sub eodem in oriente qui imperatorem se appellauit: Ut quidam dicunt: Faustina uolente: quae de mariti ualitudine desperaret. Alii dicunt euentum morte Antonini Cassium imperatorem se appellasse: Cum diuum Marcum appellasset: & Antoninus quidem non est satis mutus. Defectione Cassii: nec eius affectus seni: sed per senatum hostis est iudicatus. Bonaeque eius praescripta per aerarium publicum. Relicto ergo sarmatico marcomannicoque bello contra Cassium profectus est. Romae turbae etiam fuerunt: quasi Cassius absente Antonino aduenteret: Sed Cassius statim interfectus est: caput eius allatum est ad Antoninum. Marcus tamen non exultauit interfectione Cassii: caputque eius humari iussit. Metianum etiam filium Cassii cui Alexandria erat commissa: exercitus occidit. Nam & praefectus praetorio sibi fecerat: qui & occisus est. In conscios defectionis uertit senatum grauius iudicare. Simul petiit ne quis senator tempore principatus sui occideretur: ne eius pollueretur imperium. Eos etiam qui de portati fuerant: reuocari iussit. Cum paucissimi centuriones capite essent puniti. Ignouit & ciuitatibus: quae Cassio consenserant: ignouit Antioicensibus qui multa in Marcum pro Cassio dixerant: quibus & spectacula & conuentus publicos tulerat: & omnium concionum genus contra quos edictum grauissimum misit. Seditiosos autem eos & oratio Marci indicat indita Mario Maximo: quae ille usus est apud amicos. Denique noluit Antiochiam uidere: cum Syriam peteret. Nam nec Cyprum uoluit uidere: ex qua erat Cassius. Fuit Alexandriae clamentia: cum iis agens: postea tamen Antiochiam uidit. Multa egit cum regibus: & pacem communi firmavit sibi occurrentibus cunctis regibus & legatis persarum: omnibus orientalibus prouinciis carissimus fuit. Apud multas etiam philosophiae uestigia reliquit. Apud aegyptios ciuem se egit & philosophum in omnibus studiis: templis: locis. Et cum multa alexandrini in Cassium dixissent fausta: tamen omnibus ignouit: & filiam suam apud eos reliquit. Faustina suam in radicibus montis Tauri in uico Halale exanimatam subiti morbi amisit. Petiit a se natu: ut honores Faustinae ademeret: decernerent. Laudata eadem cum pudicitiae fama grauius laborasset: quae Antoninus uel nesciuit: uel dissimulauit. Nouas puellas Faustianas instituit in honorem uxoris mortuae: Diuam etiam Faustinae a senatu appellatam gratulatus est: quam se cum & in aeternum habuerat: ut matrem castrorum appellaret. Fecit & coloniam uicium in quo obiit Faustina: & aedem illi extruxit. Sed haec postea aedes heliogabari de dicata est. Ipsum Cassium pro clamentia occidi passus est: non occidi iussit: Deportatus est Heliodorus filius Cassii: & alii liberum exilium acceperunt cum bonorum parte. Filii autem Cassii & Aurelius mediam partem acceperunt paterni patrimonii & auro atque argento adiuti. Mulieres autem etiam ornamentis: ita: ut Alexandria filia Cassii & Drunciana generi liberam uagandi potestatem haberet commendari amicae marito. Doluit denique Cassium extinctum dicens uoluisse se sine senatorio sanguine imperium transigere. Orientalibus rebus ordinatis Athenis fuit: & in italia Cereris templum adiit: ut se innocentem probaret: & sacrum solum ingressus est. Reuertens ad italiam nauigio tempestatem grauissimam passus est. Per Brundisium ueniens in italiam togam & ipse suscepit: & milites togatos esse iussit: nec unquam sagati fuerunt sub eo milites. Romam ut uenit triumphauit. Exinde Lauinium profectus est. Commodum deinde sibi collegam in tribuniciam potestatem iunxit: congiarium populo dedit & spectacula mirifica. Dein ciuilia multa correxerat. Gladiatorii muneris sumptus modum fecit: sententia Platonis semper in ore illius fuit: Florere ciuitates: si aut philosophi imperarent: aut imperatores philosopharentur. Filio suo Brutii praefentis filiam iunxit nuptiis celebratis exemplo priuatorum. Quare etiam congiarium dedit populo. Deinde ad conficiendum bellum conuersus in administratione eius belli obiit labentibus iam filii moribus ab instituto suo: triennio bellum postea cum marcomannis: Hermunduribus: sarmatis: quadis etiam egit: & si anno uno superuississet: prouincias ex his fecisset. Ante biduum quam exirasset: admissis amicis dicitur ostendisse sententiam de filio eandem: quam Philippus de Alexandro: cum de hoc male sentiret addens minime se aegre ferre filium suum.

Fulmen de caelo  
praecipibus extorsit

Auidius Cassius

Mario Maximus

Halale uicium

Nouas puellas

Heliodorus

Alexandria  
Drunciana

Togati milites  
Sagati

Brutius praefentis

Philippus  
Alexander

perstitem relinquens. Nam iam Commodus turpem se & cruentum ostentabat. Mors autem talis fuit. Cum agrotare coepisset: filium aduocauit: atq; ab eo primum petit: ut belli reliquias non contemneret: ne uideretur tempus prodere: & cum filius ei respondisset cupere se primum sanitatem ut uellet: permisit. Petens tamen: ut expectasset paucos dies aut simul proficisceretur. Deinde abstinuit cibo potuq; mori cupiens: auxitq; morbum. Sexta die tuocatis amicis & ridens res humanas mortem autem contempnes ad amicos dixit. Quid me fletis: & non magis de pestilentia & communi morte cogitatis: & cum illi uellent recedere: ingemiscens ait: Si iam me dimittitis: uale uobis dico uos praecedens. Et cum ab eo quaerere tur: cui filium commendaret: ille respondit uobis: si dignus fuerit: & diis immortalibus. Exercitus cognita mala ualitudine uahementissime dolebant: quia illum uice amauerunt. Septimo die grauatus est: & solum filium admisit: quem statim dimisit: ne in eum morbus transiret: Dimisso filio caput operuit quasi uolens dormire: sed nocte animam efflauit. Fertur filium mori uoluisse: cum eum talem uideret futurum: qualis extitit post eius mortem: ne ut ipse dicebat similis Neroni Caligulae & Domitiano esset. Crimini ei datum est: quod ad uxor uxor promouerit. Tertullus & Vtilius & Orfitum & Moderatum ad uarios honores cum Tertullum etiam prandentem cum uxore deprehenderit: De quo mimus in scaena praesente Antonino dixit: Cum stupidus nomen adulteri uxoris a seruo quaereret: & ille diceret: Tertullus & adhuc stupidus quaereret respondit ille: iam tibi dixi Tertullus dicitur. Et de hoc quidem multa populus: multa etiam alii dixerunt patientiam Antonini incusantes. Ante tempus sane mortis priusquam ad bellum marcomanicum rediret: in capitolio iurauit nullum senatorem se sciente occisum. Cum etiam rebelliones dixerit se seruaturum fuisse: si scisset. Nihil enim magis & timuit & deprecatus est quam avaritiae famam. De qua se multis epistolis purgat. Dederunt & uitio quod ei uictus fuisset nec tam simplex quam uideretur aut quam uel Pius uel Verus fuisset. Dederunt etiam crimini quod aulicam arrogantiam confirmauerit submouendo amicos a societate communi & a conuiuiis: parentibus consecrationem decreuit. Amicos parentum etiam mortuos statuis ornauit. Suffragatoribus non cito credidit: sed semper diu quaesivit quod erat uerum. Enissa est Fabia: ut Faustina mortua in eius matrimonium coiret: sed ille concubinam sibi asciuit Procuratoris uxoris suae filiam: ne tot liberis supelduceret noueram.

Eiusdem Verus ad Dioclitianum Augustum.

**S**CIO plerisque ita uitam Marci ac Veri litteris atq; historiae dedicasse: ut priorem Verum intimidandum legentibus darent: non imperandi secuti sunt ordinem sed uiuendi. Ego uero quod prior Marcus in imperare coepit deinde Verus: qui superstitite perit. Marco: priorem Marcum dehinc Verum credidi celebrandum. Igitur. L. Ceionius Aelius Commodus. Verus Antoninus: qui ex Hadriani uoluntate Aelius appellatus est ex Antonini coniunctione Verus & Antoninus neq; inter bonos neq; inter malos principes ponitur: quem constat non obruisse uitis nec abundasse uirtutibus. Vixisse deinde non in suo libero principatu sed sub Marco in simili ac pari maiestatis imperio. A cuius secta lasciuia morum & uitae licentioris nimietate dissenfit. Erat enim morum simplicium: & qui adumbrare nihil posset. Huic naturalis pater fuit. L. Aelius Verus: qui ab Hadriano adoptatus primus Caesar est dictus: & in eadem statione constitutus perit. Aui ac proauit & item maiores plurimi consulares. Natus est Lucius Romae in praetura patris sui decimo octauo kalendas Ianuarias die quo & Nero qui rerum potitus est. Origo eius paterna praerag; ex ethruria fuit: materna ex Fauentia. Hac prosapia genitus patre ab Hadriano adoptato in familiam aliam deuenit. Mortuoque patre Caesare in Hadriani familia remansit. A quo Aurelio datus est adoptandus: cum sibi ille Pium filium: Marcum nepotem esse uoluisset posteritati fatis prouidens: & ea quidem lege: ut filiam Pii Verus acciperet: quae data est Marco iccirco: quia hic ad hoc impar uidebatur aetate: ut in Marci uita exposuimus. Duxit autem uxorem Marci filiam Lucillam: edu-

Tertullus  
Vtilius  
Orfitus  
Moderatus

L. Ceionius  
Aelius Commodus  
uexus  
Antoninus

Lucilla

catus est in domo tiberiana. Audiuit Scaurum grammaticum latinum Scauri filium: qui grammaticus Hadriani fuit. Graecos Telephum atq; Phertionem Arpocratonem. Rhetores Apollonium: Celerem Caninum: Herodem atticum: Latinum Cornelium Frontonem. Philosophos Apollonius & Sextum: hos omnes amauit unice: atq; ab his inuicem dilectus est: nec tamen ingeniosus ad litteras. Amauit autem in pueritia uerfus facere: post orationes. & melior quidem orator fuisse dicitur quam poeta. Imo ut uerius dicam peior poeta quam rhetor. Nec desunt: qui dicant eum adiutum ingenio amicorum: atq; ab aliis ei illa ipsa quae liacunque sunt scripta. Si quidem multos disertos & eruditos semper secum habuisse dicitur. Educatores habuit Nicomedem. Fuit uoluptarius & nimis laetus: & omnibus deliciis ludis: iocis decenter apertissimus. Post septimum annum in familiam Aureliam traductus. Marci moribus & auctoritate formatus est. Amauit uenatus: Palestinas: & omnia exercitia iuuentutis. Fuitq; priuatus in domo imperatoria uiginti & tribus annis. Qua die togam uirilem Verus accepit: Antoninus Pius ea occasione qua patris templum dedicabat: populo liberalis fuit: mediisque inter Pium & Marcum idem resedit: cum quaestor populo munus daret. Post quaesturam statim consul est factus cum Sestilio laterano: interiectis annis cum Marco fratre iterum factus est consul. Diu autem & priuatus fuit: & ea honorificentia caruit: qua Marcus ornabatur. Nanque in senatu ante quaesturam sedit. Neq; in itinere cum patre sed cum praefecto praetorii uectus est. Nec aliud ei honorificentiae ad nomen adiunctum est: quam quod Augusti filius appellatus est. Fuit studiosus etiam circensium haud aliter quam gladiatorii muneris: Hic cum tantis deliciarum & luxuriae quateretur erroribus: ab Antonino uidetur ob hoc retentus: quod eum pater ita in adoptionem Pii transire iusserat: ut nepotem appellaret: cui quantum uidetur fidem exhibuit non amorem. Amauit tamen Antoninus Pius simplicitatem ingenii puritantemque uiuendi. Hortatusq; est: ut imitaretur & fratrem. Defuncto Pio Marcus in eum omnia contulit participatu etiam imperatoriae potestatis indulto: sibiq; consortem fecit: cum illi soli senatus detulisset imperium. Dato igitur imperio & indulta tribunicia potestate. Post consulatus etiam honorem delatum Verum uocari praecipit suum in eam transferens nomen: cum ante Commodus uocaretur. Lucius quidem Marco uicem reddens si susciperet obsecutus: ut legatus proconsulari uel praese imperatori iam primum eum Marcus pro ambobus ad milites est locutus: & proconsulis imperio grauius se ad Marci mores egit. Vbi uero in Syriam profectus est: non solum licentia uitae liberioris sed etiam adulteriis & iuuentutis amoribus infamatus est. Si quidem tanta luxuriae fuisse dicitur: ut etiam postea quam de Syria rediit: popinam domi instituerit. Ad quam post conuiuium Marci diuertebat ministratibus sibi omni genere turpium personarum. Fertur & nocte perpeti alea luisse: cum in Syria concepisset id uitium: atq; in tantum uitiorum gaianorum & Neronianorum ac uitellianorum fuisse aemulum: ut uagaretur nocte per tabernas ac lupanaria oblecto capite cucullione uulgari uiatorio: & commiseretur cum tricornibus: committeret rixas dissimulans quis esset: saepeq; afflictum liuida facie redisset. Et in tabernis agnitum cum sese absconderet: iaciebat & nummos in pinas maximos: quibus calices frangeret. Amauit & aurigas Prasino fauens: gladiatorum etiam frequentius pugnas in conuiuium habuit trahens canam in noctem & in thoro conuiuali condormiens: ita: ut leuatus cum stromatibus in cubiculum perferretur. Somni fuit permotici: digestionis facillimae. Sed Marcus haec omnia quasi nesciens dissimulabat rem: pudore illo ne reprehenderet fratrem. Et notissimum eius quidem fertur tale conuiuium in quo primum duodecim accubuisse dicitur. Cum sit notissimum dictum de numero conuiuarum septem conuiuium: nouem uero conuiuium. Donatos autem pueros decoros: qui ministrabant singulis. Donatos etiam structores & lances singulis quibusq; donata & uiua animalia uel cicurum uel ferarum: auium uel quadrupedum: quorum cibi appositi erant. Donatos et calices singulis per singulas portiones murinos & cristallinos alexandinos ac quotiens bibiturum est. Data etiam aurea atq; argentea pocula & gemmata. Coronas quinetiam datas lemniscis aureis interpositis & alieni temporis floribus. Data & uasa aurea cum uigentis ad speciem alabastrorum. Data & uehicula cum mulabus ac mulionibus cum iumentis argenteis: ut ita de conuiuiis redirent. Omne autem conuiuium aestimatum dicitur sexages cetenis milibus sestertiorum. Hoc conuiuium postea quae Marcus audiuit: ingemuisse dicitur & doluisse publicum fatum. Post conuiuium lusum est tessaris usq; ad lucem. Et haec quidem post

Scaurus graecus  
Telephus maticus  
Phertio  
Harpocratio  
Apollonius  
Celer caninus  
Herodes atticus  
Cornelius fronto  
Apollonius  
Sextus  
Nicomedes  
Verus  
Sestilius lateranus  
Verus  
M. Antoninus  
M. Antoninus  
M. Antoninus

Popina

Cucullio  
uulgari  
uiatorio  
Tricornibus  
Prasino  
factionis  
amator

Lemnisci  
Alabastrorum

cundius senator efferret: dicēs ad fratres suos scripturum esse: si qui forte dubitaret: nec Verus praesens pati posset: subitōq; morbo notis prope ueneni existentibus interisse: Visum ē nonnullis non tamen Marco quod eius fraude putaretur occisus. Quae res simulatum auxit ruiorem. Liberti multum potuerunt apud Verum: ut in uita Marci diximus Geminas & Agaclitus: cui dedit iuito. M. Libonis uxorem. Deniq; nuptiis ab hero celebratis Marcus cōuiuio in Interfuit. Habuit & alios liberos Verus improbos Coedem & Teclerum: ceterosq; quos omnes Marcus post mortem Veri specie honoris abiicit Eulecto retento: qui postea Commodum filium eius occidit. Ad bellum germanicum Marcus quod nollet Lucium sine se uel ad bellum mittere uel in urbe dimittere. Causa luxuriae simul profecti sūt atq; Aquileiam uenerunt: Inuitoq; Lucio alpes transgressi. Cum Verus apud Aquileiam tū tum uectatus conuiuatusq; esset: Marcus autem omnia prospexisset. De quo bello quidem per legatos barbarorum pacem petentium quidem per duces nostros gestum est: in Marci uita plenissime disputatum est. Composito autem bello in Pannonia urgente Lucio Aquileiam rediret quoq; urbanas desiderabat Lucius uoluptates in urbem destinatus est: sed nō longe ab Altino subito in uehiculo morbo quem Apoplexin uocant correptus Lucius depositus e uehiculo detracto sanguine Altinum perductus cum triduo mutus uixisset: apud Altinum periit. Fuit sermo quod & socrum Faustina inuicem incestasset. Et dicitur Faustinae sorcus dolo aspersis ostreis ueneno extinctus esse: iccirco quod consuetudinem quam cū matre habuerat: filiae prodidisset: quis & illa fabula quae in Marci uita posita est: abhorrens a talis uiri uita sit exorta. Cum multi etiam uxori eius flagitium mortis assignent: & iccirco quod Fabiae nimium indulserat Verus. Cuius potentiam uxor Lucii uel Marci ferre nō posset. Tanta sane familiaritas inter Lucium & Fabiam sororem fuit: ut si hoc quoq; usurpauerit rumor: quod inierint consilium ad Marcum e uita tollendum. Idq; cum esset per Agaclitum libertum proditum Marco ante aduentum Lucii Faustina praueiret. Fuit dedecorus corpore: uultu gemmatus: barba prope barbarice demissa procerus: & fronte in supercilia adductiore uenerabilis. Dicitur sane tantum habuisse curam flauentium capillorum: ut capiti auri roramenta respergeret: quo magis coma illuminata flauesceret: lingua impeditior fuit. Alea cupidissimus: uitae semper luxuriosae atq; in pluribus Nero praeter crudelitatem & ludibria. Habuit iter alium luxuriae apparatus calicem cristallinum nomine uolucrem ex eius aequi nomine quem dilexit: humanae potionis modum supergressum uixit annis quadraginta duobus. Imperauit cum fratre annis undecim. Illatumq; eius corpus est Hadriani sepulchro: in quo & Caesar pater eius naturalis sepultus est. Nota est fabula quam Marci non capit uita: quod partem uuluae ueneno illitam cum eam excuisset cultro una parte uenenato Marcus uero porrexit: sed hoc nefas est de Marco putari: quanuis Veri & cogitata & facta mereantur: quod nos non in medio relinquemus: sed totam purgatam confutatamq; respuimus. Cum adhuc post Marcum praeter uestram clementiam Dioclitiane Auguste imperatorem talem nec aduatio uideatur potuisse confingere.

Geminus  
Agachytus  
M. Libo  
Coedes  
Tecler  
Eulectus

Apoplexis

Fabia  
Lucius

Gemmatus  
uultu  
Roramenta  
auri

Diocletianus Augustus

Didius Iulianus Aelii Spartiani ad Dioclitianum Augustum.

**D**idio Iuliano qui post Pertinacem imperium adeptus est: proauus fuit Salbrius Iulianus bis consul praefectus urbi & iuriconsultus: quod magis eum nobilem fecit. Mater Clara Aemilia. Pater Petronius Didius Seuerus. Fratres Didius Proculus & Nummius Albinus. Auunculus Saluius Iulianus. Auus paternus insubris mediolanensis. Maternus ex Adrumentina colonia. Educatus est apud Domitiam Lucillam matrem Marci imperatoris. Inter uiginti uiros electus est suffragio matris Marci: Quae tor ante annum quam legitima aetas sinebat: designatus est. Aedilitatem suffragio Marci consecutus est. Praetor eiusdem suffragio fuit. Post praeturam legioni praefuit: in Germania uicesimae secundae primigeniae inde bellicam sancte ac diu rexit. Ibi cauchis germaniae populis qui Albinum fluuium accolebant: erumpentibus restitit tumultuariis auxiliis prouincialiu ob quae consulatū meruit testimonio impatoris. Catos etiam debellauit. Inde Dalmatiam regendam accepit: Eamq; a confinibus hostibus uindicauit. Post Germaniam

Salbrius Iulianus  
Aemilia  
Petronius Didius Seuerus  
Didius Proculus  
Nummius Albinus  
Saluius Iulianus  
Domitia Lucilla  
Adrumetina colonia  
uicesima secunda legio primigenia

parthicum bellum: ad quod eum misisse dicitur Marcus: ne uel in urbe ante oculos omnium peccaret: uel ut parsimoniam peregrinatione addisceret: uel ut timore bellico emendati or rediret: uel ut se imperatorem esse cognosceret. Sed quantum profecerit cum alia uita tū hae quam narrauimus caena monstrauit. Circensium tantam curam habuit: ut frequenter prouincialibus litteras causa circensium & miserit: & acceperit. Deniq; etiam praesens & cū Marco sedens multas a uenetianis est passus iniurias: quod turpissime contra eos faueret. Nam & uolucris equo Prasino aureum simulacrum fecerat: quod secum portabat. Cui quidem passas uuas & nucleos inuicem hordei in praesepe ponebat: quem sagis fucis tinctis cooptum in tibertana ad se adduci iubebat. Cui mortuo sepulchrum in Vaticano fecit. In huius equi gratiam primum coeperunt equi aurei uel brauia postulari. In tanto autē equus ille honore fuit: ut ei a populo parsimanorum saepe modius aureorum postulareretur. Profectum eum ad parthicum bellum Marcus Capuam profectus est. Cūq; inde per omnium uillas se ingurgitaret: morbo implicitus apud Canusium aegrorabat: quo ad eum uisendum frater contendit. Multa in eius uita ignaua & sordida etiam belli tempore deteguntur. Nam cum interfecto legato caesis legionibus syriis defectionem cogitatus oriens uastaretur: ille in Apulia uenabatur. Et apud Corinthum & Athenas inter symphonias & cantica nauigabat. Et per singulas maritimas ciuitates Asiae. Pamphiliae: ciliciae:q; clariores uoluptatibus inmorabatur. Antiochiam postea quam uenit: ipse quidem se luxuria dedit. Duces autem cōfecerunt parthicum bellum Statius priscus & Auidius Cassius & Martius Verus per quadriennium: ita ut Babylonem & Moediam peruenirent: & Armeniam uendicarent. Partum que est ipsi nomen Armenici: Parthici: Moedici: quod etiam Marco romae agentij delatum est. Egit autem per quadriennium Verus hyemem laodociae: aestatem apud Daphnem: reliquam partem Antiochiae: risui fuit omnibus syriis: quorum multa ioca in theatro in eum dicta extant. Vernas in triclinium saturnalibus & diebus festis semper admisit. Ad euphratem tamen impulsu comitum suorum secundo profectus est. Ephesum etiam rediit: ut Lucillam uxorem missam a patre Marco susciperet: & iccirco maxime ne Marcus cum ea in syriam ueniret: ac flagitia eius agnosceret: Nam senatui Marcus dixerat se filiam in Syria ducturum. Confecto sane bello regna regibus prouincias uero comitibus suis regendas dedit. Romam inde ad triumphum inuitus: quod Syria quasi regnum suum relinqueret: rediit: & pariter cum fratre triumphauit susceptis a senatu nominibus: quae in exercitu acceperat. Fertur praeterea ad amicae uulgaris arbitrium in Syria posuisse barbam. Vnde in eum a syris multa sunt dicta. Fuit eius fati: ut in eas prouincias per quas rediit: Romam usq; lucem secum deferre uideretur. Et nata fertur pestilentia in Babylonia: ubi de templo Apollinis ex arcula aurea: quam miles forte inciderat: spiritus pestilens euasit: atq; inde parthos orbemq; complexisse. Et hoc non. L. Veri uitio. sed Cassii a quo contra fidem Seleucia quae ut amicos milites nostros receperat: expugnata est. Quod quidem inter ceteros etiam quadratus belli parthici scriptor inculcatis Seleucenis qui fidem primi ruperant: purgat. Habuit hanc reuerentiam Marci Verus: ut nomina quae sibi delata fuerant: cum fratre communicaret die triumpho: quem pariter celebrarunt. Reuersus a parthico bello minore circa fratrem cultu fuit Verus. Nam & libertis inhonestius indulgit: & multa sine fratre disposuit. His accessit quod quasi reges aliquos ad triumphum adduceret: sic histriones eduxit e Syria quorum praecipuus fuit Maximus: quem Paridis nomine nuncupauit. Villam praeterea extruxit in uia Clodia famosissima: in qua per multos dies & ipse ingenti luxuria debacchatus est cū libertis suis & amicis paribus: quorum praesentia nulla inerat reuerentia. Et Marcum rogauit: qui uenit: ut fratri uenerabilem morum suorum & imitandam ostenderet sanctitudinem: & quinq; diebus in eadem uilla residens cognitionibus continuis operam dedit aut conuiuante fratre aut conuiuia comparante. Habuit Agrippum histrionem: cui cognomen tum erat Memphi: quem & ipsum e Syria uelut trophaeum parthicum adduxerat: que Apollonem nominauit: Adduxerat secum & fidicinas & tibicines & histriones scurrasq; mimarios & praestigiatos & omnia mancipiorum genera: quorum Syria & Alexandria pascebat uoluptate. Prorsus ut uideretur bellum non parthicum sed histrionicum confecisse. Et haec uitae diuersitas atq; alia multa inter Marcum & Verum similitates fecisse nō aperta ueritas indicabat: sed occultus rumor in seuerat. Vege illud praecipuum quod cum Libonem quendam patruelem suum Marcus legatum in Syria misisset: atq; ille se insolentius quam uere

Venetiam. i. fauto  
res uenetiae factio  
nis

Parsimanorum

Statius priscus  
Auidius Cassius  
Martius Verus  
Lucilla

L. Verus

Quadratus

Clodia  
Famosissima

Agrippus Memphi  
Apolaustrus

Mimarij  
seueri

illyricos timebat. Nigrum uero missio primipilario occidi præceperat timens præcipue syriacos exercitus. Ergo Pescennius niger in illyrico. Septinius Seuerus in Syria cum exercitibus quibus præsidebant: a Iuliano desciuerunt. Sed cum ei nunciatum esset Seuerum desciuisse quem suspectum non habuerat: perturbatus est: ad senatum uenit: imperauitque: ut hostis Seuerus renunciaretur militibus etiam qui Seuerum secuti fuerant: dies præstitutus: ultra quæ si cum Seuero fuissent: hostium numero haberentur. Missi sunt præterea legati a senatu consulares ad milites: qui suaderet: ut Seuerus repudiaretur & is esset imperator: quem senatus elegerat. Inter cæteros legatus est. Vespronius Candidus Vetus consularis olim militibus inuisus ob durum & sordidum imperium. Missus est successor Seuero Valerius Catulinus quasi posset ei succedi: qui militem iam sibi tenebat. Missus præterea Aquilius Centurio notus cædibus senatoriis: qui Seuerum occideret. Ipse autem Iulianus prætorianos in campum deduci iubet: muniri turres: sed milites desides & urbana luxuria dissolutos inuitissimos ad exercituum militare produxit. Ita ut uicarios operis quod unicuique præscribatur mercede conducerent. Et Seuerus quidem ad urbem infesto agmine ueniebat. Sed Didius Iulianus nihil cum exercitu prætoriano proficiebat: quem quotidie populus & magis odebat & ridebat. Et Iulianus sperans lætorem Seueri cum per eum Commodi manus euasisset: ingratus tanto beneficio iussit eum occidi. Iussit etiam Marci manum interfici. Sed dudum hæc egit Iulianus: Seuerus classem rauennatem occupat legati senatus qui Iuliano promiserant operam suam ad Seuerum transferunt. Tullius Crispinus præfectus prætorio contra Seuerum missus: ut classem produceret: repulsus Romam rediit. Hæc cum Iulianus uideret: senatum rogauit: ut uirgines uestales & cæteri sacerdotes cum senatu obuiam exercitui Seueri prodirent: & præsentis infulus rogarent inanem contra barbaros milites paras. Hæc tamen agenti Iuliano Faustus Quintillus consularis augur contradixit: asserens non debere imperare eum: qui armis aduersario non posset resistere: Cui multi senatores conferunt. Quare iratus Didius milites e castris petiit: qui senatum ad obsequium cogeret: aut obruncarent. Sed id consilium displicuit: neque enim dicebat: ut cum senatus hostem Seuerum Iuliani causa iudicasset: eundem Iulianum pateretur infestum. Quare meliore consilio ad senatum uenit: petiitque: ut fieret senatus consultum de participatione imperii. Quod statim factum est. Tunc omen quod sibi Iulianus cum imperium acciperet: fecerat: omnibus uenit in mentem. Nam cum consul designatus de eo sententiam dicens: ita pronunciaisset: Didum Iulianum imperatorem appellandum esse censeo: Iulianus suggestit: adde & Seuerum quod cognomentum aui & proauis sibi Iulianus adsciuerat. Sunt tamen qui dicant nullum fuisse Iuliani consilium de obruncando senatu: cum tanta in eum senatus contulisset. Post senatusconsultum statim Didius Iulianus unum ex præfectis Tullium Crispinum misit. Ipse autem tertium fecit præfectum Veturium Macrinum: ad quem Seuerus litteras miserat ut esset præfectus. Sed pacem simulatam esse tantamque cædem Seueri Tullio Crispino præfecto prætorii: & populus locutus est & Seuerus suspicatus. Denique hostem se Iuliano Seuerus maluit quæ principem consensum militum. Seuerus autem statim & ad plurimos Romam scripsit: & occulte misit edicta quæ proposita sunt. Fuit præterea in Iuliano hæc amentia: ut per magos plerumque faceret: quibus uitaret uel odium populi deleniri uel militum arma compefci. Nani & quasdam non conuenientes romanis sacris hostias immolauerunt: & carmina profana incantauerunt: & ea quæ ad speculum dicunt fieri. In quo pueri præligatis oculis cantando uertice respicere dicuntur: Iulianus fecit. Tuncque puer uidisse dicitur & aduentum Seueri & Iuliani decessionem. Et Crispinus quidem cum occurrisset præcursoribus Seueri Iulio Iaculo auctore a Seuero interemptus est. Deiecta sunt etiam e senatu. Iulianus conuocato senatu quæsitisque sententiis quid facto opus esset: certi nihil comperit a senatu. Sed postea sponte sua gladiatores Capuæ iussit armari per Lollium Titianum & Claudium Pompeianum & Arratinensem ad Participatum euocauit. Quod & gener imperatoris fuisset: & diu militibus præfuisset. Sed hoc ille recusauit senem se & debilem luminibus respondens Transferant & ex umbria milites ad Seuerum: & præmiserat quidem litteras Seuerus: quibus iubebat interfectores pertinacis seruari. Breui autem deserto est ab omnibus Iulianus & remansit in palatio cum uno de præfectis suis Geniali & genero repentino actum est denique: ut Iuliano senatus auctoritate abrogaretur imperium: & abrogatum est. Appellatusque statim Seuerus impator. Cui fingere: quod ueneno se absumpsisset Iulianus. Missi tamen a senatu: quoque cura per militem gregarium in palatio idem Iulianus occisus est. Fidem Cæsarum im-

Pescennius niger  
Septimius seuerus

Vespronius Candidus  
Valerius Catulinus  
Aquilus

Faustus Quintillus

Veturius Macrinus

Orthocomontia

Iulius Iaculus  
Lollius Titianus  
Claudius Pompeianus  
Arratinensis  
Genialis  
Repentinus

inferiorem rexit. Post hoc culpam alimentorum in Italiam meruit. Tunc factus est reus per quandam Seuerum clarissimum militem coniurationis cum Saluio contra Commodum: Sed a Commodo quia multos iam senatores occiderat & quidem nobiles ac potentes in causis maiestatis: ne tristius grauaretur. Didius liberatus est accusatore damnato. Absolutus iterum ad regendam prouinciam missus est. Bithyniam deinde rexit: sed non ea fama qua cæteras. Fuit consul cum Pertinace & in proconsulatu Africæ eidem successit: & semper ab collega est & successor appellatus maxime eo die cum filiam suam Iulianus despondens affini suo ad Pertinacem uenisset idque intimasset. Dixitque debita reuerentia quia collega & successor in castris appellari uellet. Et Iulianus cum genero ad senatum uenisset: quem indictum acceperat. Cumque clausas ualuas inuenisset: atque illic duos tribunos repperisset. P. Florianum & Vegetium Aprum: coeperunt cohortari tribuni: ut locum arriperet: quibus diceret iam alium imperatorem appellatum. Retinentes eum ad prætoria castra duxerunt. Sed postea quia in castra uentum est: consul Pitiano præfecto urbi focero Pertinacis concionante sibi imperium iudicante. Iulianum e muro ingentia pollicente nullus admitteret. Primum Iulianus monuit prætorianos: ne eum facerent imperatorem: qui Pertinacem uindicaret. Deinde scripsit in tabulis se Commodi memoriam restitutum: atque ita & admissus est: & imperator appellatus rogantibus prætorianis ne Sulpiciano aliquid noceret: quod imperator esse uoluisset. Tunc Iulianus Flauium Generalem & Tullium Crispinum suffragio prætorianorum præf. prætorii fecit. Stipatusque est caterua imperatoria per Maurentium: qui & ante se Sulpiciano coniunxerat. Sane cum uicena quina milia militibus promississet: tricena dedit. Inde habita concione militari uespera in senatum uenit. Totumque se senatui permisit. Factoque senatu consulto imperator est appellatus. Et tribunitiam potestatem ius proconsulare in patricias familias relatus emeruit. Vxor etiam Mallia Scantilla & filia eius Didia Clara Augustæ sunt appellatae. Inde se ad palatium recepit uxore ac filia illuc uocatis trepidis inuitis eo transeuntibus quasi iam imminens exitum præfagirent. Præfectum urbi Cornelium Repentinum generum suum fecit in locum Sulpiciani. Erat interea in odio populi Didius Iulianus ob hoc: quod creditum fuerat emendationem temporum Commodi Pertinacis auctoritate reparandam: Habebaturque ita quasi Iuliani consilio esset Pertinax interemptus. Etiam hi primum qui Iulianum odisse coeperant: disseminarunt: prima statim die Pertinacis cæna despecta luxuriosum parasse conuiuium ostreis & altilibus & piscibus adornatum: quod falsum fuisse constat. Nam Iulianus tantæ parsimonie fuisse perhibetur: ut per triduum porcellum: per triduum leporem diuideret: si quis ei forte misisset. Sæpe autem nulla existente religione holeribus leguminibusque contentus sine carne cænauerit. Deinde neque cænauit prius quam sepultus esset Pertinax: & tristissimus cibum ob eius necem sumptus. Et primam noctem uigiliis continuauit de tanta necessitate sollicitus. Vbi uero primus illuxit: senatum & equestrem ordinem in palatium uenientem admisit: atque unum quemque ut erat ætas: uel patrem uel filium uel parentem affatus blandissime est. Sed populus in rostris atque ante curiam ingentibus eum conuiciis lacessebat sperans deponi ab eo posse imperium: quod milites dederant. Lapidationem quoque facere descendenti cum militibus & senatu in curiam diras imprecati sunt rem diuinam facienti ne litaret: optarunt. Lapides etiam in eum iecerunt. Cum Iulianus manu eos semper placare cuperet. Ingressus autem curiam placide & prudenter uerba fecit. Egredias quod esset adscitus: quod & uxor & filia eius augustorum nomen acceperunt. Patris patriæ quoque nomen recepit. Argenteam statuam respuit: Et senatu in capitolium peragenti populus obstetit: sed ferro & uulneribus & pollicitationibus aureorum quos digytis ostendebat ipse Iulianus: ut fidem faceret summotus atque depulsus est: inde ad circense spectaculum itum est. Sed occupatis indifferenter omnium subselliis populus geminauit conuiuia in Iulianum: Pescennium Nigrum: qui iam imperii sui tempore mitissimus fuit. Populus autem in milites uahementissime inuehebatur qui ob pecuniam Pertinacem occidissent. Multa igitur quæ Commodus statuerat: Pertinax tulerat: ad conciliandum fauorem populi restituit. De ipso Pertinace neque bene equicquam egit. Quod grauissimum plurimis uisum est. Constitit propter metum militum de honore Pertinacis tacitum esse. Et Iulianus quidem neque Britannicos exercitus neque

Seuerus  
Saluinus

Consul  
Didius  
Pertinax

Intimas set  
Pitiano

P. Florianus

Vegetius  
Aprus

Sulpicianus

Flauius generalis

Tullius Crispinus

Maurentius

Mallia Scantilla

Didia Clara

Sulpicianus

Cornelius Repentinus

Pescennius Niger

Britannicus

Emancipauerat

Lauicoma

Antoninus geminus

Letteratore grecu

Stationis impatoris

Centucelle

Romulus

Cassius

Annaria lex

Autexus

plorans hoc est Seueri filiam suam potitus imperio: dato patrimonio emancipauerat: quod ei cum Augustae nomine statim sublato est. Corpus eius a Seuero uxori Manliae Scantila ac filiae ad sepulchrum est redditum & in proauu monumento translato miliario quinto uia lauicana. Obiecta sane sunt Iuliano haec: quod gulosus fuisset: quod aleator: quod armis gladiatoris exercitus esset: eaq; omnia senex fecerit. Cum antea nunq; adulescens his esset uitius infamatus. Obiecta est etiam superbia cum ille etiam in imperio fuisset humillimus Iuit autem contra humanissimus ad conuiuia: benignissimus ad subscriptiones: moderatissimus ad libertatem. Vixit annis quinquaginta sex mensibus quattuor. Imperauit mensibus duobus diebus quinque: reprehensive in eo praecipue: quod eos quos regere auctoritate sua debuerat: regenda reip. praefules ipse fecisset.

Commodus Antoninus Aelii Lampridii ad Dioclitianum Augustum.

**D**E Commodi Antonini parentibus in uita Marci Antonini satis est disputatum. Ipse autem natus est apud Lanubium cum fratre Antonino Gemino pridie kalendas septembres patre patruoq; consulibus. Vbi & Auus maternus dicitur natus. Faustina cum esset Commodus cum fratre praegnans uisa est in somnis serpentes parere: sed ex his unum ferociorem. Cu autem peperisset Commodum atq; Antoninum: Antoninus quadrimus est elatus: quem parem astrorum cursu Commodus mathematici promittebant. Mortuo igitur fratre Commodum Marcus & suis praecipis & etiam magnog; atq; optimorum uirorum erudire conatus est. Habuit litteratorem graecum Onesicratem Latinum Capellam Antistium. Orator ei Atticus sanctus fuit. Sed tot disciplinarum magistrum nihil ei profuerunt. Tantum ualet aut ingenii uis aut eorum qui in aula institutores habentur. Nam a prima statim pueritia turpis: improbus: crudelis: libidinosus: ore quoq; pollutus & construpatus fuit. Iam in his artifex quae stationis imperatoriae non erant: ut calices fingeret: saltaret: cantaret: sibilaret. Scurram deniq; & gladiatorem se perfectum ostenderet. Auspicium crudelitatis apud Centumcellas dedit anno aetatis duodecimo. Nam cum tepidus forte laetus esset: balneatorem in fornacem conici iussit quando a praedagogo cui hoc iussu fuerat: ueruecina pellis in fornace consumpta est: ut fidem poene de foetore nidoris imple-ret. Appellatus est autem Caesar puer cum fratre Seuero: quartodecimo aetatis anno in collegium sacerdotis afficitus est. Cooptatus inter tres solos principes iuuentutis cum toga sumpsit: adhuc in praetexta puerili congiarium dedit: atq; ipse in basilica Traiani praesedit. Indutus autem toga est nonarum Iulianarum die: quo in terris Romulus non apparuit: & eo tempore quo Cassius a Marco desciuit. Profectus est commendatus militibus cum patre in Syriam & aegyptum: & cum eo Romana rediit. Post haec uenia legis annariae impetrata consul est factus: & cum patre imperator est appellatus quinto kalendas decembres die Pollione & Apro consulibus: & triumphauit cum patre. Nam & hoc patres decreuerant. Profectus e cum patre & ad Germanicum bellum adhibitos custodes uitae suae honestiores ferre non potuit: pessimos quoq; detinuit. & submotos usq; ad aegritudinem desiderauit: quibus per patris molliciem restitutis popinas & ganeas in palatinis semper diebus fuit. Neq; unq; pepercit uel pudori uel sumptui. Hidonio aleam exercuit. Mulierculas formae scitioris: ut prostibula mancipia perficiem lupanarium & ludibrium pudicitiae contraxit. Imitatus esse propalae: circumforaneos equos curules sibi comparuit. Aurigae habitu currus rexit: gladiatoribus conuixit: aquam gessit: ut lebronum minister: in probis natum magis q; ei loco exin crederet: ad quem fortuna prauexit. Patris ministeria seniora summouit. Amicos senes abiicit Filium Saluii Iuliani qui exercitibus praerat: ob impudicitiam frustra temptauit: atq; exinde Iuliano tetendit insidias. Honestissimos quoq; aut per contumeliam aut per honorem indignissimum abiicit. Appellatus est a mimis quasi obstupratus: eosdemq; ita ut non apparerent: subito deportauit. Bellum etiam quod pater poene cofecerat: legibus hostium additus remisit: ac Romam reuersus est. Romam ut redit: sub auctore suo Autero post se in curru locato: ita triumphauit: ut eum serius ceruice reflexa publice oclaretur: etiam in orchestra hoc idem fecit. Et cum potaret in lucem eluereturq; turibus romani imperii. Vespera etiam per tabernas ac lupanaria uoluit. Misit homines ad prouincias regendas uel criminum locos uel a criminosis commedatos. In senatus odium ita uenit: ut & ipse crudeliter in tanti

ordinis perniciem saeuiret: fieretq; contento crudelis uita Commodi. Quadratum & Luciliam compulsi ad eius interfectionem consilia inire non sine praefecti praetorii Tarruntem paterni consilio. Datum autem est negocium peragenda necis Claudio Pompeiano propinquo: qui ingressus ad Commodum destitit gladio cum facienda potestatem habuisset in hac uerba prorumpens. Hunc tibi pugionem senatus mittit. Detexit facinus fatuus: nec impleuit: multis cum eo participantibus causam. Post haec interfecti sunt Pompeianus primo & quadratus dein Narbana atq; Norbanus & Paralius & mater eius & Lucilla & in exilium exacta. Cum praefecti praetorio uidisset Commodum in tantum odium incidisse: obtentu aucteri cuius potentiam praefecti ferre non poterat: urbane Auterum e ductu a palatio sacrorum causa & redeuntem in hortos suos per frumentarios occiderunt. Id uero grauius q; de se ipso Commodus fuit. Paternum autem & huius caedis auctorem & quantum uidebatur paratae necis Commodi conscium & interuentorem. Ne coniuratio latius puniretur: instigante Tigidio per latiaclau honorem a praefectura administratione submouit. Post paucos dies insimulauit eum coniurationis cum diceret: ob hoc promissam Iuliani filio filiam paterni: ut in Iulianum transferretur imperium. Quare & paternum & Iulianum & Vitruuium secundo paterni familiarissimum qui epistolas imperatorias curarat: interfecit. Domus praeterea Quintiliorum omnis extincta quod sextus Condiciani filius specie mortis ad defectum onem diceretur euasisse: interfecta & Vitrasia Faustina: & Velius Rufus & Cenatius Capito consularis. In exilium autem acti sunt Aemilius iunctus est Attilius Seuerus & consules & in multos alios uarie saeuitum. Post haec Commodus nunquam facile in publicum processit: neq; quicq; sibi nunciari passus: nisi quod Perhennis ante tractasset. Perhennis autem Commodi animum persciens inuenit: quemadmodum ipse potens esset. Nam persuasit Commodus: ut ipse deliciis uacaret. Idem uero Perhennis curis incumberet: quod Commodus laetanter accepit. Hac igitur lege uiuens ipse cum trecentis concubinis: quas ex matronarum meretricumq; delictu ad formae speciem conciliis: recentisq; aliis puberibus exoletis quos aequae ex plebe ac nobilitate nuptusq; forma disceptatrice collegerat: in palatio per conuiuia & balneas bacchabantur. Inter haec habitu uictimarii uictimas immolauit: in arena rudibus inter cubilarios gladiatores pugnauit succentibus aliquando mucronibus. Tunc tamen Perhennis cuncta sibimet uindicauit: quos uoluit: interemit: spoliari plurimos: omnia iura subuertit: praedam omnem in sinum contulit. Ipse autem Commodus Lucillam sororem cum ea promississet: occidit sororibus dein suis ceteris: ut dicitur: constupratis. Consobrinas patris complexibus suis in iuncta uiri etiam & concubinis matris norae imponit & uxoris. Quam deprahensam in adulterio exegit: exactam relegauit: & postea occidit. Ipsas concubinas suas sub oculis suis stuprari iubeat. Nec irruentium in se iuuenum carebat infamia omni parte corporis atq; ore in sexum utrunq; pollutus. Occisus est eo tempore etiam Claudius quasi a latronibus cuius filius cum pugione quondam ad Commodum ingressus est. Multiq; alii senatores sine inditio interempti: sceminae quoq; diuites. Et nonnulli per prouincias a Perhenni ob diuitias insimulate spoliati sunt: uel etiam interempti. His autem quibus deerat ficti criminis appposito obiciebatur quod scribere uoluissent Commodum Haeridem. Eo tempore in Sarmatia res bene gestas per alios duces in filium suum Perhennis referebat. Hic tamen Perhennis qui tantum potuit subito quod bello Britannico militibus equestris loci uiros praefecerat: amotis senatoribus prodita re per legatos exercitus hostis appellatus lacerandusq; militibus est deductus. In cuius potentiae locum Cleandrum ex cubiculariis subrogauit: Multa sane post interfectum Perhennem eiusq; filium quasi a se non gestata rescidit uelut in integrum restituens. Et hanc quidem poenitentiam scelerum ultra triginta dies tenere non potuit: grauiora per Cleandrum faciens quam fecerat per supra dictum Perhennem. Et in potentia quidem Cleander Perhenni successerat. In praefectura uero Niger q; sex tantu horis praef. praet. per horas ac dies Commodus peiora omnia q; fecerat ante faciente. Fuit aut Marcus quartus praef. praet. diebus quinque. Hoz; successores ad arbitrium Cleandri aut reuerti sunt aut occisi. Ad cuius nutu etiam libertini in senatu atq; in patricios lecti sunt. Tuncq; primu uiginti quinque consules in unu annum uanditaeq; oes prouinciae. Omnia Cleander pecunia uanditabat: reuocatos de exilio dignitatibus ornabat: res iudicatas rescindebat. Qui tan: um per stulticiam Commodi potuit: ut Byrrum sororis Commodi uigze reprahendentem nuncianteq; Comodo quae siebant: in suspitione regni affectu traheret: &

Quadratus  
Lucilla  
Tarruntem  
Claudius Pompeianus

Narbana  
Norbanus  
Paralius  
Lucilla

Tigidios  
Vitruuius

Quintilius  
Sextus  
Condicianus

Vitrasia Faustina  
Velius Rufus  
Cenatius Capito  
Aemilius iunctus

Attilius Seuerus  
Perhennis

Claudius

Cleander

Niger  
Marcus quartus

Viginti quinque: c  
sules in unu  
annum

occideret. Multis aliis qui Byrrum defendebant pariter interemptis. Præf. etiam Ebuntianus inter hos est interemptus. In cuius locum ipse Cleander cum aliis duobus: quos ipse delegat. Præfectus est factus. Tuncq; primum tres præf. præf. fuere. Inter quos Libertinus qui a pugione appellatus est. Sed & Cleandro dignus tandem uitæ finis impositus. Nam cum insidiis illius Arius Antoninus factis criminibus in tali gratiam quem in proconsulatu Asia damnauerat: esset occisus: nec eam inuidiam populo sæuiente Commodus ferre potuisset: plæbi ad pœnam donatus est. Cum etiam Aiolaustus aliiq; liberti aulici pariter interempti sunt. Cleander inter cætera etiã concubinas eius cõstuprauit: de quibus filios suscepit: qui post eius interitum cum matribus iterempti sunt. In cuius locum Iulianus & Regilius subrogati sunt. Quos & ipsos postea pœnis affectis. His occisis interemit Seruilius & Dulium Syllanos cum suis. Mox Antium lupum & Petronios Mamertinum & Syram filiumq; Mamertium Antonianum ex sorore sua genitum. Et post eos sex simul ex consulibus Allium Fulcum: Celiu Felicem: Luceium Torquatium: Latium Eurupianum: Valerium Bassianum: Pactuleium Magnum cum suis atq; in Asia Sulpitium Crassum proconsulem & Iulium Proculum cum suis. Claudiumq; Lucanum consularem: & consobrinam patris sui Faustianam Anniam in Achaia. Et alios infinitos: destinauerat & alios quattuordecim occidere inuatu semet tradente cum adulterum matris consulem designasset: appellatus est Pius: cum occidisset Perhennem: appellatus est Felix. Inter plurimas cædes multorum ciuium quasi quidam nouus Sylla: idem Commodus ille Pius: ille felix. Finxisse etiam quandam contra coniuurationem dicitur: ut multos occideret. Nec alia ulla fuit defectio præter Alexandri qui postea se & suos intermit: & sororis Lucillæ. Appellatus est Commodus etiam Britannicus ab adulatoribus: cum Britanni etiam imperatorem contra eum deligere uoluerunt. Appellatus est etiam Romanus Hercules: quod feras Lanuuium in amphitheatro occidisset. Erat enim hæc consuetudo: ut domi bestias interficerent. Fuit præterea ea dementia: ut urbem Romam coloniam commodianam uocari uoluerit: Cui furor dicitur inter delinimenta Martiæ iniectus. Voluit etiam in Circo quadrigas agitare. Dalmaticatus in publico processit: atq; ita signum quadrigis emittendis dedit: & eo quidem tempore quo ad senatum rettulit de commodiana faciendâ Roma: non solum senatus hoc libenter accepit per irrisum onem: quantum intelligitur: sed etiam se ipsum Commodianum uocauit. Commodu Hercules & deum appellans. Simulauit se & in Africam iturum: ut sumptum itinerarium exegeret: & exegit: eumq; in conuiuia & aleam conuertit. Motilenum præf. prætorii per ficus ueneno interemit. Accepit statuas in Herculis habitu: eiq; immolatum est ut deo. Multos præterea parauerat interimere: quod per Prauolum quendam proditum est: qui tabulam cubiculo eiecit: in qua occidendorum erant nomina scripta. Sacra Isis coluit: ut & caput raderet & Anubin portaret: bellonæ seruiens uere execare brachium præcepit studio crudelitate. Isiacos uero pineis usq; ad perniciem pectus tundere cogebat: cum Anubin portaret. Capita Isiacorum grauitur obtundebat ore simulacri: claua non solum leones in ueste muliebri & pelle leonina: sed etiam multos homines affixit. Debiles pedibus & eo squi ambulare non possent in gigantum modum formauit: ita: ut ab agentibus de pannis & linteis quasi dracones detegerentur: eosdemq; sagittis confecit. Sacra mithriaca homicidio uero polluit. Cum illic aliquid ad speciem timoris uel dici uel fingi soleat. Etiam puer & gulosus & impudicus fuit: Adoleiscens omne genus infamauit hominum: quod erat secum: Et ab omnibus est infamatus: irridentes se feris obiciebat. Eum etiam qui Tranquilli librum uitam & Caligula. Siquis sane se mori uelle prædixisset: hunc inuitum præcipitari iubebat. In iocis quoq; perniciosus. Nam eum quem uidisset albescentes inter nigros capillos quasi uermiculos habere: sturno appolito qui se uermes sectari crederet: capite suppuratū reddebat. Obtoni oneris pinguem hominem medio uentre disiecit: ut eius intestina subito funderetur. Monopodios & Iulcimos eos qui aut singulos tulisset oculos aut singulos pedes fregisset: appellabat. Multos præterea pallim extinxit: alios quia barbarico habitu occurrerant: alios quia nobiles & speciosi erant. Habuit in deliciis homines appellatos nominibus uerè dorum utriusq; sexus: quos libentius suis oculis applicabat. Habuit & hominem pene prominentem ultra modum animalium: quem onon appellabat: sibi carissimum: quem & di-

Ebuntianus  
Arius Antoninus  
Aiolaustus  
Iulianus  
Regilius  
Seruilius  
Dulius Fulvianus  
Antius Lupus  
Mamertius  
Petronius  
Syllanus  
Syllanus  
Mamertius  
Antonius  
Allius Fulvianus  
Celius Felix  
Dalmaticatus  
Luceius Torquatus  
Latius Eurupianus  
Valerius Bassianus  
Pactuleius Magnus  
Sulpitius Crassus  
Iulius Proculus  
Claudius Lucanus  
Faustina Annia  
Alexander  
Motilenus  
Prauolus  
Tranquillus  
Iulcimos

rauit: & sacerdotio Herculis ruffici præposuit. Dicitur sæpe preciosissimis cibus humana ster cora miscuisse: nec abstinuisse gustu aliis: ut putabat: irrisis. Duos Gilbos retortos in lace ar gentea sibi sinapi perfusus exhibuit: eosdemq; statim promouit: ac ditauit. Præf. præf. suum Iulianum togatum præfente officio suo in pircinam detrusit. Quem saltare etiam nudum ante concubinas suas iussit quatientem cymbala. Deformato uultu genera leguminum coctorum ad conuiuium propter luxuriæ continuationem reuocauit. Lauabat per diem septies atq; octies: & in ipsis balneis edebat deorum templa pollutus stupris & humano sanguine. Imitatus est & medicum: ut sanguinem hominibus semitteret scalpris feralibus. Menses quoq; in honorem eius pro Augusto Commodum pro Septembri Herculem: pro Octobri inuictum: pro Nouembri Exuperatorium: pro Decembri Amazonium ex signo ipsius aduatores uocabant. Amazonium autem uocatus est ex amore concubinae suae Martiæ: quam pictam in Amazone diligebat: propter quam & ipse Amazonico habitu in Harenam Romanam procedere uoluit. Gladiatorum etiam certamen subiit: & norma gladiatorum recepit eo gaudio: quasi acciperet triumphalia. Ludum semper ingressus est: & quotiens ingrederetur publicis monumētis indi iussit. Pugnaſſe autem dicitur septingentes tricies quiquies nominatus inter Cæsares quartum Iduum octobrium: quas Herculeas postea nominauit Pudente & Pollione consulibus. Appellatus Germanicus idibus Herculeis Maximo & Orphito consulibus. Assumptus est in omnia collegia sacerdotalia sacerdos. xiii. kalendas inuictas Pione & Iuliano consulibus. Profectus in germaniam. xiiii. kalendas Aelias: ut postea nominauit: iisdem consulibus. Togam uirilem accepit cum patre appellatus imperator v. kalendas exuperatorias. Pollione iterum & Apro consulibus. Triuphauit. x. kalendas ianuaris iisdem cõsulibus. Itaq; pfectus. iiii. nonas Commodias. Orphito & Rufio cõsulibus: datus in perpetuum ab exercitu & senatu in domo palatina Commodiana conseruandus. xi. kalendas romanas. Præfente iterum consule tertio. Meditans de profectioe a senatu & populo suo retentus est. Vota pro eo facta sunt nonis Pii Fusciano iterum consule: Inter hæc refer tur in litteras pugnaſſe illum sub patre trecentis sexagies quinques: Item postea tantum palmarum gladiatorum confecisse. Vel uictis retiaris uel occisis ut mille contingeret. Ferrarum autem diuersarum manu sua occidit multa milia. Ita: ut elephatos occideret. Et hæc fecit sæpe spectante populo ro. Fuit autem ualidus ad hæc: alias debilis & infirmus. Vitio etiam inter inguina prominenti ita: ut eius tumorē per sericas uestes populus romanus agnosceret. Versus in eum multi scripti sunt: de quibus etiam in opere suo Marius Maximus gloria tur. Virium ad conficiendas feras tantarum fuit: ut elephantum conto transfigeret: & origis cornu hasta trasmiserit: & singulis ictibus multa milia ferarū ingentiū cõficeret. Impudētia tāta fuit: ut cum muliebri ueste in amphitheatro uel theatro sedens publice sæpissime biberit. Victi sunt sub eo tamen: cum ille sic uiueret: per legatos mauri. Victi daci. Pannoniæ quoq; compositæ in Britannia: in germania & in dacia imperium eius recusantibus puincialibus. Quæ omnia ista per duces sedata sunt. Ipse Commodus in subscribendo tardus & negligens: ita ut libellis una forma multis subscriberet. In epistolis autē plurimis uale tantum scriberet. Agebanturq; omnia per alios: qui etiam condemnationes in sinum uertisse dicuntur. Per hanc autem negligentiam cum & annonam ualtarent hi qui tunc tempore gerebant etiam inopia ingens Romæ exorta est: cum fruges non deessent: & eos quidem qui omnia ualtabant: postea Commodus occidit: atq; proscriptit. Ipse uero sæculum autem Commodianum nomine assimulans uiltatem popoliuit: ex qua maiorem penuriam fecit: multi sub eo & alienam pœnam & suam salutem pecunia redemerunt. Vendidit etiam suppliciorum diuersitates & sepulturas & immunitiones malorū: & alios pro aliis occidit. Vendidit etiam puincias & administrationes: cum hi per quos uandē et: partem acciperent: partem uero Commodus. Vendidit nonnullis & inimicorum suorum cædes. Vendidit sub eo etiam euentus litium liberti. Præfectos Paternum & Perhennem non diu tulit. Ita tamen: ut etiam de his præfectis: quos ipse fecerat: triennium nullus impleteret. Quorū plurimos interfecit uel ueneno uel gladio. Et præfectos urbi eadem felicitate mutauit. Cubicularius cum uideret eum tam facile cubicularios occidere: præuenit eum: & factioni mortis eius inersuit. Spectator gladiatoria sumpsit arma panno purpureo nudos humeros aduelans. Habuit præterea morem ut omnia quæ turpiter: quæ impure: quæ crudeliter: quæ gla-

Gilbos  
Iulianus togatus  
Marta concubina  
Pudens  
Pollio  
Maximus  
Orphitus  
Fuscianus  
Retiaris  
Marius Maximus  
Paternus  
Perhennis



Comodiam)

diatorie: quæ lenonice faceret: actis urbis indi iuberet: ut Marii Maximi scripta testantur a Commodianum etiam præ. dixit quo sæpissime præfente gladiator pugnavit. Sane cum il si sæpe pugnant ut deo populus fauisset: irrisum se credes populum romanum a militibus classariis: qui uela ducebant: in amphitheatro interim præceperat. Urbem incendi iussit: utpote coloniam suam. Quod factum esset: nisi Lætus præf. præf. Commodum deterruisset. Appellatus est sane inter cætera triumphalia nomina etiam sexcentis uicibus Paulus primus secutorum. Prodigia eius imperio & publice & priuatim hæc facta sunt. Crinita stela apparuit. Vestigia deorum in foro uisa sunt exeuntia. Et ante bellum desertorum cælum arsit: & repentina caligo ac tenebra in circo kalendis ianuariis aborta est & ante lucem. Fuerant etiam incendiariæ aues ac diræ de palatio. Ipse ad Cælium montem in uestilianas ædes migravit negans se in palatio posse dormire. Ianus Geminus sua sponte apertus est: & Anubis simulacrum marmoreum moueri uisum est. Herculis signum æneum sudauit in minuta per plures dies. Bubo etiam supra cubiculum eius depræhensus est tam Romæ quam lanuuii. Ipse autem prodigium non leue sibi fecit. Nam cum in gladiatoris occisi uulnus manu misisset: ad caput sibi deterruisset: & contra consuetudinem penulatos iussit spectatores non rogatos ad munus conuenire: quod funebribus solebat. Ipse in pullis uestimentis præsidens galea eius bis per portam libitinensem elata est. Congiarium dedit populo singulis denarios septingenos uicenos quinos: circa alios omnes parcissimus fuit. Quod luxuriæ sumptibus earum minueret: Circeses multos addidit ex libidine potius quam religione. Et ut dominos factionum dita: et. His incitati licet nimis sero Quintus Aelius Lætus præf. & Martia concubina eius inierunt coniurationem ad occidendum eum. Primum ei uenenum detulerunt quod cum minus operaretur: per athletam cum quo exerceri solebat: eum strangularunt. Fuit forma quidem corporis iusta uultu insubido: ut ebriosi solent: & se. mone in condito. capillo semper fucato: & auri irradiamenti illuminato adurens comam & barbam timore tonsoris Corpus eius ut unco traheretur atq; in Tiberim mitteretur senatus & populus postulauit. Sed postea iussu Pertinacis in monumentum Hadriani translatum est. Opera eius præter lauacrum quod Cleander nomine ipsius fecerat: nulla extant. Sed nomē eius alienis operibus incisum senatus erasit. Nec patris autem sui opera perfecit. Classē africanam instituit: quæ subsidio esset: si forte alexandrina frumenta cessassent. Ridicule etiā cartaginē Alexandriam: Commodianam rogatam appellauit. Cum classē quoq; africanam Commodianam Herculeam appellasset. Ornamenta sane quædam colosso addidit: quæ postea cuncta sublata sunt. Colossi autem caput dempsit: quod Neronis esset: ac suum imposuit: & titulum more solito subscripsit ita: ut illum gladiatorium effeminatum non præmitteret. Hunc tamen Seuerus imperator amantissimus nois sui odio ut uidetur senatus inter deos rettulit flamme addito: quem ipse uiuus sibi parauerat. Herculeo Commodianæ sorores tres superstites reliquit: ut natalis eius celebraretur: Seuerus instituit. Acclamatiōnes senatus post mortem Comodi graues fuerunt: Ut autem sciretur quod iudicium senatus de Comodo fuerit: ipsas acclamatiōnes de M. Maximo indidi. Et sententiā senatus consulti: hosti patriæ honores detrahantur: parricidæ honores detrahantur: parricida trahatur. Hostis patriæ: parricida gladiator in spoliario Janietur. Hostis deorum: carnifex senatus Hostis deorum parricida senatus: hostis deorum: hostis senatus: gladiatorem in spoliario. Qui senatum occidit in spoliario ponatur. Qui senatum occidit: unco trahatur. Qui innocentes occidit: unco trahatur: hostis: parricida uere leuere. Qui sanguini suo non pepercit: unco trahatur. Qui te occisurus fuit: unco trahatur. Nobiscum timuisti: nobiscum periclitatus es: ut salui simus Iuppiter optime maxime serua nobis Pertinacem: fidei prætorianorum feliciter: præto. iis cohortibus feliciter. Exercitibus Romanis feliciter. Pietati senatus feliciter. Parricida trahatur. Rogamus Auguste parricida trahatur. Hoc rogamus parricida trahatur. Exaudi Cæsar. Delatores ad leonem: exaudi Cæsar. Speratum ad leonem. Victoriæ populi Romani feliciter. Fidei militum feliciter. Fidei prætorianorum feliciter. Cohortibus prætoriiis feliciter: Hostis statuas undiq; parricidæ statuas undiq; gladiatoris statuas undiq; gladiatoris & parricidæ statuas detrahantur. Necator ciuium trahatur: parricida ciuium trahatur. Gladiatoris statuas detrahatur. Te saluo salui & securi sumus: uere: uere: modo uere: modo digne: modo uere: modo libere. Nunc securi sumus: delatoribus metum. Ut securi sumus: delatoribus metum: salui simus: delatores de senatu. Delatoribus suste te saluo.

Secutores

Cometes

Prodigia

Ianus geminus

Libitmensis porta

Quintus Aelius Lætus

Martia

Cleander

Colossus neronis

Herculeo Commodianæ

Spoliario

Delatores ad leonem te imperatore. Delatoribus sustem: parricidæ gladiatoris memoria aboleatur: parricidæ gladiatoris statuas detrahantur. Impuri gladiatoris memoria aboleatur: gladiatorem in spoliario. Exaudi Cæsar. Carnifex unco trahatur. Carnifex senatus more maiorum unco trahatur. Sæuior Domitiano: impurius Nerone: sic fecit: sic patiat. Memoria innocentium seruentur: honores innocentium restituas. Rogamus: parricidæ cadauer unco trahatur: gladiatoris cadauer unco trahatur: gladiatoris cadauer in spoliario ponatur. Præroga: præroga: omnes censemus unco trahendum. Qui omnes occidit: unco trahatur. Qui omnem ætatem occidit: unco trahatur. Qui utrunq; sexum occidit: unco trahatur. Qui sanguini suo non pepercit: unco trahatur. Qui uiaua spoliavit: unco trahatur. Qui testamenta deleuit unco trahatur. Qui uiuos spoliavit: unco trahatur. Seruis seruiimus. Qui pretia uitæ exegit: unco trahatur. Qui pretia uitæ exegit: & fidem non seruauit: unco trahatur. Qui senatum uendidit: unco trahatur. Qui filiis abstulit hæreditatem: unco trahatur. Indices de senatu: delatores de senatu: seruorum subornatores de senatu: & tu nobiscum timuisti: omnia scis: bonos & malos nosti: omnia scis: omnia emenda: pro te timuimus. O nos felices te uiro imperante. De parricida refer: refer: perroga: præsentiam tuam rogamus. Innocentes sepulti non sunt. Parricidæ cadauer trahatur. Parricida sepulto seruit. Parricidæ cadauer trahatur. Et cum iussu Pertinacis Liius laurensis procurator patrimonii Fabio Chiloni consuli designato dedisset: per noctem Comodi cadauer sepultum est. Senatus acclamauit: quo auctore sepelirent. Parricida sepultus seruatur: trahatur. Cingius Seuerus dixit iniuste sepultus est. Quia pontifex dico: hoc collegium pontificum dicit: quoniam Lætam percensui. Non conuertar ad necessaria. Censeoq; is qui non nisi ad perniciem ciuium & ad dedecus suum uixit. Ob honorem suum decerni coegit. Abolendas statuas quæ undiq; sunt abolendæ: nomenq; ex omnibus priuatis publicisq; monumentis eradendum. Mensesq; his nominibus nuncupandos: quibus nuncupabantur: cum primum illud malum in republica incubuit.

Pertinax Iulii Capitolini.

**P** Vblio Heluio Pertinaci pater Libertinus Heluius successus fuit: qui filio nomen & continuatione lignariæ negotiationis quod Pertinaciter eam rem gereret: imposuisse fatetur. Natus est Pertinax in Appennino in Villa Martis: equus pullus ea hora qua natus est: in regulas ascendit: atq; ibi breuiter commoratus decidit: atq; expirauit. Hac re morus pater ad Chaldæum uenit. Qui cum illi futura ingentia prædixisset: stirpem se prædixisse dixit. Puer litteris elementariis & calculo imbutus: datus etiā grammaticis: atq; inde Sulpitio Apollinari. Post quem idem Pertinax grammaticen professus est. Sed cum in ea minus quæritus proficeret: per Lollianum Auitum consularem uirum patris patronum dicendi ordinis dignitatem petiit. Dein præfectus cohortis in Syriam profectus. T. Aurelio imperatore a præfide syriæ: quod sine diplomatis cursum usurpauerat: pedibus ab Antiochia ad legationem suam iter facere coactus est. Bello parthico industria sua promeritus in Britanniam translatus est ac retentus. Post in mæsia rexit alam deinde alimentis diuidendis in uia Aemilia procurauit. Inde classē germanicam rexit. Mater eum usq; in germaniam profecta est: ibiq; obiit. Cuius etiam sepulchrū stare nunc dicitur. Inde ad ducentū sestertiorum stipendium translatus in Daciam susceptusq; a Marco quorundam a partibus remotus est. Et postea per Claudium Pompeianum generum Marci quasi adiutor eius futurus uexillus regendis afficitus est. In quo munere approbatus lectus est in senatu. Postea iterum re bene gesta prodita est factio: quæ illi concinnata fuerat. Marcusq; imperator ut compensaret iniuriam: prætorium eum fecit: & primæ legionis regendæ imposuit. Statimq; Rhætiæ & Noricū ab hostibus uindicauit. Ex quo emente industria studio Marci imperatoris consul est designatus. Extat oratio apud Mariū Maximum laudes eius continens: & omnia uel quæ fecit uel quæ perpeffus est. Et præter illam orationem quam longum fuit connectere sæpissime Pertinax a Marco & in concione militari & in senatu laudatus est. Doluitq; palam Marcus quod senator esset præf. præf. fieri a se non possit. Cassiano motu composito syria ad Danubii tutelam profectus est: Atq;

Liius laurensis  
Cingius Seuerus

P. Heluius Pertinax  
Heluius successus

Chaldæus  
Sulpitius Apollinarius  
Lollianus Auitus  
T. Aurelius Imperator

Ala  
Aemilia uia  
Claudius Pompeianus

Marius Maximus

inde Mœsiae utriusque mox Daciae regimen accepit. Bene gestis his provinciis Syriam meruit. Integre se usque ad Syriae regimen Pertinax tenuit. Post excessum uero Marci pecunia studeuit: quare etiam dictis popularibus accessit curiam Romanam post quattuor provincias consulares quia consulatum absens gesserat. Iam diues ingressus est: cum eam senator antea non uidisset. Iussus est praeterea statim a Perhenne in Liguriam secedere in Villam paternam. Nam pater eius tabernam coctiliciam in Liguriam exercuerat. Sed postea in Liguriam uenit: multis agris coemptis tabernam paternam manente forma priore infinitis aedificiis circumdedit. Fuitque illic per triennium: & mercatus est per suos seruos. Occiso sane Perhenne Commodus Pertinaci satisfecit: eumque petiit per litteras: ut ad Britanniam proficisceretur. Profectusque milites ab omni seditione deterruit. Cum illi quencumque imperatorem uellent habere & ipsum specialiter Pertinacem. Tunc Pertinax maliuolentiae notam subiit: quod dictus est insimulasse apud Commodum affectati imperii Antistium Burrum & Arrium Antoninum: & seditiones quidem contra ipse compercutit. In Britanniam uerum ingens periculum adit. Seditione legionis poene occisus certe inter occisos relictus. Quam eadem rem idem Pertinax acerrime uindicauit. Denique postea ueniam legationis petiit dicens sibi ob defensam disciplinam infestas esse legiones: accepto successore alimentorum ei cura mandata est. Deinde proconsul Africae factus est. In quo proconsulatu multas seditiones perpeffus dicitur uaticinationibus earum quae de templo caelesti emergunt. Post hoc praefectus urbi factus: in qua praefectura post Fuscianum hominem Seuerum Pertinax mitissimus & humanissimus fuit. & ipsi Commodum plurimum placuit: quia illi esset iterum: cum Pertinax factus est. Tunc Pertinax interficiendi Commodi conscientiam delatam sibi ab alijs non fugit. Commodus autem interempto Laetus praef. praet. & Electus cubicularius ad eum uenerunt: ut eum confirmarent: atque in castra duxerunt. Illic Pertinax milites allocutus est. Donatium promisit: Ingeri sibi imperium a Laeto & Electro dixit. Fictum est autem quod morbo esset Commodus extinctus: quia & milites ne tentarentur: pertimescebant. Denique a paucis primum est Pertinax imperator appellatus. Factus est autem sexagenario maior imperator. Pri. kal. Ianuarias de castris nocte cum ad senatum uenisset: & cellam curiae iussisset aperiri: neque inueniretur aditus: in templo concordiae resedit. Et cum ad eum Claudius Pompeianus Germanici uenisset: casumque Commodi lachrymasset: eum hortatus est Pertinax: ut imperium sumeret: sed ille recusauit: quia iam imperatorem Pertinacem uidebat. Statim ergo omnis magistratus cum consule ad curiam uenerunt: Ingressumque Pertinacem nocte imperatorem appellauerunt. Ipse autem Pertinax post laudes suas a consulibus dictas: & post uituperationem Commodi acclamationibus senatus ostensam egit gratias senatui & praecipue Laeto praefecto praetorii: quo auctore & Commodus interemptus & ipse imperator est factus. Sed cum Laeto gratias egisset Pertinax: Falco consul dixit. Qualis imperator es futurus: hinc intelligimus: quod Laetum & Martianum ministros scelorum Commodi post te uidemus: Cui Pertinax respondit: Iuuenis es consul nec parendi scis necessitatem. Paruerunt inuitti Commodus: sed ubi habuerunt facultatem: quid semper uoluerint: ostenderunt. Eadem die qua Augustus est appellatus & Flauia Titiana uxor eius Augusta est appellata. His horis quibus ille in capitolium uota soluebat: primus sane omnium ea die qua Augustus est appellatus: etiam patris patriae nomen recepit. Nec non simul etiam imperium proconsulari. Nec non ius quartae relationis: quod omnis loco fuit Pertinaci. Ad palatium ergo Pertinax profectus: quod tunc uacuum erat: quia Commodus in uectilianis occisus est. Petenti si gnium prima die tribuno dedit: Militi munus exprobrans utique in segnitiam temporum superiorum: quod quidem etiam ante in omnibus ducatibus dederat. Exprobrationem autem istam milites non tulerunt: statimque de imperatore mutando cogitarunt. Ea die etiam ad conuiuium magistratus & proceres senatus rogauit. Quam consuetudinem Commodus praetermiserat: sane cum postero kalendarum die statuam Commodi dericerentur genuerunt milites simul: quia signum idem dederat imperator: timebatur autem militia sub se imperatore. Denique tertium nonaginta diem notis ipsis milites Trianum maternum lasciuum senatorum nobilem ducere in castra uoluerunt: ut eum rebus romanis imponerent: sed ille nudus fugit: atque ad Pertinacem in palatium uenit: & post ex urbe decessit. Timore sane Pertinax coactus oia quae Commodus militibus & ueteranis dederat confirmauit. Suscipere se etiam imperium a senatu dixit: quod iam sponte inierat. Quaestione maiestatis penitus tulit cum iureiurando. Reuocauit et

Coctilicia taberna

Antistius Burrus

Arrius Antoninus

Fuscianus

Laetus Allectus

Cella Curiae

Concordia templum

Claudius Pompeianus

Laeto

Falco consul

Laetus

Martianus

Flauia Titiana

Trianus maternus

eos: qui deportati fuerat crimine maiestatis eorum memoria restituta: qui occisi fuerat: Filium eius Pertinacem secutus Caesarem appellauit. Sed Pertinax nec uxoris Augustae appellationem recepit: & de filio dixit cum meruerit: & cum Commodus alectionibus inumeris praetorias miscuisset: senatusconsultum Pertinax fecit: iussitque eos qui praeturas non gesserant: sed alectione accessissent: post eos esse: qui uere praetores fuissent. Sed hinc quoque grande odium sibi multorum commouit. Censuram retractari iussit. Delatores uinctos grauius puniri iussit: & tamen mollius quam priores imperatores. Vnicuique dignitati si delationis crimine incurrerent: poenam statuens. Legem sane tulit: ut testamenta priora non prius essent irrita: quam alia perfecta essent. Ne uero ob hoc fiscus aliquando succederet. Ipseque professus est nullius se aditum hereditate: quae aut adulatione alicuius delata esset aut lite aut perplexa: ut legitimi heredes & necessarii priuarentur. Addiditque senatus consulto haec uerba: Sanctius est. P. C. inopem reprobare: quam ad diuitiarum cumulum per discriminum atque dedecore uestigia peruenire. Donatiua & cogiarum quae Commodus promiserat: soluit. Annonae consultiuissime prouidit. Et cum tanta pecunia aerarii haberet: ut praeter decies sestertium non se inuenisse fateretur coactus est ea exigere: quae Commodus indixerat: contra quam professus fuerat. Denique aggressus cum Lolliano Getiano consularis: quod contra praemissum faceret: necessitatis ratione accepit. Auctionem regis Commodi habuit ita: ut & pueros & concubinas uendi iuberet: exceptis his qui per uim palatio uidebantur inserti. Et de his quos uendi iussit: multi postea reducti ad ministerium oblectauerunt senem: quod palati principes usque ad senatoriam dignitatem peruenerunt. Scurras turpissimorum nomum dedecora perferentes perscripsit: ac uendidit. Cuius nundinationis pecuniam quae ingens fuit: militibus donatio dedit. A libertis etiam ea exegit: quibus Commodus uendite ditati fuerant. Auctione sane regis Commodi in his insignior fuit. Vestis sub tegmine serico aureis filis insignior per tunicas penulasque lacernas & chiroditas dalmatae & cirratas militares purpureasque chlamydes graecanicas atque castrenses & cucullum bardaici. Et toga armaeque gladiatoria gemmis auroque composita & macheras herculaneas & torques gladiatorias uasaeque eluto auro: eboraeque argenteae: citroque composita: atque etiam phandouitroboli & materie eadem & uasa samnitica calfactandae resinae ac picis de bellidis hominibus ac ibiginandis. Nec non uehicula arte fabrice noua perplexis diuisisque rotarum orbibus & exquisitis sedilibus: nunc ad solem declinandum nunc ad spiritus opportunitatem per uertiginem: & alia iter metientia orasque monstrantia & caetera uitiis eius conuenientia reddidit praeterea dominis eos: qui se ex priuatis domibus in aulam contulerant. Conuiuium imperatorum ex immenso ad certum reuocauit modum: sumptus etiam omnes Commodi reddidit. Exemplo autem imperatoris cum ille parcius se ageret: ex omnium continentia uilitas nata est. Nam imperatorum sumptus pulsus non necessariis ad soliti dimidium detraxit. Praemia militantibus posuit. Aes alienum quod primo imperii tempore contraxerat: soluit. Aerarium in suum statum restituit. Ad opera publica certum sumptum constituit. Reformandis suis pecuniam contulit. Stipendia plurimis retro debita exoluit. Obeundis postremo cunctis muneribus fisco parem fecit. Alimenta etiam compendia quae nouem annorum ex instituto Traiani debebantur: obdurata uero recundia sustulit. Auaritiae suspitione priuatus non caruit. Cum apud uada sabatia oppressis foenore possessoribus latius suos teneret fines. Denique ex uersu Lucilliano Grarius Mergus est appellatus. Multi autem eum etiam in provinciis quas consularis gessit: sordide se egisse in litteras rettulere. Nam uacationes & legationes militares dicitur uandidisse. Denique cum parentum minimum esset patrimonium: & nulla hereditas obuenisset: subito diues est factus. Omnibus sane possessiones suas reddidit: quibus Commodus ademerat: sed non sine pretio: senatu legitimo semper exhibuit. Eos qui calumniis appetiti per seruos fuerant: damna tis seruis delatoribus liberauit: in crucem sublatis talibus seruis: aliquos etiam mortuos uindicauit. Insidias parauit ei Falco uolens imperare: de quo conquestus est in senatu: quod quidem senatus credidit. Dum sibi quidam seruus quali fauiae esset filius: qui ex Ceionii Commodi familia palatinam domum ridicule uindicasset: cognitusque iussus est flagellari caesus domino restitui. In cuius uindicta hi qui oderant Pertinacem: occasionem seditionis inuenisse dicuntur. Falconi tamen pepercit & a senatu impunitatem eius petiit. Denique Falco in rebus suis securus uixit: & haerede filio periit. Quamuis multi Falconem nescisse dixerint: imperium sibi parari. Alii etiam seruis qui rationes interuerterant: falsis testimoniis appetitum eum esse dixerunt. Sed Pertinaci factio praeparata est per

Lollianus Getianus

Dalmatae chirodite

Cirratas

Bardaeici cuculli

Herculaneae

Phandouitroboli

Samnitica uasa

In uehiculis sedilia

Sabatia uada

Grarius Mergus

Falco

In uehiculis sedilia

Intimator

Cor in hostia nox  
ptum

Caput extorū

Atheneū

Famulitū

Sicilia locus palati

Jouis coenatio

Taufius

Electo

Prominulo uentre

Cardos

Omasi parte

Lumbi gallinacei

Valerian)

Chrestologus

Flauius sul

Citharœdū pitianus

partinacis

uxor amauit

Cornificia

Prodigia

Lætum præf. præf. & eos quos Pertinacis sanctimonia offenderat. Lætum enim poenitue-  
rat: quod imperatorem fecerat Pertinacem: iccirco quia eum uelut stultum intimatorem  
nonnullarum rerum reprehendebat. Graue præterea militibus uisum quod in causa Fal-  
conis multos milites ad unius serui testimonium occidi præceperat. Trecenti igitur de ca-  
stris armati ad imperatorias sedes cuneo facto milites uenere. Eadem tamen die immolan-  
te Pertinace negatur in hostia cor repertum. Et cum id uellet procurare caput extorū nō  
deprehendit. Et tunc quidem omnes milites in castris manebat. Qui cum de castris ad ob-  
sequium principis conuenissent: & Pertinax eo die processionem quam ad Atheneum para-  
uerat: ut audiret poetam ob sacrificii præfagium distulisset: hi qui ad obsequium uenerant:  
redire in castra cœperunt. Sed subito globus ille in palatium peruenit. Neq; aut arceri potu-  
it aut imperatori nunciari. Enimuero tantum odium in Pertinacem omnium aulicorum  
fuit: ut ad facinus milites hortarentur. Superuenerunt Pertinaci cum ille aulicum famuliti-  
um ordinaret. Ingressiq; porticus palatii usq; ad locum qui appellatur Sicilia & Iouis coena-  
tio. Hoc cognito Pertinax Lætum præf. præf. ad nos misit. Sed ille declinatis militibus per  
porticus egressus ad aperto capite domum se contulit. Verum cum ad interiora prorump-  
rent: Pertinax ad eos præcessit: eosq; longa & graui oratione placauit. Sed cum Taufius qui-  
dam unus e tungris in iram & in timorem milites loquendo adduxisset: Hastam in pectus  
Pertinacis obiecit. Tunc ille precatus louem ultorem: toga caput operuit atq; a cæteris con-  
fossus est: & Electus quidem confossis duobus cum eodem periit. Reliqui autem cubicula-  
rii palatini: nam suos statim ut imperator factus est: filii emancipatis dederat: diffugerunt.  
Multi sane dicunt etiam cubiculum milites irripuisse: atq; illic circa Lectum fugientem Per-  
tinacem occidisse. Fuit autem senex uenerabilis immixta barba: reflexo capillo. Habitudo-  
nem corporis pinguiore: Ventre prominulo: statura imperatoria: eloquentia mediocri: & magis  
blandus q̄ benignus: Nec unq̄ creditus simplex. Et cum uerbis esset affabilis: re erat illi-  
beralis ac prope sordidus: ut dimidiatas lactucas & cardos in priuata uita conuiuiis appone-  
ret. Et nisi quid missum esset edulium: quot quot essent amici nouem libras carnis per tres  
missus ponebat. Si autem plus aliquid missum esset: etiam in alium diem differebat. Cum  
semper ad conuiuium multos uocaret. Imperator etiam si sine conuiuiis esset: eadem con-  
suetudine coenabat. Amicis si quando de prandio suo mittere uoluit: misit offulas binas  
aut omasi partem: aliquando lumbos gallinacos. Fasianum nunq̄ priuato conuiuii come-  
dit: aut alicui misit. Cum sine amicis coenaret: adhibebat uxorem suam & Valerianum: qui  
cum eodem docuerat: fabulas litteratus haberet. Sane nullum ex his quos Commodus re-  
bus agendis imposuerat: mutauit expectans urbis natalem: quod eum die rerum principū  
uolebat esse. Atq; ideo etiam in balneis ei Commodiani ministri necem parasse dicuntur.  
Imperium & omnia imperialia sic horruit: ut sibi semper ostenderet displicere. Deniq; non  
alium se q̄ fuerat: uideri uolebat. Fuit in curia honorificentissimus ita: ut senatum fauente  
adoraret. Et quasi præfectus urbi cum omnibus sermonem participaret. Voluit etiam im-  
perium deponere: atq; ad priuatam vitam redire. Filios suos in palatio nutrire uoluit. Tam  
parcus autem & tam lucri cupidus fuit: ut apud uada sabatia mercaturas exercuerit impe-  
rator per homines suos: non aliter q̄ priuatus solebat: nec multum tamen amatus est. Siqui-  
dem omnes qui libere fabulas conferebat male Pertinacem loquebantur chrestologum eū  
appellantes: qui bene loqueretur: & male faceret. Nam & ciues sui qui ad eum confluerat  
iam imperatorem: & nihil de eo meruerant: sic eum appellabant. Munera quoq; lucri libi-  
dine libenter accepit. Reliquit filium & filiam superstites. Habuit uxorem Flauii Sulpitiani  
filiā: quæ præf. urbi loco suo fecerat. Circa uxoris pudicitiam minus curiosus fuit: cum pa-  
lam citharœdum illa diligeret. Ipse præterea Cornificiam infamissime dicitur dilexisse. Li-  
bertos aulicos uahementissime compressit. Vnde grande quoque odium contraxit. Si-  
gna interitus hæc fuerunt. Ipse ante triduum quam occideretur: in piscina sibi uisus est ui-  
dere hominem eum cum gladio infestantem. Et ea die qua occisus est: negabant in oculis  
suis pupillas cum imaginibus: quas reddunt spectantibus uisas. Et cum apud lares sacrifi-  
caret: carbones uiuacissimi extincti sunt: cum inflamari soleant. Et ut supra dictum est:  
cor & caput in hostiis non est repertum. Stellæ etiam iuxta solem per diem uisæ sunt clarif-  
simæ ante dies quā obiret. Et ipse omen de Iuliano successore dedisse dicitur. Nam cum ei  
Didius Iulianus fratris filium obtulisset: cui respōdebat filiam suam. Adhortatus iuuenem

ad patri obseruationem adiecit. Obserua collegam & successorem meum. Nam ante Iulia-  
nus ei & in consulatu collega fuerat. & in proconsulatu successerat. Milites eum & aulici o-  
dio habuerunt. Populus mortem eius indignissime tulit: quia uidebat omnia per eum anti-  
qua posse restitui. Capiteius conto fixum milites: qui eum occiderant: per urbem in castra  
pertulerunt. Reliquiæ eius recuperato capite in sepulchro aui uxoris locatæ sunt. Et Iulia-  
nus successor illius corpus eius uelut mentionem uel apud populum uel apud senatum publi-  
ce fecit: sed cum ipse quoq; a militibus desertus iam esset: per senatum & populum Pertinax  
in deos relatus est. Sub Seuero autem imperatore cum senatus ingens testimonium habuis-  
set Pertinax. Funus imaginarium ei & censorium ductum est: & ab ipso Seuero funebri lau-  
tione honoratus est. Ipse autem Seuerus amore boni principis a senatu Pertinacis nomen acce-  
pit. Filius Pertinacis peciri flamen est factus Martiani sodalis: qui diui Marci sacra cura-  
bant Heluiani sunt dicti propter Heluium Pertinacem: circenses & imperii natalis additi:  
qui a Seuero postea sublatis sunt: & geniti aliqui manent. Natus autem kalen. Augustas Ve-  
ro & Bibulo consulibus. Interfectus est. v. kalen. Apri. Falcone & Claro consulibus. Vixit an-  
nis. lx. mensibus. vii. diebus. xxvi. Imperauit mensibus. ii. diebus. xxv. Congiarium dedit popu-  
lo denarios centenos. Prætorianis promisit duodena milia nummum: sed dedit sena. Quod  
exercitibus promissum est: datum nō est: quia mors eum præuenit. Horruisse autem illum  
imperium epistola docet: quæ uitæ illius a Mario Maximo opposita est: quam ego inferi ob-  
uicium longitudinem nolui.

Iulianus  
Pertinax } Consuls

Verus &  
Bibulus } Consuls

Falco  
Clarus } Consuls

Auidius Vulcatii Gallicani, V. C.



Vidius Cassius ut quidam uolunt: ex familia Cassiorum fuisse dicitur: p-  
marem tamen nouo genitus Auidio Seuero qui ordines duxerat: & post  
ad summas dignitates prouenerat. Cuius Quadratus in historiis memi-  
nit: & quidem grauiter: cum illum summum uirum & necessarium reip.  
asserit. Et apud ipsum Marcum præualidum. Nam iam eo imperante pe-  
risse fatali sorte perhibetur. Hic ergo Cassius ex familia: ut diximus: Cal-  
siorum: qui in ciuiliu conspirauerant. Oderat tacite principatum: nec  
ferre poterat imperatorium nomen. Dicebatq; esse grauius nomen impe-  
rii: quod non posset e repu. tolli nisi per alterum imperatorem. Deniq; tentasse in pueritia  
dicitur extorquere etiam Pio principatum: sed per patrem uirum sanctum & grauem affe-  
ctionem tyrannidis latuisse. Habitum tamen semper ducibus suspectum. Vero autem illū  
parasse insidias: ipsius Veri epistola indicat: quam inserui ex epistola Veri. Auidius Cassius  
uidus est imperii: quantum & mihi uidetur: & iam inde sub auo meo patre tuo innotuit:  
quem uelim obseruari iubeas. Omnia enim nostra displicent: opes non mediocres paratit  
teras nostras ridet. Te philosophiam amicum: me luxuriosum morionem uocat. Vide qd  
agendum sit: Ego hominem non uidi: sed uide: ne tibi & liberis tuis non bene consulat. Cū  
tales inter præcinctos habeas: qualem milites libenter audiunt: libenter uident. Rescriptū  
Marci de Auidio Cassio. Epistolam tuam legi & sollicitam potius imperatoriam & non no-  
stri temporis. Nam si et diuinitus debetur imperium: non poterimus interficere: etiam si ue-  
limus. Scis enim proauit tui dictum. Successorem suum nullus occidit: sin minus: ipse spon-  
te sine nostra crudelitate fatales laqueos iciderit. Adde quod non possum reum facere: quē  
nullus accusat: & ut ipse dicit: milites amant. Deinde in causis maiestatis hæc natura est: ut  
uideantur uim pati etiam quibus probatur. Scis enim ipse quid auus tuus Hadrianus dixe-  
rit: misera conditio imperatorum: quibus de affectu tyrannidis nisi occisis non potest cre-  
di. Eius autem exemplum ponere quā Domitiani qui hoc primus dixisse fertur: malui. Ty-  
rannorum enim etiam bona dicta non habent tantum auctoritatis: quantum debent. Sibi  
ergo habeat suos mores: maxime cum bonus dux sit & seuerus & fortis & reip. necessarius  
Nam quod dicit liberis meis cauendum esse morte illius: plane liberi mei pereant: si magis  
amari merebit Auidius q̄ illi: & si reip. expedit Cassiū uiuere q̄ liberos Marci. Hæc de Cal-  
sio Verus: hæc Marcus. Sed nos hominis naturam & mores breuiter explicauimus. Neq;  
enim plura de his sciri possunt: quorum uitam illustrare nullus aude: eorum causa qui-

Auidius seuerus  
Quadratus

Cassius

Innotuit

Domitianus

Aegyptij milites bucolicis multa grauiam facebant.

bus oppressi fuerit. Addemus autem quemadmodum ad imperium uenerit: & quemadmodum sit occisus: & ubi uictus. Proposui enim Dioclitiane Auguste: omnes qui imperatorum nomen siue iuste siue iniuste habuerunt: in litteras mittere: ut omnes purpuratos augustos cognosceres. Fuit his moribus: ut nunquam trux & asper uideretur. Aliquando mitis & lenis: saepe religiosus. Alias contemptor sacrorum: auidus uini: item abstinens: cibi appetens: & inediae patiens. Veneris cupidus & castitatis amator: nec defuerant: qui illum Catilinam uocarent. Cum & ipse se ita gauderet appellari: addens futurum se Sergium: si dialogistam occidisset: Antoninum hoc nomine significans: qui tantum enituit Philosophia: ut iturus ad bellum marcomanicum timentibus cunctis: ne quid fatale proueniret: rogatus sit non adulatione sed serio: ut praecipua philosophiae aederet: nec ille timuit: sed per ordinem per se ne eos hoc est praecipuum per triduum disputauit. Fuit praeterea disciplinae militaris Auidius Caspius tenax: & qui se Marium dici uellet. Quoniam de seueritate illius dicere coepimus: multa extant crudelitatis potius quam seueritatis eius inditia. Nam primum milites qui aliquid prouincialibus tuissent per uim in illis ipsis locis in quibus peccauerant: in crucem sustulit. Primus etiam id supplicii genus inuenit: ut stipite grandem poneret pedum octoginta & centum id est materiam. Et a summo usque ad imum damnatos ligaret: & ab imo focum apponeret: incensisque aliis alios fumi cruciatu timore etiam necaret: idem denos cathenatos in profluentem mergi iubebat uel in mare. Idem multis desertoribus manus excidit: aliis crura incidit: ac poplites dicens maius exemplum esse uiuentis miserabiliter crininosi quam occisi. Cum exercitum duceret: & inscio ipso manus auxiliaria centurionibus suis auctoribus tria milia farmatarum negligentius agentium in danubii ripis occidissent: & cum praeda ingenti ad eum redissent: sperantibus centurionibus praemium quod perparua manu tantum hostium segniter agentibus tribunis & ignorantibus occidissent: rapi eos iussit: & in crucem tolli: seruilique supplicio affici. Quod exemplum non extabat dicens euenire potuisse: ut essent insidiae: ac periret Romani imperii reuerentia: & cum ingens editio in exercitu orta esset: processit nudus campestri solo tectus & ait percutite inquit me si audetis & corruptae disciplinae facinus addite. Tunc consequentibus cunctis meruit timeri: quia non timuit. Quae res tantum disciplinae romanis addidit: tantum terroris barbaris iniecit: ut pacem annorum centum ab Antonino absente peterent. Siquidem uiderant damnatos Romani ducis iudicio etiam eos: qui contra fas uicerant. De hoc multa grauiam contra militum licentiam facta inueniuntur. Apud Aemylum Parthenianum qui affectores tyrannidis iam inde a ueteribus historiae tradidit. Nam & uirgis caesit in foro: & in mediis castris securi percussit: qui ita meruerunt & manus multis amputauit. Et praeter laridum ac bucelatum atque acerum militem expeditione portare prohibuit. Et si aliquid quippiam repperit luxuriam non leui supplicio affecit. Extat de hoc epistola diui Marci ad praefectum iuuentalis: Auidio Cassio legiones syriacas dedi diffuete luxuria & daphnidis moribus agentes: quas totas excaudantes se repperisse Cesonius Vectilianus scripsit: & puto me non errasse: si quidem & tu notum habes Cassium hominem castitatis seueritatis & disciplinae: neque enim milites regi possunt: nisi uetere disciplina. Scis enim uerum a bono poeta dictum & omnibus frequentatum. Moribus antiquis res stat romana iurisque. Tu tantum fac ad hinc legionibus abunde comeatus. Quos si bene Auidium noui: scio non perituros. Praefecti ad Marcum: Recte consulisti mi domine quod Cassium praefecisti syriacis legionibus. Nihil enim tam expedit: quam homo seuerior graecanicis militibus. Nil sane oes excaudationes oes flores de capite collo: & sinu militi excutiet. Annona militaris ois parata est: neque quicquam deest sub bono duce: non enim multum aut quaeritur aut impeditur: Nec fecerit de se iudicium habitum. Na statim & ad signa edici iussit & programma in parietibus fixit: ut si quis cinclus inueniretur apud Daphne distinctus rediret. Arma militum septima die semper respexit. Vestimenta et calciamenta & ocreas delicias oes de castris submouit: iussitque eos hyeme sub pellibus agere: nisi corrigerent suos mores: & egissent nihil honestius uixissent. Exercitum septimi diei iur oium militum ita: ut sagittas mitteret: & armis iuderent. Dicebat enim. milites esse cum exerceretur athletae uenatores & gladiatores: non exerceri milites quibus minor esset futurus labor: si conluetus esset. Ergo correpta disciplina & in Armenia & in Arabia & in Aegypto res optime gessit. Amatusque est ab oibus orientalibus: & speciatim ab Antiochenis: qui etiam imperio eius consenserunt: ut docet Marius Maximus in uita diui Marci. Nam & cum bu-

Catilina  
Sergius

Paranesis  
Marius

Aemylus /  
parthenianus

Daphnes urbis mores

Cesonius ue  
ctilianus

Recte consulisti  
mi domine

Programma

Marius ma  
ximus

colici milites per Aegyptum grauiam multa facerent. Ab hoc retulsi sunt: ut idem Marius Maximus refert in eo libro: quem secundum de uita Marci & Antonini edidit. Hic imperatorem se in oriente appellauit: ut quidam dicunt: Faustina uolente: quae ualitudini Marci iam diffidebat: & timebat: ne infantes filios tueri sola non posset: atque aliquis existeret: qui capta statione regia infantes de medio tolleret. Alii autem dicit hanc artem adhibuisse militibus & prouincialibus Cassium contra Marci amorem: ut sibi posset consentiri: quo diceret Marcum diem suum obiisse. Nam & diuum eum appellasse dicitur: ut desiderium illius leniret imperatorio animo cum processisset eum: qui sibi aptauerat ornamenta regia: statim praefectum praetorii fecit: qui & ipse occisus est Antonino inuito ab exercitu: qui & Metia num cui erat commissa Alexandria: quique consenserat spe participatus Cassio inuito atque ignorante Antonino interemit: Nec tamen Antoninus grauius est iratus rebellionem cognita: nec in eius liberos aut effectus sauit. Senatus illum hostem appellauit: bonaque eius proscripsit. Quae Antoninus in priuatum ararium congeri noluit. Quare senatu praecipiente in ararium publicum sunt relata. Nec Romae terror defuit: cum quidam Auidium Cassium dicerent absente Antonino: qui nisi a uoluptariis unice amabatur Romam esse uenturum atque urbem tyrannide direpturum: Maxime senatorum causa: qui eum hostem iudicauerant bonis proscripserat: & amor Antonini hoc maxime enituit: quod consensu omnium praeter Antiochenes Auidius interemptus est: quem quidem occidi non iussit sed passus est: cum apud cunctos clarum esset: si potestatis suae fuisset: parsurum illi fuisse. Caput eius ad Antoninum cum delatum esset: ille non exultauit: non elatus est: sed etiam doluit ereptam sibi esse occasionem misericordiae: cum diceret se uiuum illum uoluisse capere: ut illi exprobare beneficia sua: eumque seruaret. Denique cum quidam diceret reprehendendum Antoninum: quod tam mitis esset in hostem suum eiusque liberos & affectus atque omnes quos conscios tyrannidis repperisset: addente illo qui reprehendebat. Quid si ille uicisset: dixisse dicitur. Non sic deos coluimus: nec sic uiuimus: ut ille nos uinceret. Enumeravit deinde omnes principes: qui occisi essent: habuisse causas quibus mererentur occidi: ne queng facile bonum uel uictum a tyranno uel occisum dicens meruisse Neronem debuisse Caligulam. Othonem & Vitellium nec impetrare uoluisse. Nam de Pertinace & Galba paria sentiebat cum diceret in imperatore auariciam esse acerbissimum malum. Denique non Augustum: non Traianum: non Hadrianum: non patrem suum a rebellibus potuisse superari. Cum & multi fuerint & ipsis uti inuitis uel insciis extincti. Ipse autem Antoninus a senatu petiit: ne grauius in conscios defensionis animaduertetur. Eo ipso tempore quo rogauit ne quis senator temporibus suis capitali supplicio afficeretur quod illi maximum amorem conciliauit Denique paucissimis centurionibus punitis deportatos reuocari iussit Antiochenisibus quoque Auido Cassio consenserat: sed & his & aliis ciuitatibus: quae illum iuuerant ignouit. Cum primo Antiochenisibus grauius iratus esset: his spectacula sustulisset: & multa alia ciuitatis ornamenta: quae postea reddidit. Filios Auidii Cassii Antoninus Marcus parte media paterni patrimonii donauit: ita ut filias eius auro argento & gemmis honestaret. Nam & Alexandriae filiae Cassii & genero Druentiano liberam euagandi ubi uellent: potestatem dedit. Vixeruntque non quasi tyanni pignora: sed quasi senatorii ordinis in summa securitate. Cum illis etiam in lite obici fortunam propriam uetisset: domus damnatis aliquibus ob iniuriam qui in eos petulantes fuissent quos quidem amita suae marito commendauit. Siquis autem omnem hanc historiam scire desiderat: legat Marii Maximi secundum librum de uita Marci: in quo ille ea dicit: quae solum Marcus mortuo iam uero egit. Tunc enim Cassius rebellauit: ut probat epistola missa ad Faustinae: cuius hoc exemplum est: Verus mihi de Auidio uerum scripserat: quod cuperet imperare. Auidisse enim te arbitror: quod aerispatores de eo nunciarent. Veni igitur in Albanum: ut tractemus omnia diis uolentibus nil timens: hic autem apparet Faustinae ista nescisse: Cum dicat Marius is amari eam cupiens: quod ea conscia Cassius imperium sumpsisset. Nam & ipsius epistola extat ad Verum: qua urget Marcum: ut in eum grauius uindicet. Exemplum epistolae Faustinae ad Marcum: ipsa in Albanum cras: ut iubes: mox ueniam. Tamen iam hortor: ut si amas liberos tuos: istos rebellionem acerrime prosequaris. Male enim assueuerunt: & duces: & milites: qui nisi opprimentur: oppriment. Item alia epistola eiusdem Faustinae ad Marcum. Mater mea Faustina patrem tuum Prium eiusdem in defectione Celsi sic hortata est: ut

Metianus

Auidius

In impatore auaritia esse acerbissimum malum

Silia  
Druentianus

Aerispatores

pietatem primum circa suos seruaret sic circa alienos. Non enim plus est imperator: qui nō cogitat uxorem & filios. Commodus noster uides in qua aetate sit: Pompeianus gener & senior est & peregrinus. Vide quid agas de Auidio Cassio & de eius conscis. Noli parcere hominibus: qui tibi non pepererunt: & nec mihi nec filiis nostris parcerent: si uicissent. Ipsa iter tuum mox consequor: quia Fadilla nostra aegrotabat: in Formianum uenire non potui. Sed si te formiis inuenire non poterō: assequar Capuam: quae ciuitas & meam & filiorū nostrorum aegritudinem poterit adiuuare. Soteridam medicum in formianum ut dimittas rogo: ego autem disitheo nihil credo: qui puellae uirgini curationem nescit adhibere. Signatas mihi litteras Calphurnius dedit: ad quas rescribam: si tardauero per Caciliū senem spationem hominem: ut scis fidelem. Cui uerbo mandabo quid uxor Auidii Cassii & filii & gener de te iactare dicantur. Ex his litteris intelligitur Cassio Faustina consciam non fuisse: quin etiam supplicium eius grauius exegisse: siquidem Antoninum quiescentem & clamentiora cogitantem ad uindictae necessitatem impulit. Cum Antoninus quid rescriberet subdita epistola perdocebit. Tu quidem mea Faustina religiose pro marito & pro nostris liberis agis. Nam relegi epistolam tuam in formiano: qua me hortaris: ut in Auidii conscios uindicem. Ego uero & eius liberis parcam & genero & uxori & ad senatum scribam: ne aut proscriptio grauior sit aut poena crudelior. Non enim quicquam est: quod imperatorē romanum melius commendet gentibus q̄ clamentia. Haec Caesarem deum fecit: Haec Augustum consecrauit. Haec patrem tuum in primis Pii nomine ornauit. Deniq; si ex mea sententia de bello iudicatum esset: nec Auidius esset occisus. Esto igitur secura: dii me tuentur diis pietas mea cordi est. Pompeianum nostrum in annum sequentem consulē dixi. Haec Antoninus ad conjugem. Ad senatum autem qualem orationem miserit: interest scire ex oratione Marci Antonini: habetis igitur patres conscripti pro gratulatione uictoriae generum meum consulē Pompeianum dico. Cuius aetas olim reuerenda fuerat consulatu: nisi uiri fortes interuenissent: quibus reddi debuit: quod a re publica debebatur. Nunc quod ad defectionem Cassianam pertinet uos oro atq; obsecro. P. c. ut censura uestra deposita meam pietatem clamentiamq; seruetis imo uestram: neq; quenquam ullum senatus occidat. Nemo senatorum puniatur: nullius fundatur uiri nobilis sanguis: deportati redeant: proscripti bona recipiant. Vtinam possem multos etiam ab inferis excitare. Non enim unquam placet in imperatore uindicta sui doloris: quae & si iustior fuerit: acrior uidetur. Quare filiis Auidii Cassii & genero & uxori ueniam dabit. Et quid dico ueniam: cum illi nihil fecerint. Viuant igitur securi scientes sub Marco uiuere. Viuant in patrimonio parentum pro parte donato: auro: argento: uestibus fruantur sint diuites sint securi sint uagi & liberi & pro omnium ubiq; populorum circumferant meae: circumferant uestrae pietatis exemplum. Nec magna haec est. p. c. clamentia ueniam proscriptorum liberis & coniugibus dari. Ego uero a uobis peto ut conscios senatorii ordinis & equestris a caede: proscriptio: a timore: ab infamia ab inuidia: & postremo ab omni uendicetis iniuria. Detisq; hoc meis temporibus: ut in causa tyrannidis qui in tumultu cecidit: probetur occisus. Hanc eius clamentiam senatus his acclamationibus profecutus est. Antonine Pie dii te seruent. Antonine clamentis dii te seruent. Antonine clamentis dii te seruent. Tu uoluisti: quod licebat: nos fecimus quod decebat. Commodus imperium iustum rogamus: progeniem tuam roborā. Fac securi sint liberi tui: bonum imperium nulla uis laedit. Commodus Antonino tribunitiam potestatem rogamus: praesentiam tuam rogamus: philosophiae tuae: patientiae tuae: doctrinae tuae: nobilitati tuae: innocentiae tuae. Vincis inimicos: hostes exuperas: dii te tuentur: & reliqua. Vixerunt igitur posteri Auidii Cassii securi: & ad honores admissi sunt. Sed eos Commodus Antoninus post excessum diui patris sui omnes uiuos incendi iussit quasi in factione deprehensos. Haec sunt quae de Cassio Auidio comperimus. Cuius ipsius mores: ut supra diximus: uarij semper fuerunt. Sed ad censuram crudelitatemq; propensiores: qui si obtinuisset imperium: fuisset non modo clamentis: sed bonus: sed utilis & optimus imperator. Nam extat epistola eius ad generum suum iam imperatoris huiusmodi. Misera resp. quae istos diuitiarum cupidos & diuites patitur misera. Marcus homo sane optimus: qui dum clamentis dici cupit: eos patitur uiuere: quorum ipse non probat uitam. Vbi L. Cassius cuius nos frustra tenet nomen: Vbi Marcus ille Cato censorius. Vbi omnis disciplina maiorum quae olim quidem iterum: Nunc uero nec quaeritur. Marcus Antonius philosophatur: & quaerit de clamentis & de animis & de honesto & iusto nec sentit pro republica. Vides multis opus esse gladiis: multis elogiis: ut in antiquum statum publica forma reddatur. Ego uero istis praesidijs prouinciarum: an ego pro consulibus: an ego praesides putem: qui ob hoc sibi a senatu & ab Antonino prouincias datas credunt: ut luxurientur: ut diuites fiant. Audiisti praes. pretorii nostri philosophi ante triduum quam fieret mendicum & pauperem: sed subito diuitem factum: Vnde quae so: nisi de uisceribus reipublicae prouincialiumq; fortunis: Sint sane diuites: sint locupletes: aerarium publicum referent. Tantum du faueant bonis patribus reddant Cassiani reipublicae principatum. Haec epistola eius indicat quam seuerus & quam tristis futurus fuerit imperator.

Fadilla  
Soteridas  
Disitheos  
Calphurnius  
Cacilius  
Pompeianus  
L. Cassius  
M. Cato censorius

mētis & de animis & de honesto & iusto nec sentit pro republica. Vides multis opus esse gladiis: multis elogiis: ut in antiquum statum publica forma reddatur. Ego uero istis praesidijs prouinciarum: an ego pro consulibus: an ego praesides putem: qui ob hoc sibi a senatu & ab Antonino prouincias datas credunt: ut luxurientur: ut diuites fiant. Audiisti praes. pretorii nostri philosophi ante triduum quam fieret mendicum & pauperem: sed subito diuitem factum: Vnde quae so: nisi de uisceribus reipublicae prouincialiumq; fortunis: Sint sane diuites: sint locupletes: aerarium publicum referent. Tantum du faueant bonis patribus reddant Cassiani reipublicae principatum. Haec epistola eius indicat quam seuerus & quam tristis futurus fuerit imperator.

Aelii Spartiani Seuerus.

**I**nterfecto Didio Iuliano Seuerus Africa oriundus imperium obtinuit: Cui ciuitas Lepri: pater Geta: maiores equites Romani ante ciuitatem omnibus datam. Mater Fulvia pia patris. M. Agrippa & Seuerus consularis Auus maternus Macer: paternus Fuluius pius fuerit. Plenus est Erucio claro bis & Seuerus consuli bus sexto idus aprilis. In prima pueritia priusquam latinis graecisq; litteris imbueretur: quibus eruditissimus fuit: Nullum alium iter pueros ludum nisi ad iudices exercuit: cum ipse praelatis fascibus ac securibus ordine puerorum circumstante sederet: ac iudicaret. Octauo decimo anno publice acclamauit. Postea studiorum causa Romam uenit. Latum clauum a diuo Marco petiit: & accepit fauente sibi Septimio Seuero affine suo bis iam consulari. Cum Romam uenisset hospitem nactus qui Hadriani uitam imperatoriam eadem hora legeret: quod sibi omen futurae felicitatis arripuit: habuit & aliud omen imperii: Cum rogatus ad coenam imperatoriam palliatus uenisset: qui togatus uenire debuerat. Togam praesidiariam ipsius imperatoris accepit. Eadem nocte somniauit lupae se uerberibus ut Remum inhaerere uel Romulum Sedit: & in sella imperatoria temere a ministro posita: ignarus quod non liceret. Dormienti etiam in stabulo serpens caput cinxit: & sine noxa expergefactis & acclamantibus familiaribus abiit: luuentam plenam furorum nonnunquam criminum habuit. Adulterii causam dixit: absolutusq; est a Iuliano proconsole: cui & in proconsulatu successit: & in consulatu collega fuit: & in imperio item successit. Quae sturam diligenter egit: omnis fortibus natu militari post quaesturam sortem bethicam accepit: atque inde Africam petiit: ut mortuo patre rem domesticam componeret: Sed dum in Africa est pro Bethica Sardinia ei attributa est: quod bethicam mauri populabantur: Acta igitur quaestura sardiniensi legationem proconsulis Africae accepit. In qua legatione cum eum quidam municipum suorum lepritanus praecedentibus fascibus ut antiquum contubernalem ipse plebeius amplexus esset: sustibus eum sub elogio eiusdem praecois cecidit legatum p. r. homo plebeius temere amplecti noli. Ex quo factum est: ut in uehiculo etiam legati sederent qui ante pedibus ambulabant. Tunc in quadam ciuitate africana cum sollicitus mathematicum consuluisset: positaq; hora ingentia uis dissest: astrologus dixit ei. Tuam non alienam pone genituram. Cumque Seuerus iurasset suam esse omnia ei dixit: quae postea facta sunt. Tribunatum plebis Marco imperatore decernente promeruit: eumque seuerissime exertissimeq; egit. Vxorē tunc Martiam duxit: de qua tacuit in historia uitae priuatae. Cui postea in imperio statuas collocauit: praetor designatus a Marco est non in candida sed in competitorum grege anno aetatis trigesimo secundo. Tunc ad hispaniam missus somniauit primo sibi dici: ut templum tarraconense Augusti: quod iam leuabatur: restitueret. Deinde ex altissimi montis uertice orbem terrarum Romamq; despexit: concinentibus prouinciis lyra uoce uel tibia ludos absens edidit. Legionibus quattuor scythicae deinde praepositus est circa massiliam. Post hoc Athēas petiit studiorum sacrorumque causa & operum ac uetustatum: ubi cum iniurias quasdam ab atheniensibus pertulisset: inimicus his factus minuendo eorum priuilegia iam imperator se ultus est. Deinde lugdunensem prouinciam legatus accepit. Cum amissa uxore aliam uellet ducere: genituras sponfarū requirebat: ipse quoque matheos peritissimus & cum audisset esse in syria quandam quae id geniturae haberet: ut regi iungeretur: eandem uxorem petiit Iuliam scilicet: & accepit interuentu amicorum: ex qua statim pater factus est. A gallis obteueritatem & honorificentiam &

Geta  
Fulvia pia  
M. Agrippa  
Seuerus  
Macer  
Fuluius pius  
Erucius clarus  
Seuerus  
Septimius  
Seuerus  
Julianus  
Seuerus  
Martia  
Julia  
Cōsuls  
Cōsuls  
Acclamare  
declamare  
Beticā mauri populabantur  
Elogiū  
Genitura  
Matheos peritissimus seuerus impator

abstinentiam tantum quantum nemo dilectus est. Deinde pannonias pro consulari imperio rexit. Post hoc Siciliam pro consulari in sorte meruit; suscepitque Romae alterum filium in Sicilia quasi de imperio uel uates uel chaldaeos consulisset; reus factus est praese praetorii; quibus audiendus datus fuerat. Iam Commodus in odio ueniente abso- lutus est a damnatore in crucem acto. Consulatum cum Apuleio Rufino primum egit Commodus se inter plurimos designante. Post consulatum anno ferme fuit ociosus, deinde Laeto suffragante exercitui germano praepositus. Proficiscens ad germanos exer- citus hostes patrios comparauit cum antea aedes breuissimas Romae habuisset; & unum fundum. Inuenit etiam in his hortis cum humi iacense sepularetur cum filiis par- ca cena pomaque apposita maior filius qui tunc quinquenniserat cum lusoribus pue- rulis manu largiore diuideret; paterque illum reprehendens dixisset. Parcius diuide- non enim regias opes possides; quinquennis puer respondit; sed possidebo inquit, In ger- maniam profectus ita se in ea legione egit; ut famam nobilitatemque iam ante cumula- ret. Et haec tenus militarem priuatus egit. Dehinc a germanis legionibus ubi auditum est Commodum occisum; Iulianum autem cum odio cunctorum imperare multis hor- tantibus repugnans imperator est appellatus apud Carnutum in diebus augustis. Qui eti- am sesteria quod nemo unquam principum militibus dedit. Deinde firmatis quas post- tergum relinquebat prouincias; Romam iter contendit cedentibus sibi cunctis quacun- que iter fecit; cum iam Illyricani exercitus & gallicani cogentibus ducibus in eius per- ba iurasset; excipiebatur enim ab omnibus quasi ultor Pertinacis. Per idem tempus au- ctore Iuliano Septimius Seuerus a seatu hostis est appellatus; legatis ad exercitum sena- tus uerbis missis qui iuberent; ut ab eo milites senatu praecipiente discederent. Et Seue- rus qui dem cum audisset senatus consentientis auctoritate missos legatos; primo perti- mui; postea id egit corruptis legatis; ut apud exercitum pro se loquerentur; transirent que in eius partes. His compertis Iulianus senatus consultum fecit fieri de participando imperio cum Seuero. Incertum uero id an dolo fecerit; Cum iam ante misisset notos ducum interfectores quosdam; qui Seuerum occiderent; ita ut ad Pescennium Nigrum interficiendum miserat; qui & ipse imperium contra eum susceperat auctoribus syria- cis exercitibus. Verum Seuerus euitatis eorum manibus quos ad se interficiendum Iulia- nus miserat missis ad praetorianos litteris signum uel deferendi uel occidendi Iuliani de- dit. Statimque auditus est. nam & Iulianus occisus est in palatio; & Seuerus Romam inui- tatus ita quod nulli unquam contingit nutu tantum Seuerus uictor est factus armatus, que Romam contendit. Occiso Iuliano cum Seuerus in castris ex tentoriis quasi per ho- sticum ueniens adhuc maneret; centum senatores legatos ad eum senatus misit ad gra- tulandum rogandumque; qui ei occurrerunt inter amne; armatumque circumstantibus armatis salutarunt excussi; ne quid ferri haberent. Et postera die occurrente omni famu- licio aulico septuagenos uicenos a uere legatis dedit; eosdem praemisit facta potestate si qui uellent remanere ac secum Romam redire. Fecit etiam statim praefectum Flauium Iuuenalem; quem etiam Iulianus tertium praef. praet. sibi assumperat. Interim Romae ingens trepidatio militum ciuiumque quod armatus contra eos Seuerus ueniret qui se hostem iudicassent. his accessit; quod comperit Pescennium Nigrum a syriacis legioni- bus imperatorem appellatum; cuius edicta & litteras ad populum uel senatum interce- pit; per eos qui missi fuerant ne uel praeponebantur populo uel legerentur in curia. Eo- dem tempore etiam de Clodio Albino sibi substituendo cogitauit; cui Caesarianum de- cretum aut Commodianum uidebatur imperium. Sed eos ipsos pertimescens de qui- bus recte iudicabat; Heraclitum ad obtinendas britannias; Plautianum ad occupandos Nigri liberos misit. Cum Romam Seuerus uenisset; praetorianos cum subarmalibus inermes sibi iussit occurrere; eosdem sic ad tribunal uocauit armatis undique circun- datis. Ingressus deinde Romam armatus cum armatis militibus capitolium ascendit. Inde palatium eodem habitu perrexit praetatis signis quae praetorianis ademerat sup- nis non erectis. Tota deinde urbe milites in templis; in porticibus; in aedibus palatinis qua- si in stabulis manserunt; Fuitque ingressus Seueri odiosus atque terribilis cum milites inepta diriperet uastationem urbi minantes. Alia die armatis stipatus non solum militi- bus sed etiam amicis in senatum uenit. In curia reddidit ratorem suscepti imperii. Cau- satumque est; quod ad se occidendum Iulianus notos ducum caedibus misisset. Fieri eti- am senatus consultum coegit; ne liceret imperatori in consilio senatu occidere senato- rem. Sed cum in senatu esset; milites per seditionem dena milia poposcerunt a senatu ex-

Seuerus  
Apuleius  
Rufinus  
Letus

Carnutu

Pescennius  
Niger

Familicium

Flauius  
Iuuenalis

Clodius al-  
binus

Heraclitus

Plautianus

plo eorum qui Augustum Octavianum Romam deduxerant; tantum que acceperant; Et cum eos uoluisset comprimere Seuerus; nec potuisset; tamen mitigatos ad dita libera- litate dimisit. Funus deinde censorum Pertinacis imagini duxit; eumque inter diuos sacrauit addito flamme & sodalibus heluianis qui Martiani fuerant; se quoque Perti- nacem uocari iussit quauis postea id nomen aboleri uoluerit; quae in monia amicorum Dehinc alienum dissoluit. Filias suas dotatas maritis Prolio & Etio dedit. Et cum Prolio genero suo praefecturam urbis obtulisset; ille recusauit; dixitque minus sibi ui- deri praefectum esse quam principis generum. Vtrunque autem generum statim con- sulem fecit; utrunque ditauit. Alia die ad senatum uenit; & amicos Iuliani incusatos proscripti ac neci dedit. Causas plurimas audiuit; Accusatos a prouincialibus iudi- ces probatis rebus grauitate puniuit. Rei frumentariae quam minimam reppererat; ita consuluit; ut excedens ipse uita septem annorum canonem pater relinqueret. Ad orien- tis statum confirmandum profectus est; nihil adhuc de Nigro palam dicens. Ad Afri- cam tamen legiones misit; ne per Lybiam atque Aegyptum Niger Africam occuparet; ac pater penuria rei frumentariae perurgeret; Domitium Dextrum in locum Bossi praefecti urbi reliquit; atque intra triginta dies quam Romam uenerat; est profectus. Egres- sus ab urbe ad saxa rubra seditionem ingentem ob locum castrorum metandorum ab exercitu passus est. Occurrit ei & statim Geta frater suus; quem prouinciam sibi credi- tam regere praecipit aliud sperantem Nigri liberos ad se adductos in eo habuit honor- re quo suos. Miserat sane legionem quae graeciam thraciamque praeriperet; ne eas Per- scennius occuparet. Sed iam Byzantium Niger tenebat. Perithum etiam Niger uolens occupare plurimos de exercitu interfecit. Atque ideo hostis cum amyliano est appella- tus. Cumque Seuerum ad participatum uocaret; contempus est. Promisit sane Nigro tutum exilium; si uellet. amyliano autem non ignouit. amylianus dehinc uictus in hel- lesponto a Seueri ducibus Cyzicum primum confugit; atque inde in aliam ciuitatem in qua eorum iussu occisus est. Fusca sunt caedem copiae ab iisdem ducibus etiam Nigri. His auditis ad senatum Seuerus Pertinax quasi confectis rebus litteras misit. deinde co- siliis cum Nigro; eumque apud Cyzicum interemit. Caputque eius pilo circumtulit. Filios Nigri post hoc quos suorum liberorum cultu habuerat; in exilium cum matre misit. Litteras ad senatum de uictoria dedit. Neque quenguam senatorum qui Nigri partium fuerant; praeter unum supplicio affecit. Antiochenis uisitationis fuit; quod & administrantem se in orientem miserant; & Nigrum etiam uictum iuuerant. Denique multa his ademuit. Neapolitanis & Palaestinis uisitationis tulit; quod pro Nigro diu in armis fuerunt. In multos animaduertit praeter ordinem senatorum; qui Nigrum fuerant secuti. Multas etiam ciuitates eiusdem patris iniuriis affecit & damnis. Eos se- natores occidit; qui cum Nigro militauerant ducum uel tribunorum nomine. Deinde circa Arabiam plura gessit parthis etiam in ditionem redactis nec non etiam A diabe- nis. Qui quidem omnes cum Pescennio senserant. Atque ob hoc reuersus triumpho de- lato appellatus est Arabicus; A diabenicus; Parthicus. Sed triumphum respuit; ne uide- tur de ciuili triumphare uictoria. Recusauit & parthicum nomen; ne parthos laceffe- ret. Redeunti sane Romam post bellum ciuile Nigri aliud bellum ciuile Clodii Albi- ni nunciatum est; qui rebellauit in Gallia. Quare postea occisi sunt filii. P. Nigri cum matre; Albinum igitur statim hostem iudicauit; Et eos qui ad illum mollius uel scri- pserunt uel rescripserunt. Et cum iret contra Albinum in itinere apud Viminatum fili- um suum maiorem Bassianum apposito Aurelii Antonini nomine Caesarem appella- uit; ut fratrem suum Getam ab spe imperii; quam ille conceperat; submoueret. Et no- men quidem Antonini idcirco filio apposuit; quod somniauerat Antoninum sibi succes- surum. Unde Getam etiam quidam Antoninum putant dictum; ut & ipse succederet i- imperio. Aliqui putant idcirco illum Antoninum appellatum; quod Seuerus ipse in Mar- ci familiam transire uoluerit. Et primo quidem ab Albinianis Seueri duces uicti sunt; Tunc sollicitus cum consuleret; a Pannonia acis auguribus comperit se uictorem futurum. Aduersarium uero nec in potestatem ueturum nec euasurum; sed iuxta aquam esse pe- riturum. Multi statim amici Albini deserentes uenere; multi duces capti sunt; in quos Seuerus animaduertit. Multis interim uarie gestis in Gallia Primo apud Tinurtium contra Albinum felicissime pugnauit Seuerus. Cum quidem ingens periculum equi ca- su adit ita; ut mortuus istu plumbeae crederetur; ita ut alius iam pene imperator ab ex- ercitu deligeretur. Eo tempore lectis actisque de Clodio Celsino laudando qui Adru-

Prolius  
Etius

Domitius dexter  
Bosfus

Perithus  
Amyli-  
anus

Clodius albinus

Viminatum  
Bassianus

Tinurtium

Clodius Celsinus

mentinus & affinis Albini erat facta sunt iratus senatui Seuerus quasi hoc Albino senatus praestitisset sed Commodum inter diuos referendum esse censuit, quasi hoc genere se de senatu posset ulcisci: primusque inter milites diuum Commodum pronunciauit: idque ad senatum scripsit addita oratione uictoriae senatog. Deinde qui in bello erant interempti: cadauera dissipari iussit. Deinde Albini corpore allato poenae seminecis caput abscidi iussit: Romamque deferri, idque litteris proscriptus est. Victus est Albinus die. xi. Kalendas martias. Reliquum autem cadauer eius ante domum propriam exponi ac diuidere iussit. Equum praeterea ipse residens supra cadauer Albini egit expauescentem que admonuit: ut effrenatum audacter protereret. Addunt alii quod idem cadauer in Rhodanum abiici praecipit simul etiam uxoris liberorumque eius. Interfectis innumeris Albini partium uiris: inter quos multi principes ciuitatis; multae foeminae illustres fuerunt. Omnium bona publicata sunt aetiarumque auxerunt: cum eis & hispanorum & gallorum proceres multi occisi sunt. Denique militibus tantum stipendiorum quantum nemo principum dedit. Filii etiam suis ex hac proscriptioe tantum reliquit: quantum nullus imperatorum. Cum magnam partem auri per gallias & hispanias, per Italiam imperator iam fecisset. Tuncque primum priuatarum rerum procuratio constituta est. Multi sane post Albinum fidem ei seruantes bello a Seuero superati sunt. Eodem tempore etiam legio arabea defecisse ad Albinum nunciata est. Vtriusque grauius Albinianam defectionem interfectis plurimis genere quoque eius extincto. Iratus populo & senatoribus romam uenit. Commodum in senatu & concione laudauit. Deum appellauit. Infamibus displicuisse dixit: ut appareret eum apertissime furere. Post hoc de sua clementia disseruit: cum crudelissimus fuerit & senatores infra scriptos occiderit. Occidit autem sine causae edictione hos nobiles Mummium. Secundinum Aelium. Claudianum Claudium. Rufum. Vitalium. Victorium: Papium. Faulum. Aelium. Celsum. Iulium Rufum. Lollium profellum. aurunculeium. Cornelianum. Antoninum. Balbum. Postumium. Seuerum. Sergium. Lutratem. Fabium. Paulinum. Nonium. Gratium. Matium. Fabianum. Casperium agrippinum. Ceronum albinum. Claudicum. Supplicianum. Memmum. Rufinum. Casperium Aemilianum. Cocceium Verum. Erucium Clarum. L. Sabinum. Clodium Rufum. Egnatuleium Honoratum. Petronium Iuniorum Pelcennios. Feltum & Veratium: Aurelianum & Materianum & Iulianum & Albinum. Cerellios Macrinum & Faultianum & Iulianum. Herennium nepotem Sulpium canum. Valerium Catulinum. Nouium Rufum. Claudium arabianum Marcum Afellionem. Horum igitur tantorum ac tam illustrium uirorum: multi in his consulares; multi praetorii: omnes certe summi uiri fuere interfecti. Ab afris ut deus habetur. Cincium Seuerum calumniatus est: quod se ueneno appetisset: atque ita interfecit. Narcissum deinde Commodi strangulatorem leonibus obiecit. Multos praeterea obscuro loci homines interemit: praeter quos ius praetii absumpsit. Post haec cum se uellet commedare hominibus: uehicularium munus priuatis ad situm traduxit. Caesar e deinde Bassianum Antoninum a Senatu appellari iussit de creis imperatoris insignibus. Rumore deinde belli parthici extincto patri matri. auo & uxori priori per se statuas collocauit. Plautianum ex amicissimo cognita eius uita ita odio habuit: ut & hostem publicum appellaret: & repositis statutis eius per orbem terrarum graui eum iniuria. Iratus praecipue quod inter propinquorum & affinium Seueri simulacra suam statuam ille posuisset: Palaestinis poenam remisit: quam ob causam Nigri meruerat Postea iterum cum Plaucio in gratiam rediit: & ueluti ouans urbem ingressus capitolium petiit. Quauis & ipsum procedenti tempore occiderit. Getam minori filio togam uirilem dedit. Maiori Plautinam filiam uxorem iunxit. Hi qui hostem publicum Plautianum dixerant: deportati sunt. Ita omnium rerum semper quasi naturali lege mutatio est. Filios deinde consules designauit. Getam fratrem extulit. Profectus dehinc ad bellum parthicum est edito gladiatorio munere & congiario populo dato. Multos inter haec causas uel ueris uel simulatis occidit. Damnabantur autem plerique: cur iocati essent: Alii cur tacuissent. Alii cur pleraque figura dixissent: ut esse imperator uere nominis sui uere pertinax: uere Seuerus. Erat sane in sermone uulgari parthicum bellum affectare Septimium Seuerum gloriae cupiditate non aliqua necessitate deductum. Traiecto denique exercitu a Brundisio continuato itinere uenit in Syriam: Parthosque summouit. Sed postea in Syriam rediit ita ut se pararet: ac bellum parthis inferret. Inter haec Pelcennianas reliquias Plautiano auctore persequebatur. Ita ut nonnullos etiam ex

Multorum senatorum nomina

Cincius Seuerus  
Narcissus

Plautina

Plaucianus

amicis suis quasi uitae suae insidiatores appeteret. Multos etiam quasi Chaldaeos aut uates de sua salute consulissent: interemit. praecipue suspectos unum quenque idoneum imperio cum ipse paruulos adhuc filios haberet: idque dici ab his uel crederet uel audiret: qui sibi augurabantur imperium. Denique cum occisi essent nonnulli: Seuerus se excubabat. Et post eorum mortem negabat fieri iussisse: quod factum est. Quod de laeto praecipue Marius Maximus dixit. Cum soror sua Leptiana ad eum uenisset uix latine loquens ac de illa multum imperator erubesceret dato filio eius lato clauo: atque ipsi multis muneribus redire mulierem in patriam praecipit. Et quidem cum filio quibus se uita defunctus est. Aestate igitur iam exeunte parthiam ingressus Theisiphontem pulso rege peruenit & cepit. Hyemali prope tempore quod in illis regionibus metus per Hyemem bella tractatur: cum culparum radicibus milites uiuerent: atque inde morbos aegritudinesque contraherent: quare cum obsistentibus parthis flente quoque per insuetudinem cibi alio militum longius ire non posset: tamen perstitit: & oppidum cepit: & regem fugauit: & plurimos interemit: & parthicum nomen meruit. Ob hoc etiam filium eius Bassianum Antoninum: qui Caesar appellatus iam fuerat annum tertium decimum agentem participem imperii dixerunt milites: Getam quoque minorem filium Caesarem dixerunt eundem Antoninum: ut plerique in litterastradunt appellantes: harum appellationum causa donatium militibus largissimum dedit. Concessa omni praeda oppidi parthici quod milites quaerebant. Inde in Syriam rediit uictor & parthicum deferentibus sibi patribus triumphum iccirco recusauit: quod consistere in curru affectus articulari morbo non posset: filio sane concessit: ut triumpharet. Cui senatus iudaicum triumphum decreuerat: iccirco quod & in Syria res bene gestae fuerant a Seuero. Deinde cum Antiochiam transisset: data uirili toga filio maiori secum eum consulem designauit: & statim in Syria consulatum inierunt. Post hoc dato stiperendio cumulatorem militibus Alexandriam petiit. In itinere palaestinis plurimam iura fundauit. Iudaeos fieri sub graui poena ueruit. Item etiam de christianis sanxit. Deinde Alexandrinis ius uoleutarum dedit: qui sine publico consilio ita ut subregibus ante uiuebant uno iudice contenti: quem Caesar de disset. Multa praeterea hisiura mutauit: iucundam sibi peregrinationem hanc propter religionem dei Serapidis: & propter nouitatem animalium bello eorum fuisse Seuerus ipse postea semper ostendit. Nam & mensas & Memnonem & Pyramides & Labyrinthum diligenter inspexit: & quoniam longum est minora persequi huius magnificae illa quod uictor & occiso Iuliano praetorianas cohortes exauctorauit: Pertinacem contra uoluntatem militum in deos reuertit. Saluii Iuliani decreta iussit aboleri quod non obtinuit. Denique cognomen Pertinacis non tam ex sua uoluntate quam ex morum parsimonia uideretur habuisse. Nam & infinita multorum caede crudelior habitus: & cum quidam ex hostibus eidem se suppliciter obtulisset: dixissetque ille quod facturuseffet: non est mollitus tam prudente dicto interfici eum iussit. Fuit praeterea delendarum cupidus factionum prope a nullo congressu nisi uictor persarum regem Abagarum subegit. Arabas in ditionem accepit. Ad iuuenas uel tributarios coegit. Britanniam quod maximum eius imperii decus est muro per transuersam insulam ducto: uterque ad finem oceani muniuit: Vnde etiam Britannici nomen accepit. Tripolim unde oriundus erat confusus bellicosissimis gentibus securissimam reddidit ac pacem diuturnam: oleum gratuitum & saecundissimum in aeternum donauit. Idem cum implacabilis delictis fuit: tum ad erigendos industrios quosque iudicii singularis philosophiae ac dicendi studiosi fatis deditus. Doctrinae quoque nimis cupidus. Latronum ubique hostis: uitam suam priuatam publicam: que ipse composuit. Ad fidem solum tamen uitium crudelitatis excusans. De hoc senatus ita iudicauit illum aut nasci non debuisse aut mori: quod & nimis crudelis & nimis utilis rei publicae uideretur. Domi tamen minus cautus: qui uxorem Iuliam famosam adulteriis tenuit eam etiam coniurationis. Idem cum pedibus aeger bellum moraretur: idque milites anxie ferrent: eiusque filium Bassianum qui una erat: Augustum fecissent: tolli se atque in tribunal ferri iussit. Adesse deinde omnes tribunos centuriones duces & cohortes: quibus auctoribus id acciderat. Sisti deinde filium qui Augusti nomen acceperat: Cumque anima duerti in omnes auctores facti praeter filium iuberet: rogareturque omnibus ante tribunal profratris: caput manu contingens ait. Tandem sentitis caput imperare non pedes. Huius dictum est cum eum ex humili per litterarum & militiae officia ad imperium plurimis gradibus fortuna duxisset: omnia inquit fui & nihil expedit Perit

Ctesiphon V.

Culporum radices

Uoleutarum ius

Mensas  
Memnon  
Pyramides  
Labyrinthus

Tripolis

Aut nasci non debuisse aut mori simile illud in limes respubli necessarium non nec sine te nec tecum uinere possimus

Numerus mi  
litaris

Signu militare  
laboremus  
Fortuna regio

Septimodiu

Amnius fuscus  
Lampridius

ne uix constitit: Post maurum apud uallum missum in Britannia cum ad proximam  
mansionem rediret: non solum uictor sed etiam in aeternum pace fundata uolens ani  
mo quid ominis sibi occurreret. Ethiops quidam ex numero militari clara inter scur  
ras fama & celebratorum semper iocoru cum corona & cupressu facta eidem occurrit:  
Quem cum ille iratus remoueri ab oculis praecepisset: & coloris eius stasus omne & co  
xisset ille dicitur ioci causa. Totum fuisse: totum uicisti. lam deus esto uictor. Et in ciui  
tatem ueniens cum rem diuinam uellet facere: primum ad Bellonae templum ductus  
est terrore haruspis rustici. Deinde hostiae furuae sunt applicatae. Quod cum esset a  
spernatus: atque ad palatium se reciperet: negligentia ministrorum nigrae hostiae usque  
ad limen domus palatinae imperatorem secutae sunt. Sunt per plurimas ciuitates opera  
eius insignia. Magnum uero illud in ciuitate eius: quod Romae omnes aedes publicas  
quae uitio temporum labeantur: instaurauit: nusquam prope suo nomine ascripto:  
seruatis tamen ubique titulis conditorum: moriens septem annorum canonem: ita ut  
quotidiana septuaginta quinque milia modiorum expendi possent: reliquit. Olei uero  
tantum: ut per quinquennium non solum usibus: sed & totius Italiae: quae oleo egeret:  
sufficeret. Vltima uerba eius dicuntur haec fuisse. Turbatam rem publicam ubique ac  
cepi: pacatam etiam britannis relinquo: senex & pedibus aeger firmum imperium An  
toninis meis relinquens si boni erunt: imbecillum: si mali: iussit deinde signum tribu  
no dari. Laboremus quia Pertinax quando in imperium assitus est: signum dederat:  
militemus. Fortunam deinde regiam quae comitari principes & in cubiculis poni sole  
bat: geminare statuerat: ut sacratissimum simulacrum utriusque relinqueret filiorum:  
Sed cum uiderit se perurgeri sub hora mortis iussisse fertur: ut alternis diebus apud fi  
lios imperatores in cubiculis fortuna poneretur. Quod Bassianus prius contempsit:  
quam faceret patricium. Corpus eius a Britannia Romam usque cum magna prouin  
cialium reuerentia susceptum est. Quauis aliqui urnulam auream tantum fuisse di  
cant Seueri reliquias continentem. Eandemque Antoninorum sepulchro illatam: cum  
Septimius Pertinax Seuerus illic ubi uita functus est: esset incensus: cum septimodiu  
faceret: nihil aliud cogitauit: quam ut ex Africa uenientibus suum opus occurreret: &  
nisi absente opere per praefectum urbis medium simulacrum eius esset locatum additum  
palatinis aedibus id est regium atrium ab ea parte facere uoluisse perhibetur. Quod et  
iam post Alexander cum uellet facere ab aruspibus dicitur esse prohibitus cum hoc  
sciscitatus non litasset.

Spartiani Pescennius Niger

**R** Arum atque difficile est: ut quos tyrannos aliorum uictoria fecerit:  
bene mittantur in litteras. Atque ideo uix omnia de his plene in mo  
numentis atque annalibus habentur. Primum enim quae magna sunt  
in eorum honorem ab scriptoribus deprauantur: deinde alia suppri  
mantur. Postremo non magna diligentia eorum generatio ac uita re  
quiratur. Cum satis sit audaciam eorum & bellum: in quouicti fue  
rint: ac poenam proferre. Pescennius ergo Niger: ut alii tradunt: modi  
cis parentibus: ut alii nobilibus fuisse dicitur patre Annio Fusco: ma  
tre Lampridia: a uo curatore Aquini. Ex qua familia originem ducebat. Quod quidem  
dubium etiam nunc habetur. Hic eruditus mediocriter: moribus ferox: a uitiis immo  
dicus: uita parcus: libidinis effrenatae. Ad omne genus cupiditatum ordines diu duxit:  
multisq; ducatibus peruenit. Ut exercitus syriacos iussu Comodi regeret suffragio ma  
xime athleta: qui Commodum strangulauit: ut omnia tunc fiebant. Is posteaq; compe  
rit occisum Commodum: lulianum imperatorem appellatum: eundemq; iussu Seueri  
& senatus occisum. Albinum etiam in Gallia sumpsisse nomen imperatoris ab exerciti  
bus syriacis: quos regebat: appellatus est imperator: ut quidam dicunt: magis in Iuliani odi  
um: quam in emulationem Seueri. Huic ob derestatione Iuliani primis imperii diebus  
ita Romae factum est a senatoribus duntaxat: qui & Seuerum oderant: ut inter lapidatio  
nes execrationesq; oium illi felicitas optaretur: illum principem superbi: & illum Augustu  
populus acclamaret. Iulianu autem oderant populares: quod Pertinace milites occidissent  
& illu impatore aduersa populi uoluntate appellassent. Deniq; ingetes ob hoc seditiones

eboraci in britannia subactis gentibus quae Britanniae uidebantur infestae: anno Impe  
rii. xviii. morbo grauissimo extinctus iam senex reliquit filios duos Antoninum Bassia  
num & Getam: cui & ipsi in honorem Marci Antonini nomen iposuit illatus sepulchro  
Marci Antonini: quem ex omnibus imperatoribus tantum coluit: ut & Commodum i di  
uos referret: & Antonini nomen omnibus deinceps quasi Augusti ascribendum putaret.  
Ipsi a senatu agentibus liberisque eius funus amplissimum exhibitum fuit atque inter  
diuos est relatus. Opera publica praecipue eius extant Seprizonum & Thermae Seueria  
nae. Eius denique etiam ianuae in transyberina regione ad portam nominis sui quarum  
forma intercidens statim usum publicum inuidit, iudicium de eo post mortem ma  
gnum omnium fuit: maxime quod diu nec a filiis eius boni aliquid reipublicae uenit. Et  
postea in uadentibus multis rem publicam res romana praedonibus direpti fuit. Hic tra  
men exiguis uestibus usus est: ut uix tunica eius aliquid purpurae haberet: Cum hirta  
chlamyde humero ualeret: cibi parcissimus: leguminis patrii auidus: uini aliquando cu  
pidus: carnis frequenter ignarus. Ipse decorus: ipse ingens proniussa barba: cano capite &  
crispo. Vultu reuerendus: canorus uoce: sed a frum quiddam uel crudelitatis metu. Le  
gisse me apud Aelium Maurum Phelegontis Hadriani libertum memini Septimium  
Seuerum immoderatissime cum moreretur laetatu: quod duos Antoninos pari impe  
rio reipublicae relinqueret exemplo Pii: qui Verum & Marcum Antoninos per adoptio  
nem filios reipublicae reliquit. Hoc melius quod ille filios per adoptionem: hic per se  
genitos rectores Romanae reipublicae daret: Antoninum scilicet Bassianum quem ex prio  
re matrimonio susceperat: & Getam quem de Iulia genuerat. sed illum multum spes fe  
sellit. Nam unum patricium: alterum sui mores reipublicae inuiderunt: sanctumque il  
lud nomen in nullo diu bene manit. Et reputanti mihi Dioclitiane Auguste neminem  
prope magnorum uirorum optimum & utilem filium reliquisse satis claret. Denique  
aut sine liberis uiri interierunt: aut tales habuerunt plerique: ut melius fuerit de rebus  
humanis sine posteritate discedere. Et ut ordiamur a Romulo: hic nihil liberorum  
reliquit: nihil Numa Pompilius: quod utile posset esse reipublicae. Quid Camillus.  
Num sui similes liberos habuit: Quid Scipio: Quid Catones: qui magni fuerunt. Jam  
uero quid de Homero: Demosthene: Virgilio: Crispo: & Terentio Plauto caeterisque  
aliis loquar: Quid de Caesare: Quid de Iulio: cui soli melius fuerat liberos non habe  
re: Quid de Augusto: qui nec ad optiuum bonum filium habuit: Cum illi eligendi po  
testas fuisset ex omnibus. Falsus est etiam ipse Traianus in suo munice ac nepote deli  
gendo. Sed ut omittamus ad optiuos: ne nobis Antonini pius & Marcus numina reipubli  
cae occurrant. Veniamus ad genitos: Quid Marco felicis fuisse: si Commodum non  
reliquisset haeridem: Quid Seuero Septimio si Bassianum non genuisset: qui statim  
in simularum fratrem inuidiarum contra se cogitatum patriciali etiam figmento in  
teremit: qui nouerit matrem: quonimo in cuius sinu Getam filium eius occiderat:  
uxorem duxit: qui Papinianum iuris asylum: & doctrinae legalis thesaurum quod patri  
cidium excusare nolisset: occidit & praefectum suum ne omni per se & per scienti  
am suam magno deesset & dignitas. Denique ut alia omittam ex huius moribus fa  
ctum puto ut Seuerus tristior uir ad omnia: imo etiam crudelior pius & dignus deo  
rum altaribus duceretur. Qui quidem diu imo Salustii orationem qua Micipsa fili  
os ad pacem hortatur: Ingrauatus morbo misisse filio dicitur maiori. Idque frustra &  
hominem tantum ualitudine. Vixit denique in odio populi diu Antoninus. Nomen  
que illud uenerabile diu minus amatum est. Quauis & uestimenta populo dederit:  
Vnde Caracallus est dictus: & thermas magnificentissimas fecerit. Extat sane Romae  
Seueri porticus gesta eius exprimes a filio quantum plurimi docent structa. Signa mor  
tis eius haec fuerunt. Ipse somniauit quattuor aquilis & gemato curru praeuolante ne  
scio qua ingenti humana specie ad caelum esse raptum: cumque raperetur octoginta &  
nouem numeros explicuisse. Ultra quot annos ne unum quidem annum uixit: nam  
ad imperium senex uenit. Cumque positus esset in circulo ingenti aereo diu solus & de  
stitutus stetit. Cum uereretur autem ne praecipuus rueret: a loue se uocatum uidit: atque  
inter Antoninos locatum: Die circensium cum tres uictoriae more solito esset locata gy  
psea cum palmis media: quae ipsius noie ascriptu orbe palmis tenebat: uento ista de po  
dio stans decidit: & humi constitit. Eaque Getae nomine inscripta erat: corruit: & omnis  
communita est. Illa uero quae Bassiani titulum praeferebat: amissa palma uenti tui bi

Antoninus  
Bassianus

Getta

Septimodiu

Seuerianae thermae

Aelius ma  
rus  
Phelegon

Nullus magnus  
uir optimum  
reliquit filiu

Romul

Numa

Camillu

Scipio

Catons

Homer

Demosth

Virgili

Crissp

Terenti

Caesar

Tulliu

August

tus

Traianu

Bassianu

Micips

sa

Caracall

Caracallus unde

Gemmatu  
currus

Victoris imago



fuerunt. Ad occidendum autem Nigrum primipilarem Iulianus miserat stulte ad eum qui haberet exercitus; & se tueri posset; proinde quasi qualis libet imperator a primipilario posset occidi; Eadem autem clementia etiam Seuero iam principi Iulianus successorum miserat: Denique etiam Aquilium Centurionem notum caedibus ducum miserat: quasi imperator tantum a Centurione posset occidi. Par denique insania fuit; quod cum Seuero ex interdicto de imperio egisse fertur: ut iure uideretur ad principatum peruenisse. Et de Pescennio Nigro iudicium populi ex eo apparuit: quod cum ludoscircenses Iulianus Romae daret; & indifcrete subellia Circi Maximi repleta essent; ingentique iniuria populus affectus esset: per omnes uno consensu Pescennius Niger ad tutelam urbis est expeditus: odio ut diximus Iuliani: & amore occisi Pertinacis. Cum quidem Iulianus dixisset fertur neque Pescennio longum imperium deberi: sed Seuero qui magis esset odio habendus a senatoribus: militibus: prouincialibus: popularibus: quod probauit rei euentus. Et Pescennius quidem Seuero eo tempore quo Lugdunensem prouinciam regebat: amicissimus fuit. Nam ipse missus erat ad comprehendendos desertores: qui innumeri Gallias tunc exabant. In quo officio quod se honeste gessit: iucundissimum fuit Seuero: ita ut de eo ad Commodum Septimius referret afferens necessarium reipublicae uirum: & reuera in re militari uahemens fuit. Nunquam sub eo miles prouinciali lignum oleum: operam extorsit. Ipse a milite nihil accepit: cum tribunatus ageret: nihil accipi passus est. Nam & imperatorum tribunos duos quos constituit: stellaturas accepisse: lapidibus obrui ab auxiliariis iussit. Extat epistola Seueri: quam scribit ad Ragonium Celsum Gallias regentem. Miserum est: ut imitari eius disciplinam militarem non possumus; quem per bellum uicimus; milites tui uagantur: Tribuni medio die lauant: pro tricliniis popinas habent: pro cubiculis meritoria salubant bibunt: cantant: & mensuras conuiuiorum uocant: cum hoc sine mensura potare haec ulla uena paterna disciplinae uiueret: fierent. Emenda igitur primum tribunos: deinde militem quem quandiu timueris: tandiu timebis. Sed scias id de Nigro militem timere non posse: nisi integri fuerint tribuni & duces militum. Haec de Pescennio Seuerus Augustus adhuc milite. M. Antoninus ad Cornelium Balbum. Pescennium mihi laudas. Agnosco: nam & decessor tuus cum manu strenuum uita grauem etiam tum plus quam militem dixit. Itaque nisi litteras recitandas ad signa quibus eum trecentis armenicis & centum sarmathis & mille nostris praesse iussi. Tuum est ostendere hominem non ambitione quod nostris non conuenit moribus: sed uirtute ueniisse ad eum locum: quem auus meus Hadrianus quem Traianus proauus non nisi exploratissimis dabat. De hoc eodem Commodus: Pescennium fortem uirum noui: & ei tribunatus iam duos dedi. Ducatum mox dabo ubi per senectutem Aelius Corduenus rempublicam recusauerit. Haec de eo iudicia omnium fuerunt Sed & Seuerus ipse saepe dixit ignotum se Pescennium nisi perseueraret. A Commodus denique Pescennius consul declaratus Seuero praepositus est. Et quidem irato: quod primipilarius commendantibus consularum Niger mereretur. In uita sua Seuerus dicit se priusquam filii sui id aetatis haberent: ut imperare possent agrotantem id in animo habuisse: ut siquid forte sibi accidisset. Niger Pescennius eidem & Clodius Albinus succederent. Qui ambo Seuero grauissimi hostes extiterant. Unde apparet: quod etiam Seueri de Pescennio iudicium fuerit. Si Seuero credimus: fuit gloriae cupidus Niger: uita fictus: moribus turpis: aetatis prouecta cum imperium inuasit: ex quo cupiditates eius incusat: Proinde quasi Seuerus minor ad imperium uenerit: qui annos suos contrahit: cum decem & octo annis imperauit: & octogesimo nono perit. Sane Seuerus Heraclitum ad obtinendam Bithyniam misit. Fuluium autem ad occupandos adules Nigri filios: nec tamen in senatu quicquam de Nigro Seuerus dixit: cum iam audisset de eius imperio. Ipse autem proficisceretur ad componendum orientis statum. Tantum sane illud fecit proficiscens: ut legationes ad Africam mitteret: ne eam Pescennius occuparet: & famae populum Romanum perurgeret. Et uidebatur autem id facere posse per lybiam aegyptumque uicinas Africae difficulti licet itinere ac navigatione. Et Pescennius quidem ueniente ad orientem Seuero Graeciam: Thracias: Macedoniam interfectis multis industriis uiristenebat ad participatum imperii Seuerum uocans. A quo causa eorum quos occiderat: cum Aemiliano hostis est appellatus. Deinde a ducibus Seueri per Aemilianum pugnant uictus est. Et cum illi tutum exilium promitteret: si ab armis recederet. Perseuerans iterum pugnavit: & uictus est: atque apud Cizicum circa paludem fugiens

Aelius

Stellaturas

Ragonius celsus

Cornelius balbus

Aelius corduenus

Clodius albinus

Heraclitus Fuluius

Cyzicus

fauciatu: & sic ad Seuerum adductus: atque statim mortuus. Huius caput circumlatum pilo Romam missum. Filii occisi: necata uxor: patrimonium publicatum: familia omnis extincta. Sed haec omnia posteaquam de Albini rebellione cognitum est: facta sunt. Nam prius & filios Nigri & matrem in exilium miserat. Sed exaruit secundo ciuili bello: immo iam tertio: & factus est durior. Tunc cum innumeros senatores interemit Seuerus ab aliis Syllae: ab aliis punici: ab aliis Marii nomen accepit. Fuit statura Pescennius prolyxa: forma decorus: capillo in uerticem ad gratiam reflexo: uocis canora: ita: ut in campo loquens per mille passus audiretur: nisi uentus aduersaretur. Oris uerecundi & semper rubidi: ceruice a deo nigra: ut quem admodum multi dicunt: ab ea Nigri nomen accepit. Caetera corporis parte candidus & magis pinguis: uini uisus: cibi parcus: rei uerecundus nisi ad creandos liberos profusus ignarus. Denique etiam sacra quaedam in Gallia quae a castissimis decernuntur: consensu publico celebranda suscepit. Hunc in Commodianis hortis in porticu curua pictum de musibo inter Commodi amicissimos uidemus sacra Iliadis ferentem: quibus Commodus a deo deditus fuit: ut & caput raderet. & Anubim portaret: & omnis parca expleret. Fuit ergo miles optimus: tribunus singularis: dux praecipuus: legatus seuerissimus: consul insignis: uir domi forisque conspicuus: imperator infelix: uisus denique reipublicae sub Seuero homine tetrico esse potuisset: si cum eo esse uoluisset. Sed deceptus est consiliis Seueri Aureliani: qui filias suas eius filiis despondens persistere eum fecit in imperio. Hic tanta fuit auctoritatis: ut ad Marcum primum: deinde ad Commodum scriberet: cum uideret prouincias facili administratione mutari subuerti. Primum ut nulli ante quinque annos suam prouinciam praesidi uel legato uel proconsuli: quod prius deponeret praeem: quam scirent administrare. Deinde ne noui ad regendam remp. accederent: praeter militares administrationes intinuit: ut assessores in quibus prouincias sedissent in his administrarent. Quod postea Seuerus: & deinceps multi tenuerunt: ut probant Pauli & Vlpiani praefecturae: qui Papiniano in consilio fuerunt: ac postea cum unus ad memoriam alter ad libellos paruisset: statim praefecti facti sunt. Huius etiam illud fuit: ut nemo assideret in sua prouincia: nemo administraret nisi Romae romanus hoc est oriundus urbe. Addidit praeterea consularis salaria: ne eos grauarent: quibus assidebant dicens iudicem nec dare debere nec accipere. Hic erga milites tanta fuit censura: ut cum apud aegyptum ab eo limitanei milites uinum peterent: responderit Nilum habetis & uinum quaeritis. Si quidem tanta fuit illius fluminis dulcedo: ut accolae uina non quaerant. Idem tu multauitibus his qui a sarracenis uicti fuerant: & dicentibus uinum non accepimus: pugnaire non possumus. Erubescite inquit: illi qui uos uincunt: aquam bibunt. Idem Palestinae rogantibus: ut eorum censitio leuaretur: iccirco quod esset grauata: respondit uos terras uestras leuari censitione uultis: ego uero etiam aerem uestrum censere uellem. Denique delphici Apollinis uates in motu reipublicae maxime cum nunciaretur tres esse imperatores Seuerum Septimium: Pescennium Nigrum: Clodium Albinum: consularium quem expeditur reipublicae imperare: uerum graecum huiusmodi fuisse dicitur Optimus est Fuscus: bonus a fer: pessimus albus. Ex quo intellectum Fuscum Nigrum appellatum uaticinatione. Seuerum Afrum: Album uero Albinum dictum. Nec defuit aetate curiofita: qua requisitum est: qui esset obtenturus rempublicam. Ad quod ille respondit alium uersum talem. Fundetur sanguis Albi Nigri que minantis. Imperium mundi poena reget urbe profectus. Item cum quaesitum esset: quis illi successurus esset: respondisse itidem graeco uersu dicitur. Cui dederint superi nomen habere Pii. Quod omnino intellectum non est: nisi cum Bassianus Antonini: quod uerum signum Pii fuit nomen accepit. Item cum quaeretur quandiu imperaturus esset: respondisse graeco dicitur: Bis denis italum conscendit nauibus aequor: Si tamen una ratis transiliet pelagus. Ex quo intellectum Seuerum uiginti annos expleturum. Haec sunt Dioclitiane Maxime Augustorum: quae de Pescennio didicimus ex pluribus libris. Non enim facile ut in principio libri diximus: quisquam uitas eorum mittit in libros qui aut principes in republica non fuerunt: aut a senatu appellati non sunt imperatores: aut occisi citius ad famam uenire nequuerunt. Inde quod later Vindex: quod Pisonescitur: quod omnes illi qui aut tantum adoptati sunt: aut a militibus imperatores appellati: ut sub Domitiano Antonius: aut cito interempti uitam cum imperii usurpatione posuerunt. Sequitur nunc: ut de Claudio Albino dicam: qui quasi socius huius habetur: quod & pariter contra Seuerum rebellauerunt: & ab eodem uicti atque occisi sunt.

Albini rebellio

Nigri nome undi accepit pescenni

Comodiam hort

Pictus de musibo

Seuerus Aurelianus

Paulus uipiani Papinianus

Vlpianus

Limitanei milites

Dulcedo aqua milotice

Censitio

Seuerus septimii

Pescenni

niger Clodius albinus

Caueo argenteo  
 Aceto in expeditione  
 contentos esse  
 Zonae nummarie  
 Papilione  
 Marius  
 Annibal  
 Marius  
 Annibal  
 Augustus  
 Marius  
 Camillus  
 Q. Marcius  
 Coriolanus  
 Vespasianus  
 Titus  
 Traianus  
 Pius  
 Marcus  
 Scipionis  
 Campus Iouis  
 Theocoro

De quo ipse neque satis clara extant: quia eadem fortuna illius fuit: quae Pescennii etiam si uita satis dispar. Ac ne quid ex his quae ad Pescennium pertinent: praeterisse uideatur: licet aliis libris cognosci possint. De hoc Seuero Septimio uates dixerunt: quod neque uiuus neque mortuus in potestatem Seueri uerturus esset: sed iuxta aquas illi per eundem esset. Quod quidem dicant ipsum Seuerum de matresi quam callebat: dixisse. Nec abfuit responsis ueritas: cum ille in uetus sit iuxta paludem semiuuius. Hic tanta fuit seueritatis: ut cum milites quosdam in caueo argenteo expeditionis tempore biuere uideret: iussit omne argentum summoueri de usu expeditionali: addito eo: ut ligneis uasis uterentur. Quod quidem illi odium militare concitauit. Dicebat enim posse fieri ut sarcinae militares in potestatem hostium uenirent: ne se barbarae nationes argento nostro gloriosiores facerent: cum alia minus apta hosticam uiderentur ad gloriam. Idem iussit uinum in expeditione neminem bibere: sed aceto uniuersos esse contentos. Idem pistores sequi expeditionem prohibuit: bucellato iubens milites & omnes contentos esse. Idem ob unius gallinaei direptionem decem commanipulones: qui raptum ab uno comederant securi percussit: & fecisset: nisi ab omni exercitu prope usque ad metum seditionis esset rogatus & cum pepercisset: iussit: ut denorum gallinaeorum pretia provinciali redderent decem: qui simul furto conuixerant addito eo: ut tota in expeditione in commanipulatione nemo focum faceret: ne unquam recens coctum cibum sumerent: sed pane ac frigidi uiscerentur appositis speculatoribus qui id curarent. Idem iussit: ne zonas milites ad bellum item aureos uel argenteos nummos portarent: sed publice commendarent recepturi postea praelia quod dederant. Adde liberis eorum & uxoribus haec redibus certe reddendum qui uenisset: ne ad hostes aliquid praedae perueniret si quid forte aduersi fortuna fecisset. Sed haec omnia ut se habuerat Commodi temporum dissolutio aduersa eidem fuere. Denique & si nemo fuit: qui suis temporibus dux seuerior uideretur: ad perniciem illi magis ista fuere quam mortuo. Vbi & inuidia & odium deposita erant: talia exempla ualuerunt. Idem in omni expeditione ante omnes militarem cibum sumpsit ante papilionem: nec sibi unquam uel contra solem uel contra imbres quae sunt tecti suffragium: si miles non habuit: tantum denique belli tempore ratione militibus demonstrata sibi & seruis suis uel contubernaliibus: portauit quantum a militibus ferebatur. Cum seruos suos annona oneraret: ne illi securi ambularent honuisti milites: idque ab exercitu cum suspitio uideretur. Idem in concione iurauit se quam diu in expeditionibus fuisset essetque adhuc futurus: non aliter esse acturum quam militem. Marius ante oculos habentem & duces tales: nec alias fabulas unquam habuit nisi de Annibale: caeterisque talibus. Denique cum imperatori facto quidam paegyri cum recitare uellet. Dixit ei. Scribe laudes Marii uel Annibalis: uel alicuius ducis optime uita functi: & dic quid ille fecerit: ut cum nos imitemur. Nam uiuentes laudare irrisio est maxime imperatores: a quibus speratur: qui timentur: qui praestare publice possunt: qui possunt necare: qui proscribere. Se autem uiuum placere: uelle mortuum etiam laudari. Amauit de principibus Augustum: Vespasianum: Titum: Traianum: Pium: Marcum: reliquos foemineos uel uenenatos uocans: Maximam tamen in historiis Marium: & Camillum: & Qu. Macrinium Coriolanum dilexit. Interrogatus autem quid de Scipionibus sentiret: dixisse fertur felices illos fuisse magis quam fortes: idque probare domesticam uitam & iuuentutem: quae in utroque minus speciosa domi fuisset apud omnes constat: quod si rerum potitus fuisset: omnia correcturus fuisset: quae Seuerus uel non potuit emendare uel noluit. Et quidem sine crudelitate: immo etiam cum lenitate: sed re militari non remissa & inepta atque ridicula: Domus eius hodie Romae uisitur in campo Iouis: quae appellatur Pescenniana: in qua simulacrum eius in thrico constituit. Statim post annum ex thebaico marmore: quod ille ad similitudinem suum factum a rege thebaeorum acceperat. Extat etiam epigramma graecum quod latine hanc habet sententiam. Terror aegyptiaci Niger astat militis ingens: Thebaidos socius aurea saecla uolens: Huc reges: hunc gentes amant: hunc aurea roma. Hic Antoninis carus & imperio. Nigrum nomen habet: nigrum formauimus ipsi: Vt consentiret formae metallo tibi. Quos quidem uersus Seuerus eradi noluit: cum hoc ei & praefecti suggererent: & officiorum magistri ad densi talis fuit: sciant omnes qualem uicerimus. Si talis non fuit: putent omnes nos talem uicisse: immo sic sit: quia fuit talis.

**E**

X duobus liberis quos Septimius Seuerus reliquit Getam & Bassianum: quorum unum exercitus: alterum pater dixit: Geta hostis est iudicatus. Bassianum autem obrinuisse imperium constat. De cuius maioribus frustra putamus iterandum: cum omnia in Seueri uita satis dicta sint. Huius igitur pueritia blanda: ingeniosa: parentibus affabilis: amicis parentum iucunda: populo accepta: grata senatus: ipse etiam ad amorem conciliandum salutaris fuit: non ille in literis tardus: non in beniuolentis segnis: non tenax in largitate: non lentus in clementia sed sub parentibus uisus. Denique si quando feris obiectos damnatos uidit: fleuit aut oculos auertit: quod populo plus quam amabile fuit. Septem puerum cum collusorem suum puerum ob iudicam religionem grauius uerberatum audisset: neque patrem suum neque patrem pueri uel auctores uerberum diu respexit. Antioche sibus & byzantiis interuentu suo iura uetusta restituit: quibus iratus fuit Seuerus: quod Nigrum iuuerant. Plautini odium crudelitatis causa coepit: quae a parentibus gratia sigillarium acceperat: id uel clientibus uel magistris sponte dona uit. Sed haec puer. Egressus uero puericia se uel patris monitis: seu calliditate ingenij: siue quod se Alexandro Magno Macedoniae & quando putabat: restrictior grauior uultu etiam truculentior factus est profusus: ut eum quem puerum scirent multi esse non crederent. Alexander magnum magnum eiusque gesta semper in ore habuit. Tiberium & Syllam in conuentu praetoribus laudauit. Patri superbius fuit. Fratrem magna eius humilitate despexit. Post patris mortem in castra praetoria pergens apud milites conquestus est: circumueniri se fratris insidiis: atque ita fratrem in palatio fecit occidi. Eius corpus statim cremari praecipit. Dixit praeterea in castris fratrem sibi uenenum parasse: matrem eum irriterentem fuisse. Egitque publice his gratias: qui eum occiderunt. Addidit deique his qui fidelibus erga eum se stipendium. Pars militum apud Albam Getam occisum aegerrime accepit: dicentibus cunctis duobus se fidem promississe liberis Seueri: duobus seruare debere. Clausis quoque portis diu imperator non admissus nisi delinitis animis non solum quae relictis de Geta & criminationibus editis: sed enormitate stipendii militibus: ut solet: placatis: atque inde Romam rediit. Tunc sub ueste senatoria lorica cum armatis militibus curiam ingressus est. Hos in medio iter subsellia duplici ordine collocauit: & sic uerba fecit. Questus est de fratris insidiis in uoluntate & incondite ad illius accusationem: sui uero excusationem: quod quidem nec senatus libenter accepit. Cum ille dixisset fratri se omnia permisisset: fratrem ab insidiis liberasse. Et illum tamen sibi grauissimas insidias fecisse: nec uicem amori reddidisse fraterno. Post hoc relegatis deportatisque redditum in patriam restituit. Inde ad praetorianos processit: & in castris mansit. Altera die Capitolium petiit: eos quos occidere parabat: affabiliter est allocutus. Innitensque Papiniano & Giloni ad palatium rediit. Cum flentem matrem Getae uidisset aliaque mulieres: post necem fratris mulieres occidere conatus est. Sed ob hoc retentus: ne aueretur fratris occisi crudelitas: Laetum ad mortem coegit misso a se ueneno: ipse enim iter suafores Getae mortis primus fuerat: qui & primus interemptus est. Ipse mortem eius saepissime fleuit. Multos qui caedis eius conscii fuerant: interemit: & eum qui imaginem eius honorauit. Post hoc fratrem patrualem Afrum cui prius de partes de coena miserat: iussit occidi. Qui cum se praecipitasset percussorum timore & ad uxorem cruce fracto erepsisset: tamen per ludibrium a percussoribus deprehensus est & occisus. Occidit etiam Pompeianum Marci nepotem ex filia natum & ex Pompeiano cui nupta fuerat Lucilla. Post mortem Veri imperatoris: quem & consulem bis fecerat: & omnibus bellis praeposuerat: quae grauissima tunc fuerunt: & ita quidem ut uideretur a latronibus interemptus. Deinde in conspectu eius Papinianus securi percussus a militibus occisus est quo facto percussori dixit gladio te exequi oportuit meum iussum. Occisus est etiam eius iussu Petronius ante templum Diui Pii: tractaque sunt eorum per plateam cadauera sine aliqua humanitatis reuerentia: Filium autem Papinianum qui ante triduum quaestor opulenter munus ediderat: interemit. iisdem diebus occisi sunt innumeri: qui fratres eius partibus fauerant. Occisi etiam liberti: qui Getae administrauerant: caedes deinde in omnibus locis & in balneis factae: occisique nonnulli etiam coenantes: Inter quos etiam Sammoniacus Serenus: cuius libri plurimi ad doctrinam extant: in summu

Geta  
 Bassianus  
 Heronius  
 Sigillaria  
 Alexander magnus  
 Tiberius  
 Sylla  
 Papinianus  
 Gilo  
 Pompeianus  
 Lucilla  
 Papinianus  
 Petronius  
 Papinianus  
 Serenus Sammoniacus  
 medicus

Serenus Sammoniacus  
 medicus

Chilo

discrimen etiam Chilo iterum praefectus & consul uenit: ob hoc quod concordiam in ter fratres suaserat. Et cum idem Chilo sublata ueste senatoria nudis pedibus ab urbe/ nisis raptus esset: Antoninus seditionem compressit. Multas praeterea postea caedes in urbe fecit passim raptis a militibus nonnullis hominibus & occisis quasi seditionem in dicens. Aelium Pertinacem suffectum consulem ob hoc solum quod filius esset imperatoris occidit. Neque cessauit unquam sub diuersis occasionebus eos interficere: qui fratris amici fuissent. Saepe in senatum saepe in populum superbe inuectus est: aut adictis praepositis aut orationibus editis: Syllam se etiam ostendens futurum: his gestis galliam petiit: atque ut primum in eam uenit: Narbonensem proconsulem occidit. Cunctis deinde turbatis qui in gallia res regebant: odium tyrannicum meruit: quanuis aliquando fingeret se benignum: cum esset natura truculentus. Et cum multa contra homines & contra iura ciuitatum fecisset: morbo implicitus grauius laborauit. Circa eos qui eum curabant: crudelissimus fuit: Deinde ad orientem profectionem parans omisso itinere in Dacia resedit circa Reticam non paucos barbaros interemit: militesque suos quasi Syllae milites & cohortatus est: & donauit. Deorum sane se nominibus appellari uetuit: quod Commodus fecerat: cum illi eum quod leonem aliaque feras occidisset Herculem dicerent. Et cum germanos subegisset: Germanicum se appellauit uel ioco uel serio: ut erat stultus & demens: Asserens si lucanos uicisset: Lucanicum se appellandum. Damnati sunt eo tempore: qui urinam in eo loco fecerunt: in quo statuae aut imagines erant principis. Et qui coronas imaginibus eius detraxerunt: ut alias ponerent. Dana nati sunt: & qui remedia quartanis tertianisque collo annexa gestarent: per thracias cum praefecto praetorii iter fecit. Inde cum in Asiam traiceret: naufragii periculum adit antemna fracta ita: ut in scapham cum protectoribus descenderet. Vnde in triremem a praefecto classis receptus euasit: excepit a pros frequenter: contra leonem etiam steterit. Quo etiam missis ad amicos litteris gloriatu est: seque ad Herculis uirtutem accessisse se iactauit: Post hoc ad bellum armeniacum parthicumque conuersus ducem bellicum qui suis competebar moribus: fecit. Inde Alexandriam petiit: in gymnasium populum conuocauit: eumque obiurgauit: legi etiam ualidos ad militiam praecipit: Eos autem quos legerat: occidit exemplo Ptolemaei Euergetis: qui octauus hoc nomine appellatus est. Dato praeterea signo militibus ut hospites suos occiderent: magnam caedem Alexandriae fecit. Dehinc per cadusios & Babylonios ingressus tumultuarie cum parthorum satrapis manum contulit feris etiam bestiis in hostes immisis. Datis ad senatum quasi post uictoriam litteris Parthicus appellatus est. Nam Germanici nomine patre uiuo fuerat consecutus. Deinde cum iterum uellet parthis bellum inferre atque hibernare Hedessae: atque inde carras luni dei gratia uenisset: die natalis sui octauo idus apriles ipsis Megalensibus cum ad requisita naturae discessisset in diuisa Macrino praef. praetorii positus qui post eum inuasit imperium: interemptus est: Conscriti caedis fuerunt Nemesianus: & frater eius Apollinaris: Reanusque qui praef. legionis secundae parthicae militabat: & qui equitibus extra ordinatis praerat non ignorantibus Martio Agrippa qui classi praerat: & praeterea plerisque officialium impulsu Martialis Occisus est autem in medio itinere inter Carras & Hedessam cum leuadae uesticulae gratia ex equo descendisset. Atque inter protectores suos coniuatos caedis ageret. Denique cum illi in equo strator eius leuaret: pugione latus eius confodit. Conclamatumque ab omnibus est: id Martialem fecisse: Et quoniam dei luni fecimus mentionem: sciendum a doctissimis quibusque id memoriae traditum. Atque ita nunc quoque a carrenis praecipue haberi: ut qui lunam foemineo nomine ac sexu putauerit nuncupandam: is addictus mulieribus semper inferuit. At qui uero marem deum esse crediderit: is dominetur uxori. Neque ullas mulieres patiatur insidias. Vnde quanuis graeci uel aegyptii eo genere quo foeminam hominem etiam Lunam deum dicant: Mystice tamen deum dicunt. Scio de Papiniani nece multos ita in litteras retrulisse: ut caedis non adsciuerint causam aliis alia referentibus. Sed ego malui ueritatem opinionum edere: quam de tanti uiri caede reticere. Papinianum amicissimum fuisse imperatori Seuero: & ut aliqui loquuntur affinem etiam per secundam uxorem memoriae traditur: ad hoc praecipue utrunque filium a Seuero commendatum eumque cum Seuero professum sub Scauola: & Seuero in aduocatione fisci successisse. atque ob hoc concordiam fratrum Antoninorum fuisse egisse quin etiam nec occideretur. Cuius iam de insidiis eius Bassianus quereretur: atque ideo una cum his qui fautores fuerat Getae a militibus non solum permittente uerum etiam suadente Antonino occisus. Multi

Ptolemæus euergetes  
Edesa  
Carræ  
Lunus deus  
Macrum  
Nemesian)  
Apollinaris  
Reanus  
Strator  
Martius agrippa  
De Luno deo  
Martialis  
Papinian)  
Scauola  
Seuerus

dicunt Bassianum occiso fratre illi madaasse: ut & in senatu per se & apud populum factus dilueret: illum autem respondisse: Non tam facile parricidii excusari posse quam fieri. Est etiam haec fabella: quod dictare noluerit oratione: qua inuehendū erat in fratre: ut causa eius melior fieret: qui occideret. Illū autem negantē respondisse aliud est parricidii: aliud accusare innocentem occisum. Sed hoc omnino non conuenit. Nam neque praef. poterat dictare oratione: & constat eum quasi fauorē Getae occisum. Et fertur quidē Papinianus cum raptus a militibus ad palatium traheretur occidendus praediuisasse dicentē stultissimum fore: qui in suū subrogaretur locū: nisi appetitā crudeliter praefecturā uindicaret: quod factū est. Nam Macrinus occidit: ut supra exposuimus: qui cum filio factus i castris imperator filium suū qui Diadumenus uocatus Antoninū uocauit: iccirco quod a praetorianis multū Antoninus desideratus ē. Bassianus uixit annis quadraginta tribus. Imperauit annis sex. Publico funere elatus est: Filium reliquit: qui postea & ipse M. Antoninus heliogabalus est dictus. Ita enim nomen Antoninorum inuoluerat: ut uelli ex animis hominum non posset. Quod oium pectora uelut Augusti nomē obfederat. Fuit male morigeratus & patre duro crudelior. Auidus cibi: uini etiā appetens. suisodiosus: & praeter milites praetorianos oibus castris exosus. Prorsus nihil inter fratres simile. Opera Romae reliquit Thermas nominis sui eximias: quarū cellā soleare architecti negāt posse ulla imitatione qua facta est fieri. Nam & ex aere uel cupro cancelli superpositi esse dicuntur: quibus cameratio tota concedita est: & tantum est spatii: ut id ipsum fieri negant potuisse docti mechanis. Reliquit & porticū patris nomine: quae gesta illius contineret & triumphos & bella: ipse Caracalli nomen accepit a uestimento quod populo dederat demisso usque ad talos: quod ante non fuerat. Vnde hodieque Antoniniana dicuntur Caracallae. Huiusmodi in usu maxime Romanae plebis frequentata. Idē uia nouam muniuit: quae est sub eius thermis Antoninianis scilicet qua pulchrius inter Romanas plateas non facile quicquam inuenias. Sacra Isidis Romae deportauit: & tepla ubique magnifice eidem deae fecit. Sacra etiā maiore reuerentia celebrauit quā antea celebrabatur. In quo quidē mihi mirū uidetur quod eadem modū sacra Isidis primū per hunc Romae uenisse dicantur. Cum Antoninus Commodus ita ea celebrauerit: & ut anubin portaret & pausa sederet: nisi forte iste addidit celebritati non eam prius iuexit. Corpus eius Antoninorum sepulchro illatum est: ut ea sedes reliquias eius acciperet quae nomen addiderat. Intere est scire quemadmodū nouercā suā Iuliam uxore duxisse dicatur. Quae cum esset pulcherrima & quasi per negligentiā se maxima corporis parte nudasset: diuisissetque Antoninus uellē si liceret responderet fertur: si libet licet. An nescis te imperatorem esse: & leges dare non accipere: Quo audito furor inconditus ad effectum criminis roboratus est: nuptialque eas celebrauit. quasi sciret se leges dare: cum uere solus prohibere debuisset: matrem enim: non alio dicēda erat nomine: duxit uxore & ad parricidii iunxit incestum. Si quidē eam matrimonio sociauit: cuius filiū nuper occiderat. Non ab re est etiā diuitum cum quidā in eū addere dictū. Nam cum germani & parthici & arabici & alamanici nomen ascriberet: nam alamanorum gentē deuicerat. Heluius pertinax filius pertinacis dicitur ioco dixisse: adde si placet etiā Geticus maximus: quod Geta occiderat fratrem: & Gotti getae diceretur: quos ille dum ad orietē trāsit tumultuariis plius deuicerat. Occidēdi Getae multa prodigia extiterunt: ut in uita eius exponemus. Nam quāuis prior ille uita excellerit: nos tamen ordinem secuti sumus: ut qui prior natus est: & qui prior imperare coeperat: prior scriberetur. Eo sane tempore quo ab exercitu appellatus ē Augustus uiuo patre quod ille pedibus aeger gubernare non posse uideretur imperium. Contusis animis militum & tribunorum Seuerus dicitur animo uolutasse: ut & hūc occideret: nisi repugnassent praef. eius graues uiri. Aliqui contradicunt praef. uoluisse id fieri: sed Septimium noluisse: ne & seueritas illius crudelitatis nomine inquinaretur. Et cum auctores criminis milites fuerint adolefcentis stultae temeritatis poenas ueret tam grauis supplicii titulo: ut a patre uideretur occisus. Hic ita men oium durissimus: & ut uno cōplectamur uerbo parricidia & incestus patris: matris: fratris inimicus a Macrino qui eum occiderat: timore militum ac maxime praetorianum inter deos relatus est: habet templū hēt salios habet sodales Antoninianos qui Faustinae templū quod ei sub tauri radicibus fundauerat maritus. In quo postea filius huius Heliogabalus Antoninus sibi uel Ioui syrio uel soli incertum id est: templum fecit.

Papiniani mortis causa  
Macrinus  
Diadumenus  
M. Antoninus heliogabalus  
Morigeratus  
Cella solanus  
thermarum  
basiani  
Cupro uulgo  
cobre  
Caracallus u  
de dictus est  
Iulia  
Draupetium di  
Etum  
Facetu  
Gotti  
Getz  
Septimius  
Helioabalus  
Ioui syrio

Antoninus Geta eiusdem Spartiani.  
Cio Constantine Auguste & multos & clementiā tuā quaestionē mouere posse: cur etiā Geta Antoninusa me tradatur. De cuius priusquam uel uita uel nece dicā: differā cur & ipsi Antonino a Seuero praesentis nomē appositū. Neque enim multa in eius uita dici possunt: quae prius rebus humanis exceptus est quam cum fratre teneret ipsū. Septimius Seuerus quodā tēpe cum cōsuluisset ac petiisset: ut sibi indicaretur: quo eēt successore moriturus: i somnis uidit Anto

E

Septenaria Marci  
maximi

Sit diuus du no  
sit uiuus

Seruus  
Vitellij  
Julia

Popa .i. uictimorius  
Anarbo

Balant  
Gruntunt  
Minaxiunt  
Seuiunt  
Rugiunt  
Rietant  
Baerunt  
Coaxant  
Himunt  
Rugiunt  
Rietant  
Baerunt  
Mugiunt

Iuuenalis

...nū sibi successurū. Quare statim ad milites processit & Bassianū filiū maiore natu. M. Au-  
relium Antoninū appellauit. Quod cum fecisset: & paterna cogitatione; uel ut quidā dicūt  
a Iulia uxore comonitus; quæ gnara erat somniū; quod minori filio hoc factū ipse interclusif-  
set aditum imperandi; etiā Geta minorē filium Antoninum uocari iussit. Itaque semper ab  
eo in epistolis familiaribus dictus est Antoninus; cum si forte abesseret; scriberet. Salutate An-  
toninos filios & successores meos. Sed nihil ualuit patris matrisue cautio. Nā ei solus ille suc-  
cessit; qui primus Antonini nomen accepit. Et hæc de Antonini nomine. Geta autē dictus est  
uel a patris nomine uel aui paterni; de cuius uita & moribus in uita Seueri Marius Maximus  
primo septenario satis copiose rettulit. Fuit autē Antoninus Geta etiā ob hoc ita dictus; quod  
in animo habuit Seuerus; ut omnes deinceps principes quem admodū Augusti; ita etiam An-  
tonini dicerentur. Atque amore Marci uel fratris suum semet dicebat; & cuius philosophiam  
litterarumque institutionē semper imitatus est. Dicunt aliqui non in Marci honorem tantū  
Antonini nomini delatum; cum id Marcus adoptiuus habuerit; sed in eius qui Pius cogno-  
minatus. Hadriani scilicet successoris; & quidem ob hoc quod Seuerum ille ad fiscū aduoca-  
tionem delegerat ex formula forensi; cum ad tantos processus ei paruisset dati ab Antonino  
primi gradus uel honoris auspiciū; simul quod nemo ei uideretur felicior imperator ad cō-  
modandum nomen eo principe; cuius proprium nomen iam per quattuor principes cōcur-  
risset. De hoc eodē Seuerus gnarus genitura illius; cuius ut plerique a frorum peritissimus  
fuit; dixisse fertur. Mirum mihi uidetur Iuuenalis amatissimus Geta noster diuus futurus  
cuius nihil imperiale in genitura uideo. Erat enim Iuuenalis præf. eius prætorii; nec eum fe-  
fellit. Nam Bassianus cum eum occidisset; ac uereretur tyrannicam ex parricidio notam; au-  
diretque posse mitigari facinus; si diuum fratrem appellaret; dixisse fertur: sit diuus; dum  
non sit uiuus. Denique eum inter diuos rettulit; atque ideo ut cuiusque redit fama in gratiam  
parricidia. Natus est Geta Seuerus & Vitellio consulibus Mediolani; & si aliter alii prodide-  
runt. vi. Kal. iunias ex Iulia; quam iccirco Seuerus uxorem duxerat; quod eam in genitura ha-  
bere compererat; ut regis uxor esset. Isque priuatus sed iam optimi i rep. loci. Statim ut na-  
tus est; nuntiatum est ouum gallinam in aulam peperisse purpureū. Quod cū allatum Bassi-  
anus frater eius accepisset; & quasi paruulus applosum ad terrā fregisset; Iulia dixisse fertur  
ioco Maledicte parricida fratrem tuum occidisti. Idque ioco dictum; Seuerus altiusq̄ quisq̄  
præsentium accepit. A circumstantibus autē postea uelut diuinituseffosum approbarum ē. Fu-  
it etiā aliud omen. Nā cum in uilla cuiusdā Antonini plebei hominis agnus natus esset; q̄ uel  
lus in fronte purpureum haberet; eadem die atque hora quā Geta natus est; audissetque ille  
abaruspice post Seuerum Antoninum imperatorem; ac de se ille auguraretur; sed tamen ta-  
le facti timeret indicium; ferro eum adegit; quod & ipsum signo fuit Getam ab Antonino in-  
terendum; ut postea satis claruit. Fuit etiā aliud omen ingens postea; ut exitus docuit huius  
facinoris; quod euenit. Nam cum infantis Getæ natalē Seuerus cōmendam uellet; hostiam  
popa nomine Antoninus percussit; quod tunc nec quæsitum nec animaduersum; post uero i-  
tellectum est. Fuit adolescens decorus; moribus asper; sed non ipius; Añarbo retractor; gu-  
losus; cupidus ciborum; & uini uarie conditi. Huius illud pueri fertur insigne; quod cū uel-  
let partium diuersarū uitros Seuerus occidere; & inter suos dicere hostes uobis eripio; cōsen-  
tiretque adeo usque Bassianus; ut eorum etiā liberos si sibi consulere; diceret occidendos  
Geta interrogasse fertur quantus esset interficiendorum numerus; cunq̄ dixisset pater; ille  
interrogauit; isti habent parentes; habent propinquos; cum responsum esset habere complu-  
res; plures ergo in ciuitate tristes erunt q̄ læti; quod uicimus. Et obtinisset eius sententia; ni-  
si Plantianus præfectus uel Iuuenalis instituisent spe proscruptionū; ex quibus ditati sunt.  
His accedebat Bassiani fratris nimia crudelitas q̄ cū contenderet; & diceret quasi ioco quasi  
serio omnes cum liberis occidendos partium diuersarum; Geta ei dixisse dicitur. Tu q̄ nul-  
li pacis; potes etiā fratrem occidere. Quod dictum eius tunc nihil post uero pro prælagio fu-  
it. Fuit in litteris assequendis & tenax ueterum scriptorum; paternarum etiā sententiarum  
memor; fratri semper inuisus; matri amabilior q̄ frater; subbalbe tamē canorus. Vestitus ni-  
tidi cupidissimus ita; ut patri doleret; siquid accepit a præsentibus; ad suum contulit cultū  
neque quicq̄ cupiam dedit. Post parthicum bellum cū ingenti gloria floreret Bassiano par-  
ticipare imperii appellato; Geta quoque Cæsaris & Antonini; ut quidam dicunt; non accepit  
Familiare illi fuit has quæstiones grammaticis proponere; ut dicerent singula animalia quo  
modo uocem emitterent; uel ut agni ballant; porcelli grunniunt; palumbes minarriunt; arsi  
sæuiunt; leones rugiunt; leopardi rictant; elephanti barriunt; ranæ coaxant; equi hinnunt  
asini rugiunt; tauri mugiunt; eaque de ueteribus approbare. Sereni Sammonici libros fami-  
liarissimos habuit; quos ille ad Antoninum scripsit. Habebat etiā illam consuetudinē; ut  
conuiuia & maxime prandia per singulas litteras iuberet scientibus seruis; uelut in quo erat

Serenus Sammonicus

anser a prunā; anas item pullus; perdix; pauus; porcellus; piscis; perna. Et quæ in eam litterā  
generā edulium caederent. & item fassianus fartaficus; & talia; quare comes etiam habebatur  
in adolescentia. Occiso eo pars militum quæ incorrupta erat; parricidum ægerime accepit  
dicentibus cunctis duobus se liberis fidem promississe duobus seruare debere. Clausis que  
portis diu non est imperator admissus. Denique nisi querelis de Geta editis & animis militū  
delinitis enormibus etiā stipendiis datis Romā Bassianus redire nō potuit. Post hæc denique  
& Papinianus & multi alii interempti sunt; qui uel concordia fauerant uel qui partiū Geræ  
fauerāt; ita ut utriusque ordinis uiri & in balneum cenantes & in publico percuterentur. Pa-  
pinianus ipse securi percussus sit improbante Bassiano quod non gladio res peracta sit. Ven-  
tum denique est usque ad seditionem urbanicianorum militum; quos quidem non leui au-  
toritate Bassianus compressit tribano eorum ut alii dicunt interfecto; ut alii relegato. Ipse  
autem tantum timuit; ut loricam sublato habens clauo etiam curiam sit ingressus; atque ira  
rationem facti sui & necis geticæ reddiderit. Quo quidem tempore Heluius Pertinax filius  
Pertinacis; qui postea est ab eodem Bassiano interemptus; recitanti fauultum prætorii & dice-  
ti Sarmaticus Maximus & Parthicus maximus; dixisse dicitur adde & Geticus Maximus q̄  
si Gotticus; quod dictum alius in pectus Bassiani descendit; ut postea nece Pertinacis est ap-  
probatum; nec solum Pertinacis; sed & aliorum ut supra dictum est passim & inique. Helui-  
um autem etiam suspectum habuit affectatæ tyrannidis; quod esset in amore omnium & fi-  
lius Pertinacis imperatoris; quæ res nulli facile priuato satis tuta est. Funus Geræ accuratius  
fuisse dicitur; q̄ eius qui fratri uideretur occisus. Illatrusque est maiorū sepulchro hoc est Se-  
ueri; quod est in Appia uia euntibus ad portam dextrā specie seprizonii extructum; quod si-  
bi ille uiuus ornauerat. Occidere uoluit & matrem Geræ nouercam suam quod fratrem lu-  
geret; & mulieres quas post reditum de curia flentes reperit. Fuit præterea eius immanita-  
tis Antoninus; ut his præcipue blandiretur; quos ad necem destinabat; ut eius magis blandi-  
mentum timeretur; q̄ iracundia. Mirum sane omnibus uidebatur; quod mortem Geræ toti-  
ens ipse etiam fleret; quotiens nominis eius mentio fieret; quotiens imago uideretur aut sta-  
tua. Varietas autem tanta fuit Antonini Bassiani; imo tanta sitis cædis; ut modo fautores Ge-  
tæ; modo inimicos occideret; quos fors obtulisset; quo facto magis Geta desiderabatur.

Aelii Lampridii Antoninus Heliogabalus.

**V**itam Heliogabali Antonini impurissimā qui uariis etiam dictus ē; nunq̄  
in litteras misisset; nequis fuisse Romanorū principem sciret; nisi ante  
Caligulas & Nerones & Vitellios hos idem habuisset imperium; sed cū  
eadem terra & uenena ferat & frumentum atque alia salutaria; eadē ser-  
pentes; & cicures; compensationem sibi lector diligens faciet; cum legerit  
Augustum; Vespasianum; Traianum; Hadrianum; Pium; Marcum. Cō-  
tra hos prodigiosos tyrannos simul intelliget romanorū iudicia; quod il-  
li & diu imperarent; & exitu naturali functi sunt. Hi uero interfecti; tracti; tyranni etiam ap-  
pellati; quorum nec nomina libet dicere; quia occiso Macrino eiusque filio Diadumeno; q̄  
pari potestate imperii Antonini etiam nomen acceperat; in Varium Heliogabalum imperiū  
collatum est; iccirco quod Bassiani filius diceretur. Fuit autem Heliogabali uel Iouis uel So-  
lis sacerdos; atque Antonini sibi nomen ascuerat; uel in argumentum generis; uel quod id no-  
men usque adeo carum esse cognouerat gentibus; ut etiam parricidia Bassianus causa nomi-  
nis amaretur. Et hic quidem prius dictus est Varius. Post Heliogabalus a sacerdotio dei He-  
liogabali; Cui templum Romæ in eo loco constituit; in quo prius ædes Horci fuit; quæ e Sy-  
ria secum adduxit. Postremo cum accepit imperium; Antoninus appellatus est. Atque ipse i  
Romano imperio altissimus Antoninorum fuit. Hic tantum Symiamiræ matri deditus fuit  
ut sine illius uoluntate nihil in rep. faceret. Cum ipsa meretricio more uiuens in aula omnia  
turpia exerceret. Antonino autem Caracallo stupro cognita; ita ut hinc uel Varius & Helio-  
gabalus uulgo conceptus putaretur. Et aiunt quidem Varii etiam nomen iccirco eidem indi-  
tum a cōdiscipulis; quod uario semine de meretrice; utpote conceptus uideretur. Hic fertur  
occiso Macrini factione patre; ut dicebatur; Antonino in templum dei Heliogabali confugif  
se uelut in asylum; ne interficeretur a Macrino; qui sæuissime cum filio luxurioso & crudeli  
exercuit imperium. Sed de nomine hæctenus; quāuis sanctum illud Antoninorum nomē pol-  
luerit. Quod tu Constantine sacratissime ita ueneraris; ut Marcum & Pium inter Constanti-  
nos Claudiofque uelut maiores tuos aureos formaueris adoptans uirtutes ueterum tuis mo-  
ribus congruentes & tibi amicas caras. Sed ut ad Antoninum Varium reuertamur; nactus i-  
perium; Romam nuncios misit. Excitatisque omnibus ordinibus omni etiam populo ad no-

Apruna  
Fartaficus

Papinianus

Urbanicij  
milites

Heluius pertinax filius  
pertinacis

Septimij

Macrinus  
Diadumenus

Heliogabalus  
deus

Symiamira

men Antoninum quod non solum titulo: ut in Diadumeno fuerat: Sed etiam in sanguine red- ditum uidebatur: cum se Antoninum Bassiani filium scripsisset: ingenseius desiderium fa- ctum est. Erat praeterea etiam rumor: qui nobis post tyrannos solet damnari principibus: qui nisi ex summis uirtutibus non permanet. Et quem multi mediocres principes amiserunt. De- nique ubi in senatu lecta sunt ista Helioabali: statim infausta in Antoninum: & dira in Macrinum eiusque filium dicta sunt. Appellatusque Antoninus princeps uolentibus cunctis: & studiose credentibus ut sese habent uota hominum ad credulitatem festinantium: cum quod optant uerum esse desiderant. Sed ubi primum ingressus est urbem omisis his quae in prouincia gerebantur: Helioabalum in palatino monte iuxta aedes imperatorias consecrauit: eique tem- plum fecit studens & matris typum & uestae ignem & palladium & ancylia & omnia Romanis ueneranda in illud transferre templum: & id agens ne quis Romae deus nisi Helioabalus co- leretur. Dicebat praeterea Iudaeorum & Samaritanorum religiones: & Christianam deuotio- nem illuc transferendam: ut omnium culturarum secretum Helioabali sacerdotium tene- ret. Deinde ubi primum diem senatus habuit: matrem suam in senatum rogari iussit. Quae cum uenisset uocata ad consulum subsellia scribendo affuit: id est senatus consulti conficien- di testis: solusque omnium imperatorum fuit: sub quo mulier quasi clarissima loco uiri se- natum ingressa est. Fecit & in colle Quirinali senatulum id est mulierum senatum: in quo ante fuerat conuentus matronalis solennibus duntaxat diebus. Et si unquam aliqua matro- na consularis coniugii ornamentis esset donata: quod ueteres imperatores affinis detulerunt. Et his maxime: quo nobilitatos maritos non habuerant: ne in nobilitate remanent. Sed Symiamira facta sunt senatus consulta ridicula de legibus matronalibus: quae quo uesti- tu uincerent: quae cui crederent: quae ad cuius osculum uenirent: quae pilento: quae equo sa- ginario: quae alino ueheret: quae carpento mulari: quae bouu: quae fellae ueheretur: quae utru- pellicione sea an eborata an argentata & quae aurum uel gemmas in calciamentis haberent. Ergo cum hibernasset Nicomediae atque omnia ferdide ageret: inireturque a uiris & subige- ret: statim milites facti sui puenit quod in Macrinum conspirauerant: ut hunc principem faceret. Atque in consobrinum eiusdem Helioabali Alexandrum quem Caesarem senatus Macrino iterempto appellauerat: inclinauere animos. Quis enim ferre posset principem p- cuncta caua corporis libidinem recipientem: cum ne belluam quidem talem quisquam ferat. Romae denique nihil egit aliud nisi: ut emissarios haberet qui ei bene nasatos perquirent: eosque ad aulam perducerent: ut eorum conditionibus frui posset. Agebat praeterea domi- fabulam Paridis ipse Veneris personam subiens ita: ut subito uestes ad pedes defluerent nu- dusque una manu ad mamam: altera pudendis adhibita iugulareret posterioribus em- tibus in subactorem reiectis & oppositis. Vultum praeterea eodem quo uenus pingitur: me- mate figurabat corpore toto expolitus: cum fructum uitae praecipuum existimans: si deus atque aptus libidini plurimorum uideretur. Vendidit & honores & dignitates & potitates ta p se q per oes seruos ac libidinu ministros. In senatu legit sine discric atatis cesus. Meris pe- cuniae merito militaribus et pposituris & tribunatibus & legatibus & ducibus: ueditis et pcuratoribus & palatinis officiis. Aurigas Protogenem & Cordiu prio i certamie curulis focios post i omni uita & actu ptipices habuit. Multos quoru corpora placuerant de scena & circo & harena in aula traduxit. Herode uero sic amauit: ut eidem inguina oscularetur: quod di- ctu etiam uerecundum est. Floralia sacra se asserens celebrare in uirginem uestalem in cestu admisit. Sacra. p. r. sublati penetralibus profanauit. Ignem perpetuum extinguere uoluit: Nec Romanas tantum extinguere uoluit religiones: sed per orbem terrae unum studens: ut Helioabalus deus unus ubique coleretur: & in penum uestae quod sola uirgines folique po- tifices ad eunt: irrupit pollutus ipse omni contagione morum: cum his qui se polluerant. Et penetrale sacrum est auferre conatus: cunque seriam quasi ueram rapuisset: quamuis uirgo maxima falsam monstrauerat: atque in ea nihil repperisset: applosam fregit: nec tamen quic- quam religioni dempsit: qui plures similes factae dicuntur esse: ne quis ueram unquam pos- sit auferre. Haec cum ita essent: signum tamen quod paladium esse credebat: abstulit. Et au- ro uictum in sui dei templo locauit. Matris etiam deinde sacra accepit: & a deo ebacchatus e- ut typhum eriperet: & alia sacra quae penitus habentur condita: facta uero autem caput inter praecisos phanaticos & genitalia sibi deuinxit: & omnia fecit: quae galli facere solent. Ablatu- que sanctum nomen in penetrale dei sui transtulit. Salambonem etiam omni plactu & iactatio- ne syriaci cultus exhibuit: omen sibi faciens imminetis exitu. Omnes sane deos sui dei mini- strose se aiebat: cum alios eius cubicularios appellaret: alios seruos: alios diuersarum reru- ministros. Lapidem qui diu dicuntur ex proprio templo Dianae Laodiceae ex adyto suo i quo id Orestes posuerat: auferre uoluit. Et Orestem quidem ferunt non unum simulacrum Dia- nae: nec uno in loco posuisse: sed multa in multis: Postea quod se apud tria flumina circa he-

Consularis coniugii ornamenta

Pilento Equo Saginario

Protogenes Cordius Herodes

Floralia sacra

Salumbo

Lapides diui Orestes

pellicea me an of sea

brum ex responso purificauit etiam Orestem condidit ciuitatem: quam saepe cruentari ho- minum sanguine necesse e. Et Orestia quide urbe Hadrius suo nomine uindicari iussit. Eo tempore quo furore ceperat laborare: ex responso cum ei dictum esset: ut in furiosi alicuius domum uel nomen irreperet. Nam ex eo emollita insaniam ferut: per quam multos senato- res occidi iusserat. Quibus seruatis Antoninus Pii nomen meruit: quod eos post ad senatum adduxit: quos omnes iussu principis interfectos credebant. Caedit & humanas hostias lectis ad hoc pueris nobilibus & decoris per omnem Italiam patrimis & matrimis: credo ut maior esset utrique parenti dolor. Omne denique magoru genus a derat illi: operabaturque quot- tidie hortante illo & gratias diis agente quod amicos eorum inuenisset: cum inspiceret exta puerilia & excruciare hostias ad ritum gentilem suum: Cum collatum inisset in populum non nummos uel argenteos uel aureos uel bellaria uel minuta animalia: sed boues optimos & camellos & asinos & ceruos populo diripiendos abiecit: imperatorium id esse dictans. Inse- cutus est famam Macrini crudeliter: sed multo magis Diadumeni quod Antoninus dictus e: Pseudo Antoninum & pseudo philippum eum appellans: simul quod cum luxuriosissimus extitisset: uir fortissimus: optimus: grauius: seuerissimus diceretur. Coegit denique scri- ptos nonnullos de nefanda imo potius non ferenda eius dicta luxuria disputare: ut in uita eius. Lauacrum publicum in aedibus aulicis fecit: simul & palam populo exhibuit: ut ex eo conditiones bene nasatorum hominum colligerent. Idque diligenter curatum est: ut ex tota penitus urbe atque ex nauticis monobolos quaereret: sic eos appellabant: qui uiriliores uide- bantur. Cum Marcomanis bellum inferre uellet: quos Antoninus pulcherrime profligauit: dictum est quibusdam per chaldaeos & magos Antoninum Marcum id egisse: ut marco- mani. p. r. semper deuoti essent atque amici: idque factis carminibus & consecratione: cum quaereret quae illa esset: uel ubi esset: suppressum est. Constabat enim illum ob hoc cosecra- tionem quaerere: ut eam dissiparet spe belli concitadi. Et iccirco maxime quod audierat re- sponsum fuisse ab Antonino bellum Marcomanicum finendum. Cum hic Varius & Helio- gabalus & ludibrium publicum diceretur: nomen autem Antonini pollueret: in quod inua- serat. Prodebatur autem per eos maxime: qui dolebant sibi homines ad exercendas libidi- nes bene nasatos & maioris speculii opponi. Vnde etiam de nece eius cogitari ceperit. Et haec quod dem domi. Sed milites patri pestem illam uelari imperatoris nomine nequiuerunt. Ac pri- mum inter sese deinde per coronas iecere sermones in Alexandrum omnes inclinantes: qui ia- Caesar erat a senatu dictus eo tempore: quo Macrinus huius Antonini: Na uaria una hisera- ua. Vnde Helioabalus Varius dicebatur. Zoticus sub eo tantum ualuit: ut ab omnibus of- ficiorum principibus sic haberetur: quasi domini maritus esset. Erat praeterea idem zoticus qui hoc familiaritatis nomine abutens omnia Helioabali dicta & facta uederet: sumis qua- maxime diuitias enormes sperans cu aliis polliceretur: omnes falleret. Egrediensque ab illo singulos audiret dicens de te hoc locutus sum: de te hoc audiui: de te hoc futurum est: ut sut homines huiusmodi: qui si admissi fuerint ad nimiam familiaritatem principu famam no- solum malorum: sed & honorum principum uendunt. Et qui stulticia uel innocentia impera- torum qui hoc non perspicunt: infami rumigatione poscuntur. Nupit: & coit: ut & pro- nubem haberet: clamaretque concide magre. Et eo quidem tempore quo Zoticus agrotabat quaerebat deinde a philo sophis & grauius uirisan & ipsi in adolescentia perpessi essent: quae ipse pateretur quidem impudensissime: neque enim unquam uerbis pepercit infamibus: cum & digitis impudicicam ostendaret: nec ullus in conuentu & audiente populo esset pu- dor. Fecit libertos praesides: legatos: consules: duces: omnesque dignitates polluit ignobili- tate hominum perditorum. Cu ad uindemias uocasset amicos nobiles: & ad corbes se disse- grauiusimum quenque percuctari ceperit: an promptus esset in Venerem: erubescitibusque senibus exclamabat: erubuit: salua res est: silentium ac ruborem pro consensu ducis. Addidit praeterea ipse quae faceret sine ullius pudoris uelameto. Posteaquam senes uidit erubescere ac tacere: uel quae aetas uel quae dignitas talia refutabat: contulit se ad iuuenes: & ab his coepit oia exquirere: a quibus cu audiret aetati congrua: gaudes coepit: & dicere uere libera uindemia ee qua sic celebraret. Ferut multi ab ipso primu reptu: ut i uindemiaru festiuo multa i dnos iocularia & audiendi dnis dicerentur q ipse coposuerat & graeca maxie. Horu plaraque Marius Ma- ximus dicit in uita ipsius Helioabali. Erant amici improbi & senes quidam & specie philo- sophi: qui caput reticulo componerent: qui improba quaedam pati se dicerent: qui maritos se habere iactarent. Quos quidem finxisse dicunt: ut illi fierent uitiorum imitatione cario- res: Ad praefectura praetorii saltatorem qui histrionicam Romae fecerat: ascruit. Praefectu- uigilum Gordium aurigam fecit: praefectum annonae Claudium censorem ad honores reli- quos promouit. Commendatos sibi pudibulum enormitate membrorum ad uicesimum hae- reditatum mulionem curare iussit. Iussit & cocum: & claustraliu artificu

Orestia ciuitas ab oreste con- dita

Nasatory bene hominu monobolos

Bene nasatos Per coronas recere serm- nes

Pro nubem Concide ma- gre

Erubuit, sal- ua res est

Gordius Auriga

Naria

Cum ingressus esset uel castra uel curiam auiam suam Variam nomine de qua superius dictum est: secum induxit: ut eius auctoritate honestior fieret: quia per se non poterat: nec ante eum: quod iam diximus: senatum mulier ingressa est: ita: ut ad scribendum rogaretur: & sententiam diceret. In conuiuio exoletos maxime iuxta se ponebat. eorumque attrectatione & tactu praecipue gaudebat. Nec quisquam ei magis poculum cum bibisset: dabat. Inter haec mala uitae impudicissima: Alexandrum quem sibi adoptauerat: se amoueri iussit: dicens se poenitere adoptionis: mandauitque ad senatum: ut Caesaris ei nomen abrogaretur. Sed in senatu hoc prodito ingens silentium fuit. Si quidem erat optimus iuuenis. Alexander postea comprobatus genere imperii eius cum ideo displiceret patri: quod impudicus non esset. Erat autem ei dem consobrinus: & ut quidam dicunt: a militibus etiam amabatur: & senatus acceptus erat & equestri ordini. Nec defuit tamen furor usque ad exitum uoti pessimi. Nam ei percussores immisit. Et hoc quidem modo ipse secessit ad hortos spei ueteris quali contra nouum iuuenem uota concipiens relicta in palatio matre & auia & consobrinis iuocis: iussitque: ut trucidaretur iuuenis optimus & reip. necessarius. Misit & ad milites litteras: quibus iussit: ut abrogaretur nomen Caesaris Alexandro. Misit: qui & in castris statuarum eius titulos luto regeret: ut fieri solet de tyrannis. Misit & ad nutritores eius: quibus imperauit sub praemiorum spe atque honorum: ut eum occiderent: quo uellent modo uel in balneis uel ueneno uel ferro. Sed nihil agunt improbi contra innocentes. Nam nulla ui quis adduci potuit: ut tantum facinus impleret: cum in ipsum magis conuersa sint tela: quae parabat aliis ab hisque sit interfectus: quibus alios appetebat. Sed ubi primum lutati sunt tituli statuarum: milites omnes exarserunt. Et pars in palatium pars in hortos: in quibus erat Varius: ire tendunt: ut Alexandrum uindicarent: hominemque impurum eundemque parricidalis animi tandem a rep. depellerent. Et cum in palatium uenissent: Alexandrum cum matre atque auia custoditum diligentissime postea in castra duxerunt. Secuta autem erat illos Symiamira mater Heliogabali pedibus sollicita filio. Inde iterum est in hortos: ubi Varius inuenitur certamen aurigandi parans: expectans tamen intentissime quando ei dem nunciaretur consobrinus occisus. Qui subito militum strepitu exterritus in angulum se condit: obiectuque ueli cubicularis in castra: alios uero ad eos placandos: qui iam in hortos uenissent. Antiochianus igitur ex praefectis unus milites qui in hortos uenerant & sacramenti admonitione exorauit: ne illum occiderent: quia nec multi uenerant: & plerique cum uexillo quod Aristomachus tribunus renouerat: remanserat. Haec in hortis. In castris uero milites praefecto dixerunt se paruos esse Heliogabalo: si & impuros homines & aurigas & histriones a se dimoueret: atque ad bonam frugem rediret. His maxime submotis qui cum omnium dolore apud eum plurimum poterant: & qui omnia eius uendebant uel ueritate uel fumis. Remoti sunt de ni que ab eo Herodes: Cordus: & Murissimus: & duo improbi familiares: qui eum ex stulto stultiore faciebant. Mandatum praeterea a militibus praefectis: ne paterentur illum ita diutius uiuere: & ut Alexander custodiret: ne uel illi aliqua uis afferretur: simul ne Caesar quem piam amicam Augusti uideret: ne ulla fieret imitatio turpitudinis. Sed Heliogabalus & ingenti prece Herodem reposebat impudicissimum hominem: & istidias in dies Caesaris propagabat. Denique Kalendis Ianuariis cum simul tum designati essent consules: noluit cum consobrinis procedere. Ad extremum cum ei auia & mater dicerent imminere milites ad eius exitum nisi concordiam uiderent inter se consobrinorum: sumpta praeterea hora diei sexta processit ad senatum auia sua ad senatum uocata: & ad tellam producta. Deinde in capitolium ad uota concipienda & perficienda solennia ire noluit: omnia per. pr. urbanum facta sunt: quasi consules illi non essent. Nec distulit eadem consobrinis: sed timens ne senatus ad aliquem se inclinaret: si ille consobrinum occidisset: iussit subito senatum urbe decedere. Omnesque etiam quibus aut uehicularum aut ferui deerant: subito proficisci iussi sunt. Cum alii per baiulos alii per fortuita animalia & merce de conducta ueherentur: Sabinum consulare uirum ad quem libros Vlpianus scripsit: quod in urbe remansisset: uocato centurione mollioribus uerbis iussit occidi. Sed centurio aures durior imperari sibi credidit ut urbe pelleretur. Itaque fecit: sic uitium centurionis Sabino saluti fuit. Remouit & Vlpianum iuriscōsultum: ut bonum uirum: & Siluinum uero referuatus. Sed milites & maxie praetoriani uellicientes qui mala in Heliogabalo pararent: uel quod sibi uiderent inuidiam: factaque conspuratione ad liberandam rempublicam: primum consensu genere mortis cum alios uitalibus exemptis necarent: alios ab ima parte perfoderent: ut mors esset uitae consentiens. Post hoc in eum impetus factus est: atque in latrina ad quam confugerat: occisus. Tractus deinde per publicum addita iniuria cadaueri est: ut id in cloacula milites mitterent. Sed quum non cepisset cloacula fortuito per pon-

Spei ueteris horti

Antiochianus  
Aristomachus

Herodes  
Cordus  
Murissimus

Sabinus  
Vlpianus  
Vlpianus  
iuriscōsultus  
Siluinus



sem amylium anhe xo pondere ne fluitaret: in tiberim abiectum est: ne unquam sepeliri posset. Tractum est cadauer eius etiam per circi spacia: priusquam in tiberim praecipitaretur. Nomen eius id est Antonini era sum est senatu tubente: remansitque Varii Heliogabali: siquidem illud affectatio retinuerat: cum uult uideri filius Antonini: appellatus est post mortem Tiberinus & tractarius & impurus. Et multa si quando ea erant designanda: quae sub eo facta uidebantur. Solusque omnium principum & tractus est: & in cloacam missus: & in Tiberim praecipitatus. Quod odio communi omnium contigit: a quo spectatim cauere debent imperatores: siquidem nec sepulchra mereantur: qui amorem senatus popul: ac militum non merentur. Opera publica ipsius praeter aedem Heliogabali dei: quem Solem alii: alii Iouem dicunt. Et amphitheatrum instauratio post exustionem: & lauacrum in uico Sulpitio: quod Antoninus Seueri filius coeperat: nulla extant. Et lauacrum quod Antoninus Caracallus dedit: cauerat: & lauando & populum admittendo. Sed porticus defuerant: quae postea ob hoc sub Decio Antonino extructae sunt: & ab Alexandro perfectae. Hic ultimus Antoninorum fuit: quantum cognomine postea Gordianos multi Antoninos putent: qui Antonii dicti sunt non Antonini: Vita: moribus: improbitate ita odibilis: ut eius nomen senatus eraserit: quem nec ego Antoninum uocasse: nisi causa cognitionis: quae cogit plerumque dici ea etiam nomina: quae sunt abolita. Occisa est cum eo & mater Symiamira probrosissima mulier & digna filio. Cuius uita ante omnia post Antoninum Heliogabalum: ne unquam mulier senatum ingrediatur. Vtique inferis eius caput dicaretur: deuouereturque: per quem id esset factum. De huius uita multa in litteras missa sunt obscena: quae digna memoratu non sunt: ea solum prodenda censui: quae ad luxuriam pertinebant: quorum aliqua priuatus: aliqua iam imperator fecisse perhibetur. Cum ipse priuatus diceret se Apicium: imperator uero Nerone: Otho nem: & Vitellium imitari: nam primus omnium priuatorum toros aureis toralibus texit: quia tunc ex Antonini Marci auctoritate id fieri licebat: qui omnem apparatus imperatorum publice uendiderat. Deinde aestiua conuiuia coloribus exhibuit: ut hodie prasinum uitreum: alia die uenetum deinceps exhiberet: semper uarie per dies omnes aethraos. Primus deinde mensas & capsas argenteas habuit. Primus etiam cacabos. Vasa deinde centenaria argentea sculpta: & nonnulla schematibus libidinosis in quibus. Et masticatum & pulentatum: & omnia haec quae nunc luxuria retinet: primus inuenit. Nam rosatum ab aliis acceptum. Pinarum etiam attritione moderatus reddidit. Denique haec genera poculorum ante Heliogabalum non leguntur. Nec erat ei ulla uita nisi exquirere nouas uoluptates. Primus fecit de piscibus istria: primus de ostris & lithostreis: & aliis huiusmodi marinis conchis: & locustis: & camaris: & scyllis. Strauit & triclinia de rosa & lectos & porticus: ac sic per ea deambulauit: idque omni florum genere liliis: uiolis: hyacinthis: & narcissis. Hic non nisi unguento nobili aut croco piscinis infectis natauit. Nec cubuit in accubitis facile: nisi his quae pisum leporinum haberent: aut plumas perdicum subalares saepe culcitra mutans. S. natum nonnunquam ita contempsit: ut mancipia rogata appellaret. P. R. unius fundi cultorem: equestrem ordinem in nullo loco habens: praefectum urbicum saepe post coenam ad potandum uocabat: adhibitis & praefectis praetorio: ita ut si recusarent: magistrorum eorum eos coegerent. Voluit & per singulas urbes lenones praefectos urbi facere. Et ut essent in urbe quattuordecim: & fecisset: si uixisset promotorum omnium turpissimos & ultimae professionis homines. Hic solido argento habuit lectos & triclinares & cubicularis. Comedit saepius ad imitationem Apicii calcanea camelorum: & cristas uuiuis galinaceis demptas: linguas pauonum & lusciniarum: quod qui ederet: epilepsia tutus diceretur. Exhibuit & palatinis ingentes dapes extis mullorum refectas: & cerebellis phenicoptera & perdicum ouis: & cerebellis turdorum: & capitibus psittacorum & fastanorum & pauonum. Barbas sane mullorum tantasi uidebat exhiberi: ut pronascentis apiastris & facelaxibus & foeno graeco exhiberet plenis fabatariis & discis: quod praecipue stupendum est. Canes iocineribus anterum pauit. Habuit leones & leopardos exarmatos in delitiis: quos doctos per mansuetarios subito ad secundam & tertiam mensam iubebat accumbere: ignorantibus cubitis quod exarmati essent ad pauorem & ridiculum excitandum. Misit & uas apamenas in praepia equis suis: & psittacis atque fastanis leones pauit: & alia animalia exhibuit & lumina aprina per dies decem tricena quotidie cum suis bulbis: pisum cum aureis: lentem cum cerauniis: fabam cum electris: & orizam cum albis exhibens uasis. Albas praeterea inuicem pipere piscibus & tuberibus conspernit. Oppressit in tricliniis uersatilibus parasitos suos uiolis & floribus sic: ut animam aliqui efflauerint: cum eripi ad summum non possent: condito piscinas & folia temperauit: & rosato atque abynthio uolugus ad bibendum inuitauit & ipse cum populo tantum bibit: ut in piscina eum bibisse intelligeretur: uiso quod unus bibisset: eunuchos pro aphroditis dedit. Dedit quadrigas: equos stratos: mulos: basternas: & rhedas. Dedit & aureos millenos: & centena pondo argenti. Sortes sane conuuales

Tiberinus  
Tractarius  
Impurus  
Heliogabalus di  
qui  
Sulpitius uic)

Symiamira

Drez  
Deuotiones

Apicius  
Nero  
Otho  
Vitelli)

Toralibus au  
reis  
Prasinus  
Vitreus

Masticatum  
Pulentatum  
Rosatum

Ipsia  
Lithostreis  
Camaris  
Scyllis

Triclinaris  
Cubicularis  
Calcanea ca  
melorum  
Epilepsie  
remedium

Apraasteris  
Facelaxibus  
Foeno graeco  
Fabatariis  
Discis  
Mansuetari

Pisum  
Ceraunijs uasis  
Triclinia uox  
satilia  
Solia  
Basternas

Leones  
Leopardi  
Secundari  
sa  
Tertia  
Apameng  
uug  
Oriza



scriptas in coclearibus habuit tales: ut alius exhiberet decem camelos: alius decem muscas: alius decem libras auri: alius decem plumbi: alius decem strutiones: alius decem oua pulli: na: ut uerae fortes essent. Et fata temptarentur: quod quidem & ludis suis exhibuit. Cum & urfos decem: & decem griles: & decem lactucas: & decem auri libras in sorte habuit. Primusque hunc morem fortis instituit: quem nunc uidemus. Sed uere ad sortem scaenicos uocauit: cum & canes mortuos: & libram bubalae carnis haberet in sorte. Et item centum aureos & mille argenteos: & centum folles aëris: & alia talia: quae populus tam libenter accipit: ut eum postea imperare gratularetur. Fertur in euripis uino plenis nauales circenses exhibuisse. Pallia deo enathio fuisse: & elephantorum quattuor quadrigas in uaticano agitasse dirutis sepulchris: quae obsisterant. Lunxisse etiam camelos quaternos ad currum in circo priuato spectaculo. Serpentes per maris gentis sacerdotibus collegisse fertur: eosque subito ante lucem ut soleret populus ad ludos celebres conuenire effudisse: multosque afflictos mortu et fuga. Vnus est aurea omni tunica: usus et purpurea: usus et de gemmis persica cum grauari se diceret onere uoluptatis. Habuit & in calciamentis gemmas et quidem sculptas quod risum omnibus mouit: quasi possent sculpturae nobilium artificum uideri in gemmis: quae pedibus adhaerebant uoluit uti & diademate gemmato: qui pulchrior fieret: & magis ad foeminarum uultum aptus: quo & usus est domi. Fertur & promississe phoenicem conuiuio: uel pro ea libras auri mille: ut in praetorio eas dimitteret. Marinae aquae columbos exhibuit. In mediterraneis locis maxime eosdem & singulis amicis natantibus dimisit. Et iterum cum piscibus impleuit: montem niuum in uiridario domus aetate fecit ad uectis niuibus: ad mare piscem nunquam comedit: in longissima mari locis omnia marina semper exhibuit: murenarum lactibus & luporum in locis mediterraneis rusticos pauit. Pisces semper quasi in marina aqua cum colore suo coctos conditura ueneta comedit: momentarias de rosato & rosatis piscinas exhibuit: & bibit cum omnibus suis caldaria de nardo exhibens. Idem in lucernis balsamum exhibuit. Idem mulieres nunquam iterauit praeter uxorem. Lupanaria domi amicis clientibus & seruis exhibuit. Idem nunquam minus centum sestertis coenauit: hoc est argenti libris triginta. Aliquando autem tribus milibus sestertis coenauit omnibus supputatis: quae impendit. Coenas uero & Vitellii & Apicii uicit. Pisces ex uiuariis suis bubus traxit per macellum transiens mendicitatem publicam fleuit. Parasitos ad rotam aquariam ligabat: & cum uertigine sub aquas mittebat: rursusque in summum reuoluebat. Eosque ixonios amicos uocauit. Strauit & saxa lacedaemoniis ac porphyriticis plateas in palatio: quas Antoninianas uocauit: quae saxa usque ad nostram memoriam manserunt: sed nuper eruta & execta sunt. Constituerat & columnam unam dare ingentem: ad quam ascenderetur intrinsecus: ita ut in summo Heliogabalum deum collocaret: sed tantum saxum non inuenit: cum id de thebaide afferre cogitaret. Ebrios amicos plerumque claudere & subito nocte leones & leopardos & urfos exarmatos immittebat: ita ut expergefacti in cubiculo eodem leones: urfos: pardos cum luce uel quod est grauius nocte inuenirent. Ex quo plerique exiati sunt. Multis uilioribus amicis folles pro accubitis sterneret: eosque reflabat prandentibus illis: ita ut plerumque subito sub mensis inuenirentur prandentes. Primus denique inuenit symma in terra sternere non lectulis: ut a pedibus utres per pueros ad reflandum spiritum soluèrentur. Inimicis adulteriis ea quae solent simulato fieri: efficit ad uerum iussit. Meretrices a lenonibus cunctis redemit saepe: & manumisit. Cum inter fabulas priuatas sermo esset ortus quanti herniosi esse possent in urbe Roma: iussit oes notari: eosque ad balneas suas exhibere: & cum iisdem lauit nonnullis etiam honestis. Gladiatores ante conuiuium pugnantibus sibi frequenter exhibuit. Strauit sibi triclinium in summo lusorio. Et dum pranderet noxios & uenationes sibi exhibuit. Parasitis in secunda mensa saepe caeam coenam: saepe ligneam: saepe eburneam: aliquando fictilem: nonnunquam etiam uel marmoream uel lapideam exhibuit: ita ut omnia illis exhiberentur uidenda de diuersa materia: quae ipse coenabat. Cum tantum biberet per singula fercula: & manus quasi comedisent: lauarent. Primus Romanorum holoserica ueste usus fertur: cum iam subserica in usu essent: lintheamen lotum nunquam attingit medicos dicens: qui lintheis lotis uteretur. Dalmaticatus in publico post coenam saepe uisus est. Gurgitem Fabium: & Scipionem se appellans: quod cum ea ueste eent: cum qua Fabius & Cornelius parentibus ad corrigendos mores adolescentem in publicum essent producti. Omnes de circo: de theatro: de stadio: et omnibus locis et balneis meretrices collegit in aedes publicas: et apud eas concione habuit quasi militare: dicens eas comilitones. Disputauitque de generibus schematum & uoluptatum. Adhibuit in tali concione postea lenones exoletos undique collectos: & luxuriosissimos pueros & iuuenes. Et cum ad meretrices muliebri ornatu praefisset papilla eiecta exoletos hitu puerosque post concione praenunciavit his quasi militibus ternos aureos donaturos. Peritque ab his: ut a diis peteret: ut alios haberet ipsi comedandos. Locabatur sane ita cum seruis: ut eos iuberet millea pondus sibi aranearum deferre proposito

Marci mansuetorij serpentu

Murenaru lactes & luporu Caldoreia

Lacedaemoniu max mor Porphyreticu max mor

Symma

Herniosi

Holoserica Subserica Lintheame lotu Dalmaticatus

Fabius gurges Scipio Fabius Cornelius

Aranearu pondo

praemio: collegisseque dicitur decem milia pondo aranearum dicens hic intelligendum: quod magna esset Roma. Mittebat parasitis porcellarios salarii annua uasa cum ranis: & scorpiis & cum serpentibus. & huiusmodi monstris: clauderebat in eiusdem uasis infinitum muscarum cum mansuetas eas appellans. Quadrigas circensium in tricliniis & in porticibus sibi semper exhibuit. Pransitans & coenans conuiuas fetes agitare cogens nonnullos honoratos iam imperatori: iubebat sibi & decem milia murium exhiberi: mille mustellas: mille sorices: dulciarios & lactarios tales habuit: ut quaecumque coqui de diuersis edulibus exhiberent: exhibuit parasitis coenas & de uitreis: & nonnunquam tot picta matilia in mensam mittebat his edulibus picta quae apponerentur quod missus esset habiturus: ita ut de acuat de textili pictura exhiberentur: Nonnunquam tamen & tabulae illis pictae exhibebantur ita: ut quasi omnia illis exhiberentur: & tamen fame macerarentur. Miscuit gemmas pomis ac floribus iecit: & per fenestram cibostidem quot exhibuit amicis. Iusserat & canonem. p. r. unius anni meretricibus: lenonibus exoletis intramuranis dari: extramuranis alio promisso: cum eo tempore iuxta prouisionem Seueri & Traiani septem annorum canon fructuarius Romae esset: Canes quaternos ingentes iuxta ad currum: & sic est uectatus intra domum regiam. Idque priuatus in agris suis fecit: processit in publicum & quattuor ceruis iunctis ingentibus. Lunxit sibi & leones matrem magnam se appellans. Lunxit & tigres liberum se uocans. Eodemque habitu agens quo dii pinguntur quos imitabatur. Aegyptios dracunculos Romae habuit & hippopotamos & crocodilum & rhinocerotem: & omnia aegyptia: quae per naturam sui exhiberi poterant. Strutiones & camelos exhibuit in coenis aliquoties dicens praecipuum iudaeis ut ederent. Illud sane mirum uidetur quod dicitur ab eo factum: ut de croco sigma strauerit cum summos uiros rogasset ad prandium peccorum dignitate se dicens coenum exhibere. Traiecit & dierum actus noctibus: & nocturnos diebus aestimans hoc inter instrumenta luxuriae ita: ut de sero de somno surgeret: & salutariter inciperet. mane autem dormire inceperet. Amicis quot die nec quenquam facile in donatum relinquebat: nisi quem frugi quasi perditum repperisset. Habuit gemmata uehricula & aurata contemptis argentatis & eboratis & aëris. Lunxit & quaternas mulieres pulcherrimas & binas ad papillum uel ternas & amplius: & sic uectatus est. Sed plerumque nudus cum illum nudae traherent. Habuit & hanc consuetudinem ut octo caluos rogaret ad coenam: & item octo luficos: & item octo podagrosos: octo surdos: octo nigros: octo longos: & octo pingues cum capiti non possent uno sigmate: ut de his omnibus risu citaret. Donauit & argentum omne conuiuio: quod habuit in conuiuio: & omnem apparatus poculorum: idque saepius idrogatum Romanorum ducum primus publice exhibuit: cum antea militaris mensa esset: quae postea statim Alexander reddidit. Proponere praeterea his quasi themata: ut iura noua dapibus condendis inuenirent: & cuius placuisset commentum: ei dabat maximum praemium: ita ut & sericam uestem donaret: quae tunc & in raritate uidebatur & in honore. Si aliquis autem displicuisset: iubebat: ut semper id comedisset: quando tamen melius inuenisset. Semper saepe aut inter flores sedit: aut inter odores pretiosos. Amabat sibi pretia rerum maiora dici earum rerum: quae mensae parabantur. Ore in conuiuio hanc esse asserens: pinxit se ut copperdinarium: ut plasiarium: ut popinariarium: ut tabernarium: ut lenonem: idque totum domi semper exercuit. Sexcentorum structionum capita una coena multis mensis exhibuit ad edenda cerebella. Exhibuit aliquando & tale conuiuium: ut haberet uiginti & duo fercula ingentium epularum: sed per singula lauarent: & mulieribus uterentur: & ipse & amici cum iure iurando quod efficerent uoluptatem. Celebrauit item tale conuiuium: ut apud amicos singulos singuli missus apparerentur: & cum alter maneret in capitolio: alter in palatio: alter superaggerem: alter in celio: alter transiberim: & ut quisque mansisset: tamen per ordinem in eorum domibus singula fercula ederentur. Ireturque ad omnium domos: sic unum conuiuium uix toto die finitum est. Cum & lauarent per singula fercula: & manus quasi comedisent: ex Sybariticum missum semper habuit ex oleo & garo: quem quo anno sybaritae reppererunt: perierunt. Dicitur & balneas fecisse multis locis: ac semel lauasse: atque statim destruxisse: ne ex usu balneas haberet. Hoc idem de domibus: de praetoriis de zetas fecisse dicitur. Sed & haec nonnulla si dem transeuntia credo esse ficta ab his: qui in gratiam Alexandri Heliogabalum deformat uoluerunt. Fertur & meretricem notissimam & pulcherrimam redemisse centum sestertis eaque intacta uel uirginem coluisse: huic eadem priuato cum quidam diceret non times pauper fieri dixisse dicitur. Quid melius quam ut ipse mihi haeres sim & uxori meae. Habuerat praeterea facultates a multis dimissas gratia: id est filios se nolle dicebat: neque ei frugi contingeret. Odores idicos sine carbonibus ad uaporandas zetas iubebat incendi. Iter priuatus nunquam minus sexaginta uehiculis fecit a uaria reclamatione quod omnia perditurus esset. Impator uero etiam sexcenta uehricula dicitur duxisse asserens decem milibus camelorum praefatum regem iter facere: & Nerone quingentis

Dulciarij Lactarij Dulciarij Lactarij

Como fructuarius Ceruis quattuor iunctis ingentibus Hippopotamus

Ridiculu Sigmate un

Orexis est ed uoru nimium praeciui Cuppedinarij us Septastarij Popinarij Tabernarij Leno Misfus Sybariticu misfu Sybaritiz exunt Domus Praetoria Zetiz Zetas

Orexis

Nasatorum  
 Philotru  
 De aurosa harena  
 Vellama  
 Myrrha  
 Onychina  
 Misus  
 Lactariu opus  
 Panduri Zauit  
 Cucullio mulionie  
 Spmthral ueteru  
 maloru  
 Brothamit  
 Blatta  
 Ceraunea  
 Aurelium  
 Claudius  
 Dioclitian  
 Maximia  
 nus  
 Licinius  
 seuerus  
 Alexander  
 Maxentius

carrucis iter inisse causa uehicularum. erat lenonum; lenarum meretricum: exoletorum subactorum etiam bene nasatorum multitudo. in balneis semper cum mulieribus fuit ita: ut eas ipse psilotro curaret. Ipse quoque barbam psilotro accurans: quodque pudendum dictu est: eod die quo mulieres accurabantur: & eadem hora rasit uirilia subactoribus suis nouacula manu sua: qua postea barbam fecit: Scobe auri porticum strauit & argenti dolens quod non posset & electri. Idque frequenter quacunq; fecit iter pedibus usque ad equum uel carpentum: ut fit hodie de aurosa harena. Calciammentum nunquam iterauit. anulos etiam negatur iterasse. Pretiosas uestes saepe contulit: uel lanam cepit: & appendit: atque ad eius estimationem ponderis pisces amicus exhibuit. Naues onustas meris in portum magnanimatis hoc esse dicens: Onus uentris auro excepit in myrrinis & onychis minxit. Ideo dixisse fertur: Si habuero haeredem dabo illi tutorem: qui illum haec facere cogat: quae ipse fecit: facturumque sum; Habuit etiam istam consuetudinem: ut coenas sibi exhiberet tales. Vna die non nisi fasianis torum edere. Omnesque missus sola fasianorum carne strueret. Itae alia die de pullis: alia de pisce illo & item illo. Alia de porcis: alia de structionibus: alia de holeribus: alia de pomis: alia de dulciis: alia de opere lactario. Saepe amicos suos cum aethiopiis aniculis in cluit nocturnis mansionibus: & usque ad lucem detinuit: cum pulcherrimas his diceret apparatus. Fecit hoc idem etiam de pueris. & tunc ante philippum ut pote licebat. Ridesbar autem sic non nunquam: ut publice in theatro solus audiretur: ipse cantauit: saltauit ad tibias dixit: tuba cecinit: pandurizauit: organo modulatus est. Fertur & una die ad oes circi & theatri & amphitheatri & omnium urbium locorum meretrices tectus cucullione mulionie conegnosceretur ingressus: Cum tamen omnibus meretricibus sine effectu libidinibus aureos donaret. Addens nemo sciat. Antoninus haec donat. Libidinum genera quaedam iuenit: ut spintrias ueterum malorum uinceret: & omnis apparatus Tiberii & Caligulae & Neronis notat. Et praedictum eidem erat a sacerdotibus syriis biothantatum se futurum. Parauerat igitur funes blatta & ferico & cocco intortos: quibus si necesse esset: laqueo uitam finiret. Parauerat & gladios aureos: quibus se occideret: si aliqua uis urgeret. Parauerat & in cerauneis & iacinthis & in smaragdis uenena: quibus se interimeret: si quid grauius immineret. Fecerat & altissimam turrem substratis aureis gemmatisque ante se tabulis: ex qua se praecipitaret dicens etiam mortem suam pretiosam esse debere: & ad speciem luxuriae ut diceretur nemo sic peris. Sed nihil ista ualuerunt. Nam: ut diximus: & occisus est per scurras: & per plateas tractus est sordidissime per cloacas ductus: & i Tyberim submissus est. Hic finis Antoninorum nomini in rep. fuit scientibus cunctis istum Antoninum tam uita falsum fuisse quam nomine. Mirum fortasse cupiam uideatur Constantine uenerabilis quod haec clades quam rettuli loco principum fuerit: & quidem prope triennio: ita ut nemo inuentus fuerit: qui ista a gubernaculis Romanae maiestatis abduceret. Cum Neroni: Vitellio: Caligulae: caeterisque huiusmodi nunquam tyrannica defuerit. Sed primum omnium ipse ueniam peto: quod haec quae apud diuersos reperiri litteris tradidi. Cum multa improba reuererim: & quae ne dici quidem sine maximo pudore possunt. Ea uero quae dixi praetextu uerborum adhibito quantum potui: texti. Deinde illud quod clementia tua solet dicere credidisse reficiendum imperatorem esse: fortunae est. Nam & minus boni reges fuerunt & pessimi. Agedum uero quod pietas tua solet dicere: ut sint impio digni: quos ad redigendi necessitate uis fatalis adduxerit. Et quoniam hic ultimus Antoninorum fuit: neque postea hoc nomen in rep. loco principum frequentatum est. Etiam illud ad Antoninorum genere dici uolebant: non nomen in illis primum fuit: sed praenomen. Deinde ut praerisque libris inuenio: Antonii dicti sunt non Antonini: haec sunt de Helio gabalo: cuius uitam me inuitum & retractantem ex graecis latinisque collectam scribere: ac tibi afferre uoluisti: cum iam aliorum ante tulerimus. Scribere autem ordiar: quod post sequetur: quorum Alexander optimus & cum uera dicenda assertionem: & annorum tredecim princeps: semestres alii & uix annui & bimi: Aurelianus principus & horum omnium decus auctor tui generis Claudius. De quo uereor ad clementiam tuam scribens uera dicere: ne mali uolis adulatum uidear esse. Sed ab soluar contra liuorem improborum: cum & apud alios clarum esse perspexerim. His iungenda sunt Dioclitianus aurei parens saeculi: & Maximianus: ut uulgo dicitur: ferrei: caeterique ad pietatem tuam. Te uero Auguste uenerabilis multis paginis iisdemque disertioribus illi prosequantur: quibus id felicior natura detulerit: his addendi sunt Licinius Seuerus: Alexander: atque Maxentius. Quorum omnium ius in ditionem tuam deuenit. Sed ita: ut nihil eorum uirtuti derogetur. Non enim ego id faciam: quod praerique scriptores solent: ut de his detraham: qui uicti sunt: cum intelligam gloriae tuae accedere: si omnia de illis quae bona in se habuerunt: uera praedixero.

Diadumenus Antoninus Eiusdem Lampridii.

**A**

Antonini Diadumeni pueri: quem cum patre Opilio Macrino imperatorem dixit exercitus: occiso Bassiano factione Macriniana nihil habet uita memorabile: nisi quod Antoninus est dictus: & quod ei stupenda omnia sunt facta imperii non diuturni: ut euenit. Nam cum primum innotuit per legiones occisum esse Bassianum: ingens maeror obsedit omnium pectora: quod Antoninum in rep. non haberet: existimatum quod cum eo Romanum esset imperium periturum: id ubi Macrino iam imperatori nuntiatum est: ueritus ne aliquem Antoninorum: quod multi ex affinibus Antonini Pii erant: inter duces exercitus inclinaret: statim concione parari iussit: filiumque suum hunc puerum Antoninum appellauit. Concionis uerba eiusdem. Videtis commilitones & me aetatis a puertate & Diadumenum puerum: quem diu principem: si diu faueat: habebitis. Intellego praeterea desiderium igitur Antoniani nominis apud uos manere: quae quam mihi per conditionem fragilitatis humanae non multum superesse uideatur ad uitam: hunc puerum Antoninum uobis auctoribus nunc cupo diu uobis Antoninum representatum. Acclamatum Macrine imperator diu te seruent Antoninum Diadumene diu te seruent. Antoninum diu uos omnes rogamus: Iuppiter optime maxime Macrino & Antonino uita: tu scis Iuppiter Macrinus uinci non potest: tu scis Iuppiter Macrinus uinci non potest. Antoninum habemus: omnia habemus. Antoninum nobis diu dederunt patrem: Antoninus dignus imperio: Macrinus imperator dixit. Habere igitur commilitones pro imperio aureos ternos: pro Antonini nomine aureos quinos & solitas promotiones: sed geminatas diu faciant ut haec sapienter fiat. Dabimus autem per cuncta quinquennia id quod hodie deputauimus. Post hoc ipse puerulus Diadumenus Antoninus imperator dixit gratias ago uobis commilitones: quod me & imperio donastis & nomine: si quidem dignos & me & patrem meum duxistis: quos imperatores Romanos diceretis: & quibus committeretis remp. Et pater quidem meus curabit: ne desit impio. Ego autem elaborabo: ne desim nomini Antoninorum. Scio enim me Pii me Marci me Veri suscipisse nomen: quibus satius facere perdifficile est. Interim tamen causa imperii causa nominis id omne quod pater & tantum dem promitto honoribus: ut & uenerandus Macrinus pater praesens promissit duplicatis. Herodianus graecus scriptor haec praeteriens Diadumenum tantum Caracallum dicit puerum a militibus nuncupatum: & cum patre occisum. Hac habita concione statim apud Antiochiam moneta Antonini Diadumeni nomine percussa est. Macrinique ad iussum senatus delata est. Missa etiam ad senatum litterae quibus nomen Antonini indicatum est. Quare etiam senatus imperium id libenter dicitur recepisse: quauis alii Antonini Caracalli odio id factum putent. Parauerat sane penulas populo coloris rosei dare Macrinus imperator in honorem Antonini filii sui: quae uocarentur Antonianae: ut Caracallae Bassiani dictae sunt. Afferens melius filium suum penuleum uel penularium dicendum quam Caracallus esset: & dictus Bassianus cognarium etiam praedictum Antoninianum promissit: ut ipsum edictum poterit indicare uerba edicti. Vellem quiritiam praesentes essemus. Antoninus uerster uobis cognarium sui nominis daret: incidere: praeterea & pueros Antoninianos & puellas Antoninianas: quae tam grati nominis gloriam propagarent: & reliqua. His ita gestis signa in castris & uexilla fieri Antoniniana iussit. Fecitque Bassiani simulachra: ex auro atque argento: atque dies septem supplicatio pro Antonini nomine celebrata est. Puer fuit omnium speciosissimus: statura longiuscula: crine flauo: nigris oculis: naso deducto ad omnem decorem: mento composito: ore ad oscula parato: fortis naturaliter: exercitio delitator. Hic ubi primum indumenta coccea & purpurea: caeteraque castrensia imperii insignia accepit quasi sydereus & caelestis emicuit: ut amaretur ab omnibus gratia uenustatis. Haec sunt quae de imperio pueri dicenda putauit. Nunc ueniamus ad omnia imperii: quae cum aliis tum in hoc praecipue sunt stupenda. Die qua natus est: pater eius purpuratus tunc forte procurator iam aetarii maioris inspexit. Et quas claras probauit: in id conclave redigi praecipit: in quo post duas horas Diadumenus natus est. Solent deinde pueri pileo insigniri naturali: quod obstrices rapiunt: & ad uocatis credulis uenturum: si quidem causidici hoc iuuari dicantur: at ille puer pileum non habuit: sed diadema tenue sed ita forte ut rumpi non poruerit uiris inter se dentibus specie neruis agitari ferunt: denique diadematum puerum appellatum. Sed ubi ad oleum aui sui nomine materni Diadumenum uocatum quauis non multum abhorruerat ab illo signum diadematis nomen Diadumenei. In agros patris eius oues purpureas duodecim ferunt natas: quarum una tantum uaria fuerat. Eadem die qua hic natus est aquilam ei constat sensim palumbum regium paruulum attulisse: & posuisse in cunis dormienti: ac recessisse sine noxa. Panthagathi in domo patris eius nudum posuerunt. His diebus quibus ille natus est mathematici accepta genitura eius exclamauerunt & ipsum filium imperatoris esse: & imperatorem mater eius adulterata esset: quod fama retinebat. Hinc eidem aquila pileum in agro ambulanti tulit. Et cum comitum infantis clamor esset factus in monumento regio quod iuxta uillam esset: in qua tunc pater agebat supra statuam regis posuisse: ita ut capiti eius supra

Antoninus diadumeni  
 Opilius macrinus

Representatur

Herodianus graecus historicus

Roseus color

Puerorum pileo naturali quod obstrices rapiunt creditur adiuuari aduocati

Purpureae oues

Panthagathus



ret: quod multi ominosum putaret: & morti accommodum. Clarum autē euentus ostendit: Natus est præterea natali Antonini & ea hora & signis prope continentibus quibus & Antoninus Pius: quare dixerunt mathematici & imperatoris illum filium futurum & imperatorē sed non diu. Die qua natus est: quod Antonini esset natalis: mulier quædā propinqua dicitur exclamasse Antoninus uocetur. Sed Macrinum timuisse quod nullus ex eius genere in hoc nomine censeretur: abstinuisseque nomine imperatorio: simul quod iā rumor de uisitatione illius emanasset. Hæc atque alia omnia fuisse multi in litteras rettulerunt. Sed illud præcipue quod cum in cunis esset Diadumenus: & leo ruptis uinculis & quidem ferus effugisset: atque ad in cunabula eius uenisset: puerum delinxit: & inuiolatum reliquit: cum nutrix se in leonem misisset: atque eius morfu affecta periisset: quæ sola forte in areola inuenta erat: in qua infans iacebat. Hæc sunt quæ digna memoratu in Antonino Diadumeno esse uideantur: Cuius uita iunxisset patris gestis: nisi Antoninorum nomen me ad edendā puerilis specialem expositio nem uitæ coegisset. Et fuit quidem tam amabile illis temporibus nomen Antoninorum: ut quieo nomine non niteretur: mereri non uideretur imperiū. Vnde etiam quidam & Seuerū & Pertinacē & Iulianū Antoninorū prænominibus honorandos putant. Vnde postea duos Gordianos patrē & filiū Antoninos cognominatos putent. Sed aliud est cū prænomen adscitur aliud cū ipsum nomen imponitur. Nam Pius uerum nomen Antonini habuit: cognomen Pii Marcus uerum nomen uerissimi habuit. Sed hoc sublato atque abolito non prænomen Antonini: sed nomen accepit. Verus autē Commodi nomen habuit: quo abolito Antonini non prænomen sed nomen accepit. Commodum autem Marcus Antoninum appellauit: atque ita in publicum edidit diem natalis sui. Iam Caracallum Bassianum satis constat uel somnii causa: quod Seuerus uiderat: cum sibi Antoninum successorem prædictum sensisset. Anno demū tertio decimo Antoninum dixit: quando ei etiam imperatoriā addidisse dicitur potestatem Getam uero quem multi Antoninū negant dictum eadem ratione qua Bassianū appellatum satis constat: ut patri Seuero succederet quod minime factum est. Post hoc ipse Diadumenus ut cōmēdaretur exercitui: senatui: populoque Romano: essetque ingens desiderium Bassiani Caracalli. Antoninū appellatū satis constat. Exat epistola Opilii Macrini patris Diadumeni: qua gloriatur nō tā se ad imperiū peruenisse. qui essent secū dū temp. q. quod Antoniniani nominis esset pater factus: quo clarior illis temporibus nō fuerat uel deorū. Quæ epistola priusq̄ interlerā: libet uersus inserere in Commodū dictos: qui se Hercule appellauerat: ut intelligant omnes tam clarum fuisse Antoninorū nomen: ut illi ne deorum nomen cōmōde uideretur adiungi. Versus in Commodum Antoninum dicti: Commodus Herculeum nomen habere cupit: Antoninorum non putat esse bonum. Expers humani iuris & imperii Sperans quin etiam clarius esse deum Quam si sit princeps nominis egregii: Non erit iste deus nec tamen ullus homo: Hi uersus graeco nescio quo cōpositi a malo poeta in latinum translati sunt. Quos ergo iccirco inferendos putauit: ut scirent omnes Antoninos pluris fuisse q̄ deos: ac trium principū amore: quos sapientia bonitas pietas consecrata sit. In Antonino pietas: in Vero bonitas: in Marco sapientia. Redeo nunc ad epistolam Macrini Opilii. Opilius Macrinus Noniæ Cellæ coniugi. Quod boni adeptus sumus mea uxor caret æstimatione: & fortassis de imperio me putes dicere. Non magnum est istud: quod etiam indignis fortuna concessit. Antonini pater factus sum. Antonini mater es facta: o nos beatos: o fortunatam domum: præclaram laudem nunc demum felicis imperii. Dii faxint & bona luno quam colis: ut & ille Antonini meritum effingat: & ego qui sum pater Antonini dignus omnibus uidear. Hæc epistola indicat quantum gloriæ adeptus sibi uideretur: quod uocatus est filius Antoninus. Hic tamen quarto decimo mense imperii ob inuicem patris atque asperum principatum interfectus est cum patre non suo nomine. Quamuis etiam istum ultra ætatem sæuisse in plerisque reperiam: ut docent litteræ ab hoc eodem ad patrem missæ. Nam cum quidam defectionis suspicionem incurrisset: & eos Macrinus sæuissime punisset filio forte absente: atque hic audisset auctores quidem defectionis occisos. quorū tñ unus dux armenia: erat: & itē legatus Asia: atque Arabia: ob antiquā familiaritatem tamen dimissos: his litteris conuenisse patrem dicitur paribus missis etiam ad matrem: quarum exemplum historiae causa inferendum putauit. Patri Augusto filius Augustus. Non fatismi pater uideris in amore nostro tenuisse tuos mores: qui tyrannidis affectatæ conscios referuasti sperans eos uel amiciores tibi futuros si is parceres uel ob antiquam familiaritatem dimittendos. Quod nec debuit fieri: nec potuit. Nam primum omnium iam te exulceratis suspicionibus amare non possunt. Denique crudeliores inimici sunt: qui obli

Vni nome in alijs & nome in alijs cognome & prænomen

Opilius macrinus

Nonia cella

ueteris familiaritatis se inimicissimis tuis iunxerunt. Adde quod exercitus adhuc habent. Si te nulla mouet tatarum gloria rerum: Ascanium surgentem & spes hæredis Iuli Respice: cui regnum Italiae romanaque tellus Debetur. Feriendi sunt isti si uis esse securus. Nam uitio generis humani alij non sint defuturi: cui isti seruantur. Hanc epistolam quidam ipsius: quidam magistri eius Celiani ferunt atri quondam rhetoris. Ex qua apparet quam asper futurus iuuenis: si uixisset. Exat alia epistola ad matrem ab eodem destinata talis. Dominus noster & Augustus nec te amat nec ipsum se: qui inimicos suos seruat. Age igitur: ut Arabianus & Tuscus & Gellius ad palum deligentur: ne si occasio fuerit nos interimant. Et quantum Lollius Urbicus in historia sui temporis dicit: Istæ litteræ per notarium proditæ illi puero multum apud milites obfuisse dicuntur. Nam cum patrem occidissent: quidam hunc seruare uoluerunt: sed extitit cubicularius: qui has epistolas concioni militum legit. Interfectis igitur ambobus: & capitibus pilo circumlatis in Marcum Aurelium Antoninum caritate nominis inclinauit exercitus. Is filius Bassiani Caracalli ferebatur: erat autem templi Heliogabali sacerdos homo omnium impurissimus: & qui fato quodam Romanum deformauerat imperium. De quo quidem quia multa sunt dicenda: loco suo disseram.

Celianus asex rhetor  
Arabianus  
Tuscus  
Gellius  
Lollius Urbicus

Opilius Macrinus Iulii Capitolii.

**V**Itæ illorum principum seu tyrannorum siue Cæsarum: qui non diu imperauerunt: in obscuro latent. Iccirco quod neque de priuata eorum uita digna sunt quæ dicantur: cum omnino nescirentur quidem: nisi aspirassent ad imperium. Et de imperio quod non diu tenuerunt: non multa dici possunt. Nos tamen ex diuersis historiis erutam lucem proferemus: & ea quidem quæ memoratu digna erunt. Non enim est quisquam in uita: qui non ad diem quodcunque fecerit: sed eius qui uitas aliorum scribere orditur: officium est digna cognitione perscribere. Et Iunio quidem Cordo studium fuit eorum imperatorum uitas edere: quos obscuriores uidebat: qui non multum profecit. Nam & pauca repperit & indigna memoratu asserens se minima quæque persecutum quasi uel de Traiano: aut Pio: aut Marco sciendum sit: quotiens processerit: quando cibos uariauerit: & quædo uestem mutauerit: & quos quando promouerit: quæ illa omnia exequendo liberos mythistoriis repleuit talia scribendo: cum omnino rerum uilium aut nulla scribenda sint: aut nimis pauca: si tamen ex his mores possint animaduerti: qui reuera sciendi sunt sed ex parte conscribam: ut ex ea cætera colligantur. Occiso ergo Antonino Bassiano Opilius Macrinus præfectus prætorii eius qui antea priuatus cubabat: imperium arripuit. Humili natus loco: & animi atque oris inuerecundi: seque nunc Seuerum nunc Antoninum cum in odio esset omnium & hominum & militum nuncupauit. Statimque ad bellum parthicum profectus: & uidecandi se de militibus seu rumoribus quibus premebatur: ad adolescenti potestatem demit: Quanus senatu eum imperatorem odio Antonini Bassiani libenter acceperit: cum in senatu omnibus una uox esset: quæ uis magisq̄ parricidam: quæ uis magisq̄ incestum: quæ uis magisq̄ impurum: quæ uis magisq̄ interfectorem & senatus & populi. Et mirum omnibus fortasse uideatur: cur Diadumenus filius Macrini Antoninus uoluerit nuncupari: cum auctor recis Antoniniana: fuisse dicatur. De ipso quæ in annales relata sunt: proferam. Vates cælestis apud Carthaginem quæ deo repleta solebat uera canere sub Antonino Pio. Cum sciscitante proco sule de statu ut solebat publico: & de suo imperio futura prædiceret: ubi ad principes uentū est: clara uoce numerari iussit: quotiens diceret Antoninum. Tuncque attentis omnibus Antonini nomen Augusti octauo edidit: Sed credentibus cunctis quod octo annis Antoninus Pius imperaturus esset: & ille transcendisset hunc annorum numerum. Et constitit apud credentes uel tunc uel postea per uatem aliud designatum. Denique ad numeratis oibus qui Antonini appellati sunt: is Antoninorum numerus inuenitur. Eni uero Pius primus: Marcus secundus: Verus tertius: Commodus quartus: Quintus Caracallus: sextus Geta: Septimus Diadumenus: Octauus Heliogabalus Antonini fuere. Nec inter Antoninos referendi sunt duo Gordiani: aut qui prænomen tantū Antoninorum habuerunt: aut etiam Antonii dicti sunt non Antonini: inde est quod se & seuerus Antoninū uocauit: & plurimi fuerunt & Pertinax & Iulianus & idem Macrinus: & ab ipsis Antoninis qui ueri successores Antonini fuerunt: hoc nomen magisq̄ proprium retentū est. Hæc alij: Sed alij iccirco Antoninum Diadumenū a Macrino patre appellatū ferunt: ut suspicio a Macrino interfecti Antonini militibus tolleretur Alii uero tantū desiderium nois huius fuisse dicunt: ut nisi populus & milites Antonini nomen audirent: imperatoriū non putarent. Et de Macrino quidē in senatu multi quando nunciatum est: Varium Heliogabalū imperatorem: cum iam Cæsarem Alexandrū senatus dixi.

Iunius Cordus

mythistorie

Opilius macrinus

set: ea dicta sunt: ut appareat ignobilem sordidum spurcum fuisse: uerba denique Aurelii Victoris cui primo cognomen erat: hæc fuerunt, Macrinum libertinum hominem prostibulum seruilibus officiis occupatum in domo imperatoria uanali fide: uita sordida sub Commodo a Seuero remotum etiam a miserimis officiis: relegatumque in africam ubi ut infamiam damnationis reget lecti operam dedisse: egisse claufulas: declamasse in postremo dixisse, Donatum autem annulis aureis patrocinate sibi Vero liberto suo Festo: aduocatū fisci factum sub Vero Antonino. Sed hæc dubia ponuntur: & alia dicuntur ab aliis: quæ ipsa quoque non racebimus, Nam plerique gladiatoriam pugnam eum exhibuisse dixerunt, Er accepta rudi ad Africam esse uenatorem primo: post etiam tabellionem fuisse: deinceps aduocatū fuisse fisci: ex quo officio ad amplissima quæque peruenit. Deinde cum esset præfectus prætorii collega ablegato Antoninum Caracallum imperatorem suum interemit tanta factione: ut ab eo non uideretur occisus, Nam stratore eius redempto & spe ingenti proposita id egit: ut quasi militaribus insidiis: quod uel ob parricidium uel incestum displiceret: iteremptum diceretur, Statim denique arripuit imperium filio Diadumeno in participatū ascito: quem continuo ut diximus, Antoninum appellari a militibus iussit. Deinde corpus Antonini Romam remisit sepulchris maiorum inferendum, Mandauit collegæ dudum suo præfecto prætorio: ut munus suum curaret: ac præcipue Antoninum honorabiliter sepeliret ducto funere regio: quod sciebat ob uestimenta populo & congiaria data multum Antoninū a plebe dilectum: Accedebat etiam illud: quod militarem motum timebat, Ne eo interueniente suum impediretur imperium quod raptum ierat: sed quasi inuitus acceperat: ut sūt homines: qui ad ea se cogi dicunt: quæ uel sceleribus comparant, Timuit autem etiam collegæ: ne & ipse imperare cuperet sperantibus cunctis quod si unius numeri cōsensus accederet: neque ille recusaret: & omnes cupidissime id facerent odio Macrini uel propter uitam improbam: uel propter ignobilitatem: cum omnes superiores nobiles fuisset imperatores, infulsit præterea in nomen Seueri cum illius nulla cognatione tangeretur: unde iocus extitit, Sic Macrinus est Seuerus: quo modo Diadumenus Antoninus, Stati tamē ad delendū militū motū stipendium & legionariis & prætorianis dedit solito uberius: utpote qui extenuare cuperet imperatoris occisi crimen: profuitque pecunia ut solet: cui innocentia prodesse non poterat, Retentus est enim aliquanto tempore in imperio homo uitiorum omnium: ad senatum dei de litteras misit de morte Antonini diuum illum appellās excusantque se & iurans quod de cæde illius nefecerit, Ita sceleri suo more hominum perditōrū iunxit periurium: a quo incipere decuit hominem improbum: cum ad senatum scriberet, Interest scire cuiusmodi oratio fuerit: qua se excusauit ut & impudentia hominis noscatur: & sacri legum a quo initium sumpsit improbus imperator: capita ex oratione Macrini & Diadumeni imperatorum Vellemus, p. c. & incolum Antonino nostro & reuerti cum triumpho uestram clamentiam uidere tunc demum enim florente rep. & omnes felices essemus: & sub eo principe uiueremus quem nobis Antoninorum loco dii dederant, Verum quia id uenire per tumultum militatē non potuit: nunciamus primum quid de nobis exercitus fecerit: deinde honores diuinos quod primum faciendum est: decernimus ei uiro: in cuius uerba iurauimus: cum exercitus ultorem cædis Bassiani neminem digniorem præfecto eius putauit: cui & ipse utique uindicandam factionem mandasset: si uiuus deprehendere potuisset, Et infra detulerunt ad me imperium: cuius ego, p. c. interim tutelam recepi: tenebo regimen si: & uobis placuerit: quod militibus placuit quibus: iam & stipendium dedi: & omnia imperatorio more iussi, Item infra, Diadumenum filium meum uobis notum & imperio miles donauit & nomine Antoninum uidelicet appellās: ut quo honestetur prius nomine sic etiam regni honore quod uos, p. c. bono faustoque omne approbatis: perimus ne nobis desit Antoninorum nomen: quod maxime diligitis, Item infra, Antonino autem diuinos honores & miles decreuit: & nos decreuimus: & uos, p. c. ut decernatis: cum possimus imperatorio iure præcipere: tamen rogamus dicātes: & duas statuas equestres: pedestres duas habitu militare sedentes: ciuili habitu duas, Item diuo Seuero duas triumphales: quæ omnia, p. c. uos impleri iubebitis nobis religiose pprioribus ambientibus, Lectis igitur in senatu litteris contra opinionem omnium & mortem Antonini scātus gratanter accepit: & Opiliū Macrinū libertatē publicā curaturū sperans, Primū in patricios allegit nouū hominē: & qui paulo ante procurator priuatæ fuisset: eundē cū scriba pontificū esset: quos hodie pontifices minores uocant: pontificē optimū appellauit: Pii nomine decreto, Diu tamen lectis litteris cū omnino nemo crederet de Antonini morte: silentiū fuit Sed postea quæ constitit occisū: senatus in eū uelut in tyrannū inuectus est, Denique statim Macrinus & pro cōsulare imperiū & potestatem tribuniciam detulerunt, Filiū sane suū cū ipse felicitatis nomen recepisset: ut suspitionē occisi a se Antonini remoueret: Antoninū uocauit Diadumenū antea dictū, Quod quidē nomen etiā Varius Heliogabalus qui se Bassiani filiū diceret:

Rudi accepta

Tabellarius

Legionarij

Prætorium

homo sordidissimus: & ex meretrice conceptus idē postea nomen accepit, Denique uersus extant cuiusdā poetæ: quibus ostenditur Antonini nomen cœpisse a Pio: & paulatim per Antoninos usque ad fordes ultimas peruenisse, Si quidem Marcus nomen illud sanctū uitæ generæ auxiliisse uideatur, Verus autem degenerasse, Commodus uero etiam poluisse sacri nominis reuerentiam, lam quid de Caracallo Antonino: quidue de hoc potest dici? Postremo etiā quid de Heliogabalo: qui Antoninorum ultimus in summa impuritate uixisse memoratur Appellatus igitur imperator suscepto bello contra parthos profectus est magno aparatu studens fordes generis & prioris uitæ infamiam uictoriæ magnitudine abolere: Sed consuetu habitu contra parthos defectu legionū quæ ad Variū Heliogabalum confugerant: interemptus est, Sed anno amplius imperauit, Sane cum esset inferior in eo bello quod Antoninus gesserat Artabane grauius necem suorum ciuium uindicante primo Macrinus repugnauit: Postea uero missis legatis petiit pacem: quam libenti animo interfecto Antonino parthos cōcessit, Inde cum se Antiochiam recepisset: ac luxuriæ operam daret iustam causam interficiendi sui præbuit exercitui: ac Bassiani ut purebatur: filium sequenti id est Heliogabalum Bassianum Variū: qui postea & Bassianus & Antoninus appellatus est, Fuit quædam mulier Massa siue Varia ex Emisēa urbe soror Iulianæ uxoris Seueri Pertinacis afri: quæ post mortem Antonini Bassiani ex aulica domo fuerat expulsa per Macrini superbiam: cui quidem omnia concessit Macrinus: quæ diu illa collegerat, Huic erant duæ filiae Symiamira & Mamea: quarum maioribus filius erat Heliogabalus: qui & Bassiani & Antonini nomē accepit, Nam Heliogabalum phœnices uocant, Solem Sed Heliogabalus pulchritudine ac statura & sacerdotio conspicuus erat: ac notus omnibus hominibus: qui ad templum ueniebant militibus præcipue, His Mamea siue Varia dixit Bassianū filium esse Antonini: quod paulatim omnibus militibus innotuit, Erat præterea Mamea ipsa ditissima: ex quo etiam Heliogabalus luxuriosissimus: quæ promittente militibus legiones abductæ sunt a Macrino, Suscepta enim illa noctu in oppidum cum suis nepos eius Antoninus est appellatus imperii delatis insignibus, Hæc ubi sunt Macrino apud Antiochiam posito nunciata: miratus audaciam muliebrem simul etiam contemnens: Iulianum præfectum ad obsidēdos eos cum legionibus misit: Quibus cum Antoninus ostenderetur miro amore in eum omnibus inclinatis: occiso Iuliano præfecto ad eum omnes transferunt: Deinde parte exercitus coniuncta uenit contra Macrinum Antoninus contra se festinantem: commissoque prælio Macrinus est uictus proditione militum eius: & amore Antonini fugiens sane Macrinus cum paucis & filio: in uico quodam bithyniæ occisus est cum Diadumeno, Ablatumque eius caput est: & ad Antoninū platum, Sciendum præterea quod Cæsar fuisse dicatur nō Augustus Diadumenus: puer: quem plerique pari fuisse cum patre imperio tradiderūt: occisus est etiam filius cui hoc solum attulit impium: ut interficeretur a milite, Non enim aliquid dignū in eius uita erat: quod dicatur: præter hoc quod Antoninorum nomini est uelut notus appositus, Fuit tamen in uita imperatoria paulo rigidior & austerior sperans se ante acta omnia posse obliuioni dare: cum ipse seueritatis illius occasionem reprehendendi & lacerandi eius aperiret, Nam & Seuerum se & Pertinacem uoluerat nuncupari, Quæ duo illi asperitatis nomina uidebantur, Et cum illum natus pium ac felicem nūcupasset: felicitatis nomen recepit, Pii habere noluit, Vnde in eum epigramma illatum græci cuiusdam poetæ uidetur extare: quod latine hac sententia continetur: Histrio iam scior turpis: grauis: asper: iniquus: impius: & felix sic simul esse cupit, Ut inquit pius esse uelit tamē esse beatus, Quod natura negat nec recipit ratio, Nā pius & felix potest dici atque uideri, Cui iperū infelix est: erit ille sibi, Hos uersus nescio quis de latinis iuxta eos qui græci erant propositi: in foro posuit, Quibus acceptis Macrinus his uersibus respondisse fertur, Si talē graui retulissent fata poetæ, Qualis latinus Gabalus iste fuit, Nil populus nosset: nil nosset curia magno: Nullus scripsisset carmina terra mihi, His uersibus Macrinus longe peioribus quæ illi latini sunt: respondisse se credidit: Sed non minus risui est habitus: quæ poeta ille: qui de græco latine coactus est scribere, Fuit igitur superbus & sanguinarius & uolens milititer imperare incusans quinetiā superiorū temporū disciplinā: ac solū Seuerū præcæte ris laudans, Nā & in cruce milites tulit: & seruilibus suppliciis semper affecit: & cū seditiones militares pateretur: multos sepius decumauit, Aliquando etiā centesimauit: quod uerbū priū ipsius est: cū se clamentē diceret: quoniam eos centesimaret: qui digni eēt decumatione atque uicesimatione, Longū est eius crudelitates omnes aperire, At tamē unā ostendā non magnam ut ipse credebatur: sed omnibus tyrannicis immanitatibus tristiorē, Cū quidā milites ancillæ hospitit pudorē deprauasse suspecti eēt: atque per quendā frumentariū ille didicisset: adducti eos iussit, Interrogauitque utrū esset factū: quod cū constitisset: duos boues mira magnitudinis uiuos subito aperiri iussit atque his singulos milites inferi capitibus ut secū colloqui possent exertis, Itaque poena hos affecit cū ne adulteris quidē talia apud maiores sui tēporis

Massa  
Varia  
Symiamira  
Mamea

Innotuit

Heliogabali  
penultima  
corrupta

Centesima  
uit

Eudæmonis arabes

Mezentij suppliciu

Rescripta

Si prandisset parcellissimus

eēt cōstituta supplicia. Pugnavit tamen & contra parthos & contra armenos & contra arabes; quos eudæmones uocant: non minus fortiter q̄ feliciter. Tribunū qui excubias deferi passus est: carpentō rotali super adnexū per totū iter uiuū atque exanimē traxit. Reddidit etiā Mezentij suppliciu: quod ille uiuos mortuis illigabat; & ad mortē cogebat longa tabe confectos. Vnde etiā in circo cū fauor publicus in Diadumenū semper fuisset: acclamatū egregius forma iuuenis cui pater haud Mezentius esset: uiuos etiā homines parietibus includit; & struxit. Adulterii reos semper uiuos simul incēdit iunctis corporibus: Seruos qui a dominis fugissent: repositos ad gladiū ludi deputabat. Delatores si nō probarent: capite affecit: si probarent delato pecuniæ præmio infames dimisit. Fuit in iure non incallidus: adeo ut statuisset omnia rescripta ueterū principū tollere: ut iure non rescriptis ageretur. Nefas esse dicens leges uideri Comodi & Caracalli & hominū imperitorū uolūtates: cū Traianus nunquā libellis responderit: ne ad alias causas facta præferretur: quæ ad gratiā composita uiderentur. In annonis tribuēdis largissimus fuit. In auro parcellissimus. In uenerandis uel aulicis tam impius tam pertinax: tam asper: ut serui illum sui nō Macrinū dicerent sed Macellinū; quod macelli specie domus eius cruetaretur sanguine uernularū. Vini cibique auidissimus: non quā usque ad ebrietatem: sed uespertinis horis nam si prandisset uel priuatim parcellissimus: in coena effusissimus. Adhibuit cōuiuio litteratos ut loquens de studiis liberalibus necessario abstineret. Sed eius utilitatem homines antiquā cogitarent: crudelitatem nimiam uiderent. hominē puridulū in imperio ferre non possent & maxime milites: qui multa eius meminerant funestissima & aliquando turpissima inita factione illum occiderūt cum puero suo Diadumenō scilicet Antonino cognomine: de quo dictū est: quod in somniis Antoninus fuisset. Vnde etiā uersus extant huiusmodi. Vidimus in somniis ciues nisi fallor & istud Antoninorū nomen puer illegerebat. Qui patre uenali genitus sed matre pudica: Centū nā mœchus passa est centūque rogauit: Ipse etiā calus mœchus fuit inde maritus: En Pius est Marcus Verus nam nō fuit ille Et isti uersus ex græco translati sunt in latinū. Nā græce sunt disertissimi. Videntur autē mihi ab aliquo poeta ulgari translati esse. Quod cum Macrinus audisset: fecit iam bos: qui non extant: iucundissimi autē fuisse dicuntur: qui quidem perierūt in eo tumultu: i quo ipse occisus est: quādo & omnia eius amilitibus peruersa sunt. Genus mortis: ut diximus tale fuit: cum in Antoninū Helio gabalū exercitus inclinasset: ille fugit: belloque uictus est & occisus in suburbano Bithyniæ suis partim deditis: partim occisus: partim fugatis. Ita Helio gabalus clarus creditus est: quod uideretur patris uindicasse mortē: atque inde in imperium uenit: quod de decorauit uitiis ingentibus. Luxuria: turpitudine: abliguritione: supbia: imanitate: qui & ipse similes exitū uitæ suæ fortitus est. Hæc de Macrinus nobis sunt cognita: multis aliqua uariationibus: ut se habet omnis historia. Quæ de plurimis collecta sunt serenitati tuæ Dioclitiane Auguste detulimus: quia te cupidum ueterum imperatorū esse perspeximus.

Vita Clodii Albini Iulii Capitolini:

**V**No eodēque tempore post Pertinacē qui auctore Albino interemptus ē: Iuliana senatu romæ Septimius Seuerus ab exercitu in Syria: Pescennius Niger in oriente: Clodius Albinus in Gallia imperatores appellati sūt. Et Clodius quidem Herodianus dicit Seuerū Cæsare fuisse. Sed cū alterū indignaretur imperare: nec galli ferre possent aut germāi exercitus quod & ipsi suum speciale principem haberent: undique cuncta turbata sunt. Fuit autē Clodius Albinus familia nobili Hadrumentinus tamē ex Africa. Quare sortē illā qua Seuerū laudatū in Pescennii uita diximus: ad se trahebat nolens intelligi pessimus Albinus quōd eodem uersu cōtinebatur: quo & Seueri laus & approbatio Nigri Pescennii. Sed prius quē uel de uita eius uel de morte dixerō: etiā hoc dicēdū est quod eū nobilē fecit. Nā adhūc eundē quōdā Commoduscū eū successorē Albino daret: litteras dederat: quibus iusserat: ut Cæsar esset: exemplū indiidi. Imperator Commodus Clodio Albino. Alias ad te publice de successore atque honore tuo misi: sed hanc familiarē & domesticā oēm ut uides: manu mea scriptā epistolā dirigi: qua tibi do facultatē ut si necessitas fuerit: ad milites prodeas: & tibi cæsareū nomen assumes. Audio enī & Septimiū & Seuerū & Noniū Murcū male de me apud milites loqui: ut sibi parent stationis Augustæ procuratiōnem. Habebis præterea cū id feceris dandi stipendii usque ad tres aureos liberā potestatem: quia & super hoc ad procuratores meos litteras misi: quas ipse signatas excipies signo Amazoniæ. Et cū opus fuerit: rationabilius dabis ne tē no audiant: cū de ærario uolueris imperare. Sane ut ubi insigne aliquod imperiali maiestatis accedat: habebis utēdi coccinei pallii facultatem me præsentē: & ad me. Et cū mecū fueris habiturus & purpura & sine auro: quia ita & pro-

Herodian)

Hadrumentū

Septimius seuerus Nonius murc)

auus meus Verus: qui puer uita functus ē: ab Hadriano: qui eū adoptauit: accepit: His litteris acceptis a Nonio facere id quod iubebat: noluit: timens odiosū Commodū propter mores suos quibus remp. perdidit: & se de decorauit: quando cunque ferendū: ne ipse pariter occideretur. Extrat denique illius concio: quæ cū accepit imperium & quidē Seueri ut quidam uolunt ante firmatū: huius rei memoriā facit: cuius hoc exemplū est. Inuitum me cōmilitones ductum ad imperiū etiā illud probat: quod Commodum donantē me Cæsareiano nomine contempsi: sed & uestræ uoluntati & Seueri Augusti parendū est. Quia credo sub homine optimo & uiro forti posse bene rēp. regi. Nec negari potest. Marius Maximus dicit hunc animum Seueri primū fuisse: ut si quid ei cōtingeret: Pescenniu Nigrum & Clodium Albinum sibi substitueret. Sed postea & filiis iam maiusculis studens & Albinam amori inuidens: sententiam mutasse: atque illos utroque bello oppressisse maxime precibus uxoris adductus. Denique Seuerus eum cōsule designauit: quod utique nisi de optimo uiro non fecisset homo in legendis magistratibus diligens: sed ut ad eum redeā. Fuit ut dixi: Albinus Hadrumentinus oriundus sed nobilis apud suos: & originē a Romanis familiis trahens posthumiorum scilicet & Albinorum Ceioniorum: Quæ familia hodie quoque Constantine Maxime nobilissima est & parte aucta & augenda: quæ per Galienū & Gordianos plurimū creuit. Hic tamē natus late modico patrimonio pertenuit. Parentibus sanctis patre Ceionio Posthumio: matre Aurelia Messalina primus suis parentibus fuit: cū exceptus uero quod contra consuetudinē puerorū qui nascūtur & solēt rubere: esset candidissimus: Albinus est dictus. Quod uerū esse patris epistola ad Aeliū Bassianū tunc proconsulē Africæ data designat affine quātū uidetur eorū ipsorū. Epistola Ceionio Posthumo ad Aeliū Bassianū. Filius mihi natus est vii. Kalendas decembres ita candidus statim toto corpore: ut linteamē quo exceptus est: uinceret. Quare susceptū eum Albinorū familia: quæ mihi tecū communis est: dedi Albinomine imposito. Fac ut remp. & te & nos ut facis diligas. Hic ergo omnē pueritiā in Africa trāsegit eruditus litteris græcis ac latinis mediocriter: quod esset animi iā militaris & supbi. Fertur in scholis sæpissime cantasse inter puerulos. Arma amens capio: nec sat rationis in armis reperens arma amens capio. Huic multa imperii signa cū esset natus: facta dicuntur. Nam & bos albus purpureus ad plenū colorē cornibus natus est: quod mirādū fuit cū cornibus: quæ tamē in tēplo Apollinis cumani ab eodē posita iam tribuno diu fuisse dicuntur: quod cum illis forte de fato tuo tollerent his uersibus eidē dicitur esse responsū: Hic rem Romanā magno turbante tumultu sisset eques. sterneret pœnos gallumque rebellē. Et in Gallia quidē eū multas gentes domuisse constat. Ipse autem suspicabatur de Seueri sibi prædictū: sterneret pœnos quod Septimius Afer esset. Fuit & aliud signum futuri imperii. Nā cū Cæsariana familia hoc speciale habuerit: ut paruuli domus eius iu testudineis alueis lauarentur nato infatulo testudo ingens patri eius munerē piscatoris allata est: quod ille homo litteratus omen accipiēs & testudinē libenter accepit: & eam curari iussit: atque infantulo ad exaltdationes pueriles dicari: nobilitādum etiā hunc sperans. Cum rarum esset aquilas in his locis: uideri in quibus natus est Albinus: septima eius diei hora conuiuio quod celebritati pueri deputabatur: cum ei fierēt nomina: septē aquilæ paruulæ de nidis allatæ sunt: & quasi ad iocū circa cunas pueri cōstitutæ: nec hoc omē pater abnuuit: iussit aquilas ali & diligēter curari. Accessit omen quod cum pueri eius familiae ruffulis fasciis illigarentur: quod forte lotæ atque uadæ essēt ruffulæ fasciolæ: quas mater prægnas parauerat: purpurea matris illigatus est fascia. Vnde illi ioco nutricis etiā prophiriū nomen inditum ē. Hæc atque alia signa imperii futuri fuere. Quæ qui uolet nosse: Aelium Cordium legat: qui friuola super huiusmodi omnibus cuncta persequitur. Adolescentiscitur statim se ad militiam contulit: atque Antennius per Ioliū Serenum & Bebiū Matianum & Ceionium Posthumianum suos affines innotuit: Egit tribunus equites dalmatas: egit & legionem quartanorum & primanorū: bithynicos exercitus eo tēpore quo Auudius rebel labar: fideliter tenuit. Deinde per Commodum ad Galliā trāstus: in qua fuis fugientibus transrhænanis: celebre nomen suum & apud Romanos & apud barbaros fecit. Quibus rebus accensus Commodus Cæsarianum ei nomen obtulit: & dandi stipendii facultatē: & pallii coccini utēdi. Quibus omnibus ille prudenter abstinuit dicēs Commodū quere q̄ aut cum eo pirēt: aut quos cum causa ipse posset occidē. Quæstura gratia illi facta est: qua cōcessa ædilis non amplius quē decē diebus fuit quod ad exercitū festinatē miteretur. Deinde prætura egit sub Commodō famosissimā. Nā eiusdē ludis Commodus & in foro & in theatro pugnas exhibuisse phibetur. Consul a Seueri declaratus est: eo tempore quo illum sibi parauerat Pescennio subrogare: ad imperium uenit. Nam iam grādiōr & maior Pescenio Nigro erat: ut Seuerus ipse in uita sua testatur. Sed uicto Pescenio cum & filius suus imperium seruare cuperet: & uoluntatem senatus maiorē circa Clodium Albinum uideret quod esset uir antiquæ familiae: litteras ad eum per quōsdā summi honoris ac summæ perfe-

Ceromius posthumus Aurelia mesalina

Aelius basianus

Cumanus apolo

Russulge fasciolæ

Aelius cordus histori

Lolius Serenus

Bebius Matianus

Ceionius posthumus

anus Auudius

Etionismisit: quibus hortabatur: ut quoniam occisus esset Pescennius Niger: ipse cum eo fideliter  
remp. regeret. Quarum exemplum hoc est Cordius ostendit. Imperator Severus Augustus Clo-  
dio Albino Caesari fratri amatissimo & desiderantissimo salutem. Victo Pescennio litteras Ro-  
mam dedimus: quas senatus tui amatissimus libenter accepit. Te quaeso: ut eo aio tempore  
re & sororem salutem. Infantulo tuo Pescennio praeo munera digna tuo loco tuoque mittens;  
Tu uelim exercitus reip. ac nobis retentes mi unanime: mi carissime: mi amatissime. Et has q-  
dem lras missis stipatoribus fidelissimis dedit: quibus praecepit: ut epistolam publice darer: po-  
stea uero diceret se uelle pleraque occulte suggerere: quae ad res bellicas pertinerent: & ad se-  
creta castrorum atque aulicam fidem. Vbi uero in secretum uenisset: quasi mandata dicituri quin  
que ualidissimi eum interimeret gladiolis infra uestem latentibus. Nec illorum quidem fides  
defuit. Nam cum ad Albinum uenissent: & epistolam dedissent: quae lecta cum dicerent quaedam  
secretius suggerenda: & locum semotum ab omnibus arbitris postularent: & cum omnino nemi-  
nem pateretur ad porticum longissimam cum Albino progredi: ea specie mandata pderen-  
tur. Albinus intellexit insidias. Denique indulgens suspicionibus eos tormetis dedit. Qui diu  
primo pnegarunt: sed postea uicti necessitate confessi sunt ea: quae Severus noster praeceperat.  
Tunc iam perditis rebus & aptis insidiis: ea quae suspicabatur Albinus clara esse intelligens exer-  
citu ingenti collecto: contra Severum atque eius duces uenit: & primo quidem conflictu habito con-  
tra duces Seueri potior fuit. Post autem Severus ipse cum id egisset: apud senatum ut hostis iudi-  
cetur Albinus contra eum profectus acerrime fortissimeque pugnauit in Gallia non sine uarie-  
tate fortunae. Denique cum sollicitus augures consulere: responsum illi est: ut dicit Marius  
Maximus uenturum quidem in potestate eius Albinum: sed non uiuum nec mortuum: quod & fa-  
ctum est. Nam cum ultimam commisionem accepisset: innumeris suoribus caesis: plurimis fuga-  
tis: multis etiam dedit Albinus fugit: & ut multi dicunt: se ipse percussit: ut alii a seruo suo per-  
cussus semiuiuus ad Seuerum deductus est. Unde confirmatum est augurium quod fuerat an-  
te predictum. Multi praeterea dicunt a militibus: cuius nece a Seuero gratia requirebant. Fuit  
Albino unus: ut aliqui dicunt filius. Maximus dicit duo. Quibus primum ueniam dedit. Po-  
stea uero eos cum matre percussit: & in pfluentem abiici iussit. Caput eius excisum pilo circum-  
tulit. Romamque misit lras ad senatum datis: quibus insultabat quod Albinum tate opere dilexif-  
set: ut eius affines & fratrem praecipue ingenti honore tumularent. Iacuisse ante portorium Seueri  
Albini corpus per dies plurimos dicitur usque ad fetorem: laniatumque canibus in pfluentem  
abiectum est. De moribus eius uaria dicuntur. Et Seuerus quidem ipse haec de eodem loquitur:  
ut eum dicat turpem: maliciosum: improbum: inhonestum: cupidum: luxuriosum. Sed haec  
belli tempore uel post bellum: quoniam ei iam uelut de hoste credi non poterat. Cum & ipse ad eum  
quasi ad amicissimum frequenter miserit litteras: & multi de Albino bene senserint: & Seue-  
rus ipse Caesarem suum eundem appellari uoluerit. Et cum de successore cogitaret: hunc pri-  
mum habuerit ante oculos. Extant praeterea Marci epistole de hoc eodem: quae testimonium &  
uirtutum eius ferant & morum: quarum una inserere ad praefectos datam super eius nomi-  
ne absurdum non fuit. Marcus Aurelius Antonius praefectis suis salutem. Albino ex familia  
ceioniorum afro quidem homini: sed non multa ex afri habenti: placet ut illi genero duas  
cohortes alares regendas dedi. Est homo exercitatus: uita tristis: grauis moribus: puto eum  
rebus castrensibus profuturum: certe obfuturum non esse satis noui. Huic salarium duplex  
decreui uestem militarem simplicem: sed loci sui stipendium quadruplum. Hunc uos ad  
hortamini: ut se reipublicae ostentet habiturus praemium: quod merebitur. Est ea alia epi-  
stola: qua idem Marcus Auidius Cassius temporibus de hoc eodem scripsit: cuius exemplum  
hoc est. Laudanda est Albini constantia: qui grauer deficientis exercitus tenuit: cum ad  
Auidium Cassium confugerent. Et nisi hic fuisset: omnes defecissent. Habemus igitur ui-  
rum dignum consulatu: quem sufficiam in locum Cassii Papirii: qui mihi ex animis pro-  
pe ianiciatus est. Quod interim a te publicari nolo: ne aut ad ipsum Papirium: aut ad eius  
affectos perueniat. Nosque uideamus in locum uiuentis consulem subrogasse: Et istae igitur  
epistolae testatur Albinum uirum utilem fuisse. Inducant & illud praecipue: quod ad eas ciuitates  
instaurandas: quas Niger attriuerat: pecuniam misit: quo facilius sibi earum accolae conciliaret.  
Gulosum eum Cordus quae talia persequitur: in suis uoluminibus fuisse dicit. Et ita quidem: ut po-  
morum tamen hauserit: quoniam ratione humana non patitur. Nam & quingentas ficus passarias: quae graeci calli-  
strucias uocant: ieiunium comedis se dicit: & ceterum psica capana: & mellones hostienses decem: & uua-  
rum laucanarum podo uiginti: & ficedulas centum: & ostrea quodringenta. Vini sane percussus fuisse di-  
cit: quod Seuerus negat: quod eum asserit ebrium esse in bello fuisse: cum suis etiam nunquam coenauit: uel pro-  
pter uinolentiam: ut dicit Seuerus: uel propter morum acrimoniam: uxori odiosissimus fuit: seruis  
iustus: atrox circa militem. Nam saepe & ordinarios ceterumque ubi caeque quilitas non postulabat: in

Cassius papirius

Ficus passarias  
Calli strucias  
Perfica campana  
Mellones hostienses  
Laucanarum uuz

cruce sustulit. Verberauit certe uirgis saepissime: neque unquam delictis peccit. In uestitu nitidissimus fuit: in conuiuio sordidissimus: & soli studes copia: mulierarius inter priores amatores ad-  
uersae ueneris seip. ignarus & talium persecutor. Agri colendi peritissimus: ita ut etiam georgica conscri-  
perit. Mellefias nonnulli eius de eum dicunt: quoniam fama non ignobilis habetur: quis mediocriter scri-  
pta sint. A senatu tamen amatus: quoniam nemo principum in odium speciatum Seueri: quae uenemeter ob-  
crudelitate oderat senatores. Deique uecto eo plurimi senatores a Seuero interfecti sunt: quae eius  
partium uel uere fuerat: uel esse uidebatur. Denique cum apud Lugdunum eundem iter fecisset: statim lras  
iugur iussit: ita ut ueniret uel ad quos ipse scripserat: uel quod ad eum rescripserat: oesque illos quo-  
rum epistolas recepit: hostes iudicari a senatu fecit: nec his peccit: sed & ipsos iterem: & bona eo-  
rum proposita: atque in aerarium publicum rettulit. Extat epistola Seueri: quae ostendit animi sui  
missa ad senatum: cuius hoc exemplum est. Nihil mihi gratius potest euenire. p. c. qua ut uestrum  
iudicium Albinus haberet potiusquam Seuerus. Ego frumenta reip. detuli: ego multa bella pro-  
pre. gessi: ego populo romano tamen olei detuli: quantum rerum natura uix habuit. Ego interfe-  
cto Pescennio Nigro uos a malis tyrannicis liberaui. Magna sane mihi reddi distis uicem: ma-  
gnam gratiam: unum ex afri & quidem Hadrumentinis fingentem quod de Ceioniorum stemate sa-  
guine duceret: usque adeo extulistis: ut eum principem habere uelitis me principem: saluis libe-  
ris meis: defuit ne quaeso tanto senatu: quae amare deberetis: qui uos amaret: huius fratrem ho-  
noribus extulistis: ab hoc consulatus: ab hoc praeturas: ab hoc speratis cuius uis magistratus in  
signia: non eam gratiam mihi redditis: qua maiores uestri contra pisonianam factionem: qua item  
pro Traiano: quam nuper contra Auidium Cassium praestiterunt: fictum illum & ad omnia men-  
daciorem genera paratum: qui nobilitate quoque mentitus est mihi praeposuitis: qui etiam  
audiendus in senatu fuit Statilius Corfulenus: qui honores Albino & eius fratri decernendos  
ducebat: cui hoc superstit: ut de me ille decerneret homo nobilis ad triumphum: maior fuit  
dolor: quod illum pro litterato laudandum praerique duxistis: cum ille nemis quibusdam anli-  
bus occupatus inter mellefias punicas Apulei sui & ludicra litteraria consenseret. Hinc appa-  
ret quanta seueritate factionem uel Pescennianam uel Clodianam uindicauerit. Quae quidem  
omnia in uita eius posita sunt. Quae qui diligentius scire uelit: legat Marium maximum de  
Latinis scriptoribus: de graecis Herodianum: qui ad fidem pleraque dixerunt. Post statura  
procerus: capillo renodi & crispo: fronde lata: candore mirabili: & ut praerique putant: ex eo  
nomen accepit: uoce multebri & prope ad eunuchorum sonum: motu facili: iracundia gra-  
ui: fauore tristissimo: in luxuria uariis. Nam saepe appetens uini: frequenter abstinens. Armo-  
rum strenuus proferus ut non male sui temporis Catilina diceretur. Non ab re esse credimus  
causas ostendere: quibus amor senatus Clodius Albinus meruerit. Cum britannicos exerci-  
tus regeret iussu Commodi: atque illum interemptum adhuc falso comperisset: cum sibi ab iplo  
Comodo Cassarianum nomen esset delatum: processit ad miles & hac concione usus est. Si se-  
natus. p. c. suum illud uetus haberet imperium: nec in unius potestate restant consisteret:  
non ad Vitellios: neque ad Nerones: neque ad Domitianos publica fata uenissent in imperio  
consulari. Nostra illa gentes Ceioniorum: Albinorum: Posthumiorum: de quibus patres ue-  
stri qui & ipsi ab auis suis audierant: multa didicerunt: & certe Africam romano imperio se-  
natus adiunxit. Galliam senatus subegit & hispanias: orientalibus populis senatus dedit leges:  
parthos temptauit senatus: & subegit: nisi tam auarum principem romano exercitui fortuna  
reip. tunc dedisset. Britannias Caesar subegit certe senator nondum tamen dictator. Hic ipse  
Commodus quanto melior fuisset: si timuisset senatum. Et usque ad Neronem quidem se-  
natus auctoritas ualuit: qui sordidum & impurum principem damnare non timuit: cum sen-  
tentiae in eum dictae sint: qui uita necisque potestatem atque imperium tunc tenebat. Qua-  
re commilitones ego Caesarem nomen quod mihi Commodus detulit: nolo: dii faxint: ut  
ne alii quidem uelint. Senatus imperet: prouincias diuidat: senatus nos consulea faciat: & quod  
dico senatus uos ipsi senatores & patres uestri enim eritis. Haec concio uiuo adhuc Commo-  
do Romam delata est: quae Commodum in Albinum exasperauit: statimque successorem  
misit Iunium Seuerum unum ex contubernalijs suis. Senatui autem tantum placuit: ut mi-  
ris acclamationibus absentem eum ornaret & uiuo Commodum & deinceps interempto: ita ut  
nonnulli etiam Pertinace auctores fuerint: ut eum sibi focium adsciceret. Apud Iulianum  
de occidendo Pertinace ipsius plurimum auctoritas ualuerit. Ut autem hoc uerum intelligen-  
tur: epistolam Commodi ad praef. praet. suos datam inserui: qua de occidendo Iuliano signi-  
ficauit suam mentem. Aurelius Commodus Seuerus praefectis salutem: Audisse uos credo  
primum factum esse: quod ego in meorum consilio interfectus essem: deinde concionem  
Clodii Albini apud milites meos habitam: qui se multum senatui commendat: idque quan-  
tum uidemus non frustra. Nam qui principem unum in re pub. negat esse debere: quique as-  
serit a senatu oportere totam rem publicam regi: is per senatum sibi petit imperium. Cauete igitur

Mulierarius  
Georgica scri-  
psit albinus  
imperator  
Mellefias

Pisoniana fa-  
ctio

Statilius cor-  
fulenus

Apuleius

Marius maximus lati-

Herodianus graecus

Renodis capi-  
tus

diligentissime: iam enim hominem scitis uobis militibus populoque uita dū has litteras cū Pertinax iuuenisset; i Albinus odiū publicauit. Quare Albinus occidēdi Pertinacis Iuliano auctor fuit. Alexander Seuerus Aelii Lampridii.

**I**nfecto Vario Helio Galo: sic enim malumus dicere q̄ Antoninum; quia & nihil Antoninorū pestis illa ostendit; & hoc nomen ex annalibus senatus auctoritate eratum est ad remediū generis humani. Aurelius Alexander urbe Arcena genitus Varii filius Variæ nepos & consobrini ipsius Helio Galo: accepit imperiū: cū ante Cæsar a senatu esset appellatus mortuo scilicet Macrino: Augustumque nomen idē recepit. Ad dōto eo ut & patris patriæ nomen: & ius proconsulare & tribunitiā potestatis & ius quæ relationis deferente senatu uno die assumeret. Et ne præceps ista honorum cōtinuatio uideatur: exponā causas: quibus id & senatus coactus est facere: & ille perpeti. Non enim aut grauitati senatus congruebat oīa simul deferre; aut bono principi raptū ire tot simul dignitates. Militē iam insueuerant sibi imperatores & tumultuario iudicio facere; & itē facile mutare afferentes nōnunq̄ ad defensionē se iccirco fecisse: quod nescissent senatū principē appellasse Nā & Pescennū Nigrum; & Clodium Albinū: & Audum Cassium: & antea Lutium Vindicię: & L. Antoninum; & ipsum Seuerum cū senatus iā Iulianū dixisset principē imperatores fecerant: atque ista res bella ciuilia seuerat: quibus necesse fuit militē cōtra hostē paratū parricidaliter perire. Hac igitur causa festinatū est: ut oīa simul Alexander quasi iā uetus imperator acciperet. Huc accessit nimia & senatus & populi inclinatio post illā cladē: quæ nō solum Antoninorū nomen decolorauit: sed etiā romanū de honestate imperiū. Certatim denique oīa decreta sunt: & nouum genera & pratum. Primus denique oīum cuncta insignia & honorificetia genera simul recepit suffragante sibi meritis Cæsaris noīe; quod iā ante aliquot annos meruerat: & magis suffragante uita & moribus: cum illi magnū cōciliaisset fauorē: quod eū Helio Galus occidere conatus est: nec potuit & militibus repugnāibus & senatu refragante. Atque hæc parua sū: nisi quod dignū se exhibuit: quē senatus seruare: quē saluum milites cuperent: quē oīum bonorum sententia principē diceret. Alexāder igitur cui Mamea mater fuerat: nā & ita dicitur a plerisque; a prima pueritia artibus bonis imbutus tam ciuilibus q̄ militaribus: ne unum quidē diē spē sua trāsire passus est: quo se nō & ad litteras uel ad militiā exerceret. Nā in prima pueritia litteratores habuit Valerium Cordium; & T. Veturium; & Aurelium Philippum libertum patris qui uita eius postea in litteras misit. Grammaticum in patria græcū Nebonē; rhetorē Serapionē; philosophum Stilionē. Romæ grāmaticos Scaurinum Scaurini filium doctorē celeberrimum: rhetores Iulium Fontinū; & Bebium Macrinum; & Iulianū Granianū; cuius hodieque orationes declamatae feruntur. Sed in Latinis nō multū profecit: ut ex eiusdē orationibus apparet: quas in senatu habuit uel in cōcionibus: quas apud milites uel apud populum: nec ualde amauit latinā facundia; sed amauit litteratos homines uāhemeter eos etiā reformidās: ne quid de se asperum scriberēt. Denique eos dignos adesse iubebat singula quæque quæ publice priuatique agebat se ipso docete uolebat ad discere: si forte ipsi non affuissent: eoque patebat: ut si uera essent in litteras mitterent; Dominū se appellari uelut. Epistolam ad se quasi ad priuatum scribi iussit seruato tantum noīe imperatoris Gēmas de calciamētis & uestibus tulit: quibus usus fuerat Helio Galus ueste: ut & pingitur alba usus est: nec aurata penulis togisque cōmunibus. Cum amicis tā familiariter uixit: ut cōmunis esset ei sæpe cōsessus: iret & ad cōuiuia eorum aliquos autē hēret quortidianos etiam nō uocatus: salutare uero quasi unus de senatoribus patente uelo admissionibus remotis aut solis his: qui ministri ad fores fuerant: salutare principem non liceret: quod eos uidere non poterat. Et erat corporis uenustate decorus: ut hodie in picturis & statuis uideamus. Fuit & staturæ militaris robur militis: ualido eius qui uim sui corporis sciret ac semper curaret. Erat præterea cunctis hominibus amabilis: & ab aliis pius appellabatur: ab oībus certe sandus & utilis reip. Huic fors in tēplo Prænestinae ueste talis extitit: cum illi Helio Galus insidiaretur. Si qua fata aspera rumpas. Tunc Marcellus eris. Alexandri nomen accepit: quod in tēplo dicato apud Arcenā urbē Alexandro Magno natus esset: cum casu illuc die festo Alexāderi mater cum uxore patris solēnitatis implendæ causa: cui rei argumētum est: quod eadem die natalem habet Mamea Alexāder: quo ille magnus excessit e uita. Delatum sibi Antonini nomen a senatu recusauit: cum hic magis affinitate Caracalli iungeretur: q̄ ille Helio Galus subditus. Si quidem ut Marius Maximus dixit in uita Seueri nobilem orientis muerem Seuerus: cuius hanc genituram esse compererat: ut uxor imperatoris esset adhuc priuatus & nō magni satis loci duxit uxorē. Ex qua affinitate hic Alexāder fuit: cui uere p matrem suā consobrini Varius Helio Galus fuit. Recusauit & Magni nomen: quod ei quasi Alexā

Arcena. V. Varius Variæ

1. Vindex

1. Antoninus

Alexander mameæ filius

Mamea

Valerius Cordus

T. Veturium

Aurelius Philippum

Nebo

Serapio

Stilio

Scaurim

Admissionibus

Iulius fratris

trium

Bebium Macrinum

Prænestinae

crinus

Iulianus

Arcena

grammiam

dro est oblatū senatus iudicio. Interest retexere orationē: quā nomen Antonini & Magni delatum sibi a senatu recusauit: quā priusquā præferam: etiā acclamationes senatus: quibus id decretū est ex actis urbis ad pridie nonas martias. Cū senatus frequens in curiā hoc est in adem Concordiæ templū inauguratū cōuenisset. Rogatusque esset Aurelius Alexander Cæsar Augustus: ut cōcineret: ac primo recusasset: quod sciret de honoribus suis agendū: deinde postea uenisset: acclamarū Auguste innocens dii te seruent. Alexander impator dii te seruent. Dii te nobis dederunt. Dii te conseruent. Dii te ex manibus impuri eripuerunt. Dii te perpetuent. Impurum tyrannū & tu pepestus impurū & obscenū & tu uidere doluisti. Dii illum eradicauerunt. Dii te seruent. Infamis imperator rite damnatus. Felices nos imperio tuo: felicem remp. Infamis unco tractus est ad exēplū timoris: Luxurius impator iure punitus est. Cōtaminator honorū iure punitus est. Dii imortales Alexādro uita: iudicia deorū hinc apparerent. Et cū egisset gratias Alexander: acclamatū est Antonine Alexander dii te seruent. Antonine Aureli dii te seruent. Antonine Pie dii te seruent. Antonini nomē suscipias rogamus. Præsta bonis imperatoribus: ut Antoninus dicaris. Nomen Antoninorū tu purifica. Quod ille infamauit tu purifica. Redde in integrum nomen Antoninorū. Sanguis Antoninorū se cognoscet. Iniuriā Marcū tu uindica. Iniuriā Veri tu uindica. Iniuriā Bassiani tu uindica. Peror Cōmodo solus Helio Galus: nec impator: nec Antoninus: nec ciuis: nec senator: nec nobilis: nec Romanus. In te salus: in te uita ut uiuere delecter. Antoninorū Alexādro uita ut uiuere delecter: & Antoninus uocatur. Antoninorū rempla Antoninus dedit. Parthos & Persas Antoninus uincat. Sacrum nomen sacratus accipiat. Sacrum nomen castus accipiat. Antonini nomen ut agnoscant Antoninorū honorē: dii cōseruent in te omnia: per te omnia Antonini habeas. Et post acclamationes Aurelius Alexander Cæsar Augustus. Gratias uobis. p. c. nō nunc primū: sed & de Cæsare nomine & de uita seruata & Augusti nomine addito: & de pontificatu maximo & de tribunitia potestate & proconsulari imperio. Quæ oīa nouo exemplo uno die in me contulisti. Et cū diceret: acclamatū. hæc suscepisti: Antonini nomē suscipi mereatur: senatus nomen Antonini reddatur. Tempora Antoninorū Antoninus cōsecreret. Aurelius Alexāder Augustus: ne quæso. p. c. ne me ad hanc certaminis necessitatē uocetis: ut ego cogar tanto nomini satifacere: cum etiā hoc ipsum nomen licet peregrinū: tamen grauiore uideatur. Hæc enim nomina insignia onerosa sunt. Quis enim Ciceronē diceret mutū: quis indoctū Varro nem: quis impiū Metellū? Et ut hoc dii auertant: quis nō æquitatē nomina ferat digerentem in clari simā spem dignitatū. Itē acclamatā quæ supra. Itē imperator dixit. Antoninorū uel iam numen potius q̄ fuerit meminit uestra clamētia: si pietatē: quid Pio sanctius: si doctrinā quid Marco prudentius: si innocentia: quid Vero simplicius: si fortitudine: quid Bassiano fortis: Nam tūc Cōmodi meminisse nolo: si hoc tēpore deterior se fuit: quod cū illis moribus Antonini nomen obtinuit. Dia dumenus autē nec tēpus habuit nec atātē: & arte patris hoc nomen incurrit. Item acclamatū ut supra. Item impator dixit. Nuper certe. p. meministis: cum ille oīum non solū bipedū: sed etiā quadrupedū spurcissimus Antonini nomen præferret: & in turpitudine atque luxuria Nerones: Vitellios: & Cōmodos uinceret: qui gemitus omniū fuerint: cum per populū & honestorū coronas una uox esset hunc in te Antoninū dici per hanc pestē Helio Galus actum uiolari nomen: & cū diceret acclamatū est. Dii mala prohibeant. Hæc te imperante non timemus: de his te duce securi sumus. Vicisti uitra: uicisti crimina: uicisti dedecora. Antonini nomen ornauisti: certi sumus: bene præsumimus: nos te & a pueritia probauimus: & nunc probamus. Item impator. Neque ego. p. c. iccirco timeo istud uenerabile omnibus nomen accipere: quod uerear ne in hæc uita delabatur uita: aut quod nos nominis pudeat: sed primū displicet alienæ familiæ nomen assumere: deinde quod grauari me credo: & cum hæc diceret: acclamatū est ut supra. Item dixit. Si enim Antonini nomen accipio: possum & Traiani: possum & Titi: possum & Vespasiani: & cū diceret acclamatū ē. Quomodo Augustus sic & Antoninus. Tūc impator. Video patres cōscripti quid uos moueat ad hoc nobis nomen addendū Augustus primus: primus est huius auctor imperii: & in eius omnes uelut quadā doptione aut iure hæreditario succedimus: Antonini ipsius Augusti dicti sūt. Antoninus idem sapius Marcū & itē Verū iure doptionis uocauit. Cōmodo autē hæreditariū fuit: susceptū Dia dumenos: affectatū in Bassiano: ridiculū in Aurelio. Et cū diceret: acclamatū est. Alexander Auguste dii te seruent uerecū dia tuæ: prudentiæ tuæ: innocētia tuæ: castitati tuæ: hinc intelligimus qualis futurus sis: hinc probamus: tu facies: ut senatus bene principes ligat. Tu facis optimū esse iudicium senatus. Alexāder Auguste dii te seruent. Tempora Antoninorū Alexāder Augustus dedit. Cæsar noster: Augustus noster: impator noster dii te seruent. Vincas: ualeas: multis annis imperes. Alexāder impator dixit. Intelligo. p. c. me obtinuisse: quod uolui: & in acceptū refero plurimas gratias sed agens & habēs senis ore:

Curia. i. Ad concordia

Cicero Varro Metellus

Presumim

ut hoc nomen quod in imperiū detulimus tale sit: ut ab aliis desideretur: & bonis uestræ pietatis iudiciis offeratur. Post hæc acclamatum est magne Alexander dii te seruent. Si Antonini nomen repudiasti: Magni prænomen suscipe. Magne Alexander dii te seruent: & cum sæpius dicerent. Alexander Augustus ait facilius fuit. p. c. ut Antoninorum nomen acciperet: aliquid enim uel affinitati deferrem uel consortio nominis imperialis. Magni uero nomen cur accipitur: quid enim iam magnū feci: cum id Alexāder post magna gesta. Pompeius uero post magnos triumphos acceperit. Quiescite igitur. uenerandi patres: & uos ipsi magnifici unum me de uobis esse cenete: quam Magni nomen ingerite. Post hæc acclamatum est: Aureli Alexāder Auguste dii te seruet. Et reliqua ex more: dimisso senatu cum & alia multa eo die essent acta quasi triumphans domū se recepit. Multo clarior uisus est alienis nominibus non receptis: quā si recepisset: atque ex eo constantiā ac plenā grauitatis famam obtinuit. Si quidem unū adulescenti potius senatus totus persuadere non potuit: sed quāuis senātū rogante non potuerit persuaderi: ut uel Antonini uel Magni nomina suscipere: tamen ob ingentem uigorem animi & mirandam singularemque constantiā contra militum insolentiam Seueri nomen a militibus eidem inditum est: quod illi ingentem in præsentia reuerentiā magnam apud posteros gloriā peperit: cum eo accessisset: ut de animi uirtute nomen acceperit: si quidem solus inuentus sit: qui tumultuantes legiones exauctorauerit: ut suo loco ostendatur. In milites autem grauissimè animaduertit: qui forte incurrerunt aliquid: quod uideretur iniustum: ut & ipsum locis suis declarabimus. Omina imperii hæc habuit. Primū quod ea die natus est: qua defunctus uita Magnus Alexander dicitur: deinde quod in templo eius mater enixa est. Tertio quā ipsius nomen accepit: Tum præterea quod ouum purpurei coloris eadem die natum qua ille natus est. Palumbinū anicula quædam matri eius obtulit: ex quo quidem aruspices dixerunt imperatorem quidem illum: sed non diu futurum: & cito ad imperium peruerturū. Tum præterea quod tabula Traiani imperatoris: qua geniali lecto patris iminebat: dum ille in templo pareretur: in lectum eius decidit. His accessit quod nutrix ei olympias data est: quo nomine mater Alexandri appellata ē. Nutritor Philippus prouenit casu unus ex rusticis: quod nomen patri Alexandri Magni fuit. Fertur de primâ natalis toto die apud arcem Cælärem stella primæ magnitudinis uisa: & sol circa domum patris eius fulgido ambitu coronatus cū eius natalem aruspices cōmendarent: dixerunt eum summā rerum tēturū: iccirco quod hostiæ de ea uilla quæ esset Seueri imperatoris ad ductæ essent: & quas in illius honorem colōni parassent. Nata in domo Laurus iuxta perfici arborem intra unum annum perfici arborem uicit. Vnde etiam coniectores dixerunt perfas ab eo esse uincendos. Mater eius pridie quæ pareret: somniauit se puerum dracunculū parere. Pater eadem nocte in somniis uidit alis se Romanæ uictoriæ quæ in senatu ad cælum uehi. Ipse cum uatem consuleret de futuris: hos acceperit dicitur uersus. Adhuc paruulus & primum quidē sortibus Te manet imperium cæli terræque. Intellectum est quod inter diuos etiam referretur. Te manet imperium quod tenet imperium. Ex quo intellectum est. Romani illum imperii principem futurum. Nam ubi est imperium nisi apud romanos: quod tenet imperium. Et hæc quidem de græcis uersibus sūt prodita. Ipse autē cum parentis hortatu animū a philosophiā & musica quæ alias artes trauderetur: Virgili sortibus huiusmodi illustratus est: Excudent alii spirantia mollis æra Credo equidem uiuos ducent de marmore uultus. Orabunt causas melius cælique meatus. Describent radio: & surgentia sydera ducent. Tu regere imperio populos romane memento. Hæc tibi erunt artes: pacique imponere morem. Parcere subiectis & debellare superbos. Fuerunt multa alia signa quibus principem humani generis esse constaret. Nihil ardor oculorum & diutius intuentibus grauis: & diuinitatis frequentissima in rerum memoria singularis: quā nemo nicoacholius ferebat ad iuram. Et cum puer ad imperium peruenerit: se cuncta cum matre: ut & illa uideretur pariter imperare mulier sancta sed auara & auri atque argenti cupida. Vbi ergo Augustum agere cœpit imperium: primū remouit iudices oēs a rep. & a ministeriis atque muneribus: quos ipse ille Heliogabalus ex genere hoium turpissimo puererat. Deinde senatū & equestre ordinē purgauit. Ipsas deinde tribus: & eos qui militariibus uirtutibus prærogatiuis purgauit. Et palatium suū comitatūque oēm abiectis ex aulico ministerio cūctis obscenis & ifambibus: nec quæquā passus est eē in palatinis: nisi necessariū hoīem iure iurādo deinde cōstrinxit: ne quæ ascriptū id est uagatū hēret: ne annonis rep. grauaret dicēs malū papillū eē impatorē: quæ ex uisceribus puincialium hoies nō necessarios nec reip. utiles pasceret: fures iudicare iussit. In ciuitatibus uel in nunquā uideri: & si eēnt: nisi deportari p rectores puinciarū. Annonā militū diligēter inspexit tribunos qui stellaturas militibus aliquid tulissent: capitali pœna affecti. Occiso Heliogabalo ubi primū fecisset & tēplare reliqua deferenda. In iocis Alexāder dulcissimus fuit: i fabulis amabilis: i cōuiuuiis comis ita: ut quisque posceret: quæ dūellet. Ad aurū colligēdū attētus: ad seruādū cautus: ad iueniēdū sollicitus: sed sine

Alexander magnus  
Traianus  
Genialis lectus  
Olympias  
Philippus

Nicoacholius emendo  
nisi Acholius. De Acholius  
lio uitaru scriptore  
charta sequenti

Papillus

conuulq̄ excidio. Syrum se dici uolebat: sed a maioribus Romanum. Et stēma generis depinxerat: quo ostendebatur genus eius a Metellis descendere. Rhetoribus: grāmaticis: medicis artu spiciibus: mathematicis: mechanicis: architectis salaria instituit. Et auditoria decreuit: & discipulos cum annonis pauperum filios modo ingenuos dari iussit. Etiam in prouinciis oratoribus forensibus multū detulit: plerisque etiam annonas dedit: quos constitisset gratis agere. Leges in annos firmauit: easque etiam ipse diligentissime seruauit. Theatralia spectacula sæpe obiit. Theatrum Marcelli reficere uoluit: multis ciuitatibus: quæ post terræmotus deformes erant: sumptus ad instaurationem operum & publicorum & priuatorum pecuniam ex uectigalibus dedit. In templis sane nunquā præter quattuor aut quinque argenti libras: auri negutulam quidem: aut bracteolam posuit susurrans uersum Persii: In sanctis quid facit aurum? Expeditiones bellicas habuit: de quibus ordine suo edisseram. Primum tamen eius cōsuetudinem dicam de rebus uel tacendis uel prodendis. Tacebantur secreta bellorum: itine rum autem dies publice proponebantur: ita: ut edictum penderet ante menses duos: in quo scriptum esset illa die: illa hora ab urbe sum exiturus. Et si diu uoluerint: in prima mansione mansurus. Deinde per ordinem mansiones: deinde statuæ: deinde ubi annona esset accipienda. Et id quidem eo usque quandiu ad fines barbaricos uenirentur. Et iam enim inde tacebatur: & omnes ambulabant: ita ne dispositionem Romanam barbari scirent: Certum est autē eum nunquā id quod proposuerat: fecellit: cum diceret: Nolle ab aulicis suas uendi dispositiones: quod factum fuerat sub Heliogabalo cum ab eunuchis omnia uenderentur. Quod genus hominum iccirco secreta omnia in aula esse cupiunt: ut soli aliquid scire uideantur. Et habent unde uel gratiam uel pecuniam requirant. Et quia de publicanis dispositionibus mentio cōtingit: ubi aliquos uoluisse uel rhetores prouinciis dare: uel præpositos facere uel procuratores: id est rationales ordinare. Nomina eorum proponebat hortans populū: ut si quis quid haberet criminis probaret manifestis rebus: si non probasset: subiret pœnam capitis: Dicebatque graue esse cum id christiani & iudæi facerent in prædicandis sacerdotibus qui ordinandi sunt: non fieri in prouinciarum rectoribus: quibus & fortunæ hominum committerentur & capita. Assessores salaria instituit: quauis sæpe dixerit eos esse promouendos: qui per se remp. gerere possent non per assessores: addens militares habere suas administrationes habere litteratos. Et ideo unumquēque hoc agere debere: quod nosset thesauros repertos his qui reppererant donauit: & si multi essent: addidit his eos quos in suis habebat officiis: cogitabat secū & descriptū habebat: cui quid præstitisset: & si quos sciret uel nihil petisset uel non multum: unde sumptus suos augerent: uocabat eos: & dicebat. Quid est cur nihil petis? an me tibi uis fieri debitorem: perēne priuatus de me queraris. Dabat autem hæc in beneficiis: quæ famam eius non læderent bona punitorum. Sed nunquā cum auro: argento: uel gemmis nam id omne in ærarium reponebat. Dabat præposituras locorum ciuiliū non militū: dabat eas administrationes: quæ ad procuraciones pertinerent. Rationales cito mutabat: ita ut nemo nisi annum compleret: eosque si boni essent: oderant malum necessarium uocans. Præfides uero proconsules & legatos nunquā fecit ad beneficium sed ad iudicium uel suum uel senatus. Milites expeditionis tempore sic disposuit: ut in mansionibus annonas acciperent: nec portarent cibaria decem & septem ut solent dierum nisi in barbarico: quauis & illic multis eosdem atque camelis adiuuerit: dicens milites le magis seruare quam seipsum: quod salus publica in his esset. Aegrotantes ipse uisitauit per tentoria: milites etiam ultimos & carpentis uexit: oibus a diuuit. Et si forte grauius laborassent: per ciuitates & agros patribus familiaribus hominibus & sanctioribus matronis eo distribuere: reddens impendia: quæ fecissent: si uel conualuissent illi: seu perissent. Cum quidā Quinius Camillus senator antiquæ familiæ delicatissimus rebellare uoluisset tyranni dem affectans: eique nunciatum esset: ac statim perbatum: ad palatium eum rogauit: eique gratias egit: quod curam reip. quæ recusantibus bonis imponeretur: sponte reciperet. Deinde ad senatum pcessit: & timentem ætate consciētiae tabe confectum participem imperii appellauit. In palatium recepit: conuiuio adhibuit: ornamentis imperialibus & melioribusque ipse utebatur: affecti. Et cū expeditio barbarica esset nūciata uel ipsum si uellet ire: uel ut secū proficisceretur: hortatus est. Et cū ipse pedes iter faceret: illum inuitauit ad laborem: quem post quinque milia cunctantē equo sedere iussit: Cūque post duas mansiones equo etiam fatigatus eēt: carpēto iposuit. Hoc quoque seu timore seu uere respuētē abdicantē q̄tiam iperitū & mori paratū dimisit. Cōmēdatūque militibus a quibus Alexāder unice amabatur: tutū ad uillas suas ire pcepit: i quibus diu uiuit. sed post iussu iperatoris occisus ē: quā ille militariseēt & a militibus amatus. Scio uulgū hanc rem quā cōtexui Traiani putare: sed neque in uita eius id Marius Maximus ita exposuit: neque Fabius Marcellinus: neque Aurelius Verus: neque Statius Valēs quōm eius uitam i lras miserūt Contra autem & Septimius & Acholius & Encolpius uita scriptores cæterique de hoc talia

Arcena fixa  
urbs  
Marcelli the  
atru  
Persij  
Bracteola

Quinius Camillus

Fabius Marcellinus  
Aurelius uerus  
Statius ualens  
Septimius  
Acholius  
Encolpius

prædicarunt: quod ideo addidi: ne quis vulgi magis famam sequeretur quam historiam: quæ rumore utique vulgi uerior reperitur honores iuris gladii nunquam uendi passus est di...

Dexippus historicus
Popinarij Martiani
Argyraspidas
Chrysoaspidas
Phalangarum
Vlpianus
Prandi præteritu
Quod tibi no uis alteri ne feceris
Herodianus
Pulchru
Apparitors

se instituunt. Hoc ego diutius feram: & non eos capitali dedam supplicio? Tumultus post hoc ortus est: atque iterum qui in concione estis uocem in bello contra hostem non contra imperatorem uestrum necessariam certe campi doctores uestri hanc uos docuerunt: contra farmathas & germanos ac pfas emittere non contra eum: qui accepta a prouincijs libus annonam: qui uestre...

Daphne. Vrbs
Artaxerxes
Cataphractarum qui & Clibanarum
Interamnam in mesopotamia
Ille uincit qui milites regit
Herodiani improbatum fides
Furius celsus
Varius macrinus
Junius palmatus
Vlpianus Laurentz tabellæ

*Iuris consulti Alexander*

*Encolpius*

*Septimius Arabinus*

*Eleusinia sacra*

*Nota*

rique; atque ita referru ad se pceptu: leges de iure populi & fisci moderatas & infinitas sanxi neque ullam constitutionem sacrauit sine uiginti iuris peritis & doctissimis: ac sapientibus uiris: nisi denique disertissimis non minus quinquaginta: ut non minus in consilio essent sententia quam senatus consultu conficeret; & id quidem ita: ut iretur per sententias singulorum: ac scriberetur quod quisque dixisset; dato tamen spatium ad disquirendu cogitanduque priusquam dicerent: ne incogitanti dicere cogeretur de rebus ingentibus. Fuit preterea illi consuetudo: ut si de iure aut de negotio tractaret: solos doctos & ditos adhiberet. Si uero de re militari milites ueteres & senes benemeritos & locorum peritos ac bellorum & castrorum & oem litteratos & maxime eos qui historiis norant; requirent quid in talibus causis quale in disceptatione uerfabatur; ueteres ipse ratores uel Romani uel exterarum gentium fecissent. Referebat Encolpius: quo ille familiarissimo usus est; illi uero unquam furem iudice uidisset; paratum habuisse digitum: ut illi oculum erueret. Tantum odium eum tenebat: eorum: de quibus apud se pbatum esset; quod fures fuissent. Addit Septimus qui uita eius non mediocriter executus est: tanti stomachi fuisse Alexandrum in eos iudices: qui furtorum fama laborassent; etiam si dantati non essent: ut si eos casu aliquo uideret commotione a stomachi cholera euomeret toto uultu inardescere: ita ut nihil posset loqui. Nam cum quidam Septimius Arabinus famosus crimine furtorum & sub Heliogabalo iam liberatus iter senatore principem salutatum uenisset: exclamauit o maria: o Iuppiter: o dii immortales. Arabinus non solum uiuit: uerum etiam in senatum uenit; fortassis etiam de me spatium fatuum: tam stultum esse me iudicat. Salutabatur autem nomine hoc. Aue Alexander. Si quis caput flexisset: aut blaudus aliquis dixisset: uti adulator; uel abictebatur: si loci eius qualitas pateretur: uel ridebatur ingenti cachino: si eius dignitas grauiori subiaceret non posset iniuriarum. Salutatio confisum obtulit oibus senatoribus: atque adeo nisi honestos & bone fame homines ad salutationem non admisit. Iussitque que admodum in eleusinis facris dicitur: ut nemo ingrediatur: nisi qui se innocentem nouit. Per pconem edixit: ut nemo salutaret principem: qui se fure esse nosset: ne aliquando detectus capitali supplicio subderetur. Ipse adorari se uetuit: cum iam coepisset Heliogabalus adorari regum more pforum. Erat preterea hac illius sententia solos fures de paupertate conqueri: dum uolunt scelera uitae suae tegere. Idem addebat sententiam de furibus notam: & graece quidem quae latine hoc significat. Qui multa rapuerit: pauca suffragatoribus dederit: saluus erit. Quae graece talis est.

praef. praet. sibi ex tenatus auctoritate constituit praef. ubi a senatu accepit: alterum praef. praet. fecit: qui ne fieret; etiam fugerat dicens inuitos non ambientes in remp. collocados; senatore nunquam sine oium senatorum qui aderant consilio fecit: ita ut per sententias oium crearetur: testimonio dicerent summi iuri: ac si fessis uel testes uel hi qui sententias dicebant. Postea in ultimum reuerentur locum ciuium condonatione adhibita quasi falsi rei approbati sine ullius indulgentiae proposito. Idem senatores non nisi ad summorum in palatio uirorum suffragium fecit dicens magnum uirum esse oportere qui faceret senatore. Idem libertinos nunquam in equestre locum redegit afferens seminarium senatorum equestre locum esse. Moderationis stata fuit: ut nemo unquam ab eius latere submoueretur: ut oibus se blandu affabilem que pberet: ut amicos non solum primi ac secundi loci: sed etiam inferiores agrotantes uiferet: ut sibi ab oibus libere quae sentiebant dici cuperet: & cum dictum esset: audiret. Et cum audisset: ita ut resposcebat emendaret: atque corrigeret. Sin minus bene factum esset; aliquid etiam ipse conuinceret; idque in factum & sine amaritudine pectoris consensus oibus semper offerret; praeter eos quos furtorum densior fama pstrinxerat: de absentibus semper requireret. Denique cum ei obicerent nimirum amicitiam & Mamea mater & uxor Memia Sulpicii consularis uiri filia Catuli neptis; & saepe diceret molliorem sibi patrem & contemptibilem imperii fecisti: ille respondit. Sed fecurriorem atque diuturniore. Dies denique nunquam transit; quin non aliquid mansuetum; ciuile: piuum faceret; sed ita: ut aeternum non euerteret. Condonationes raras esse iussit. Et quae factae fuerant non indulsit. Vectigalia ciuitatibus ad proprias fabricas deputauit. Foenus publicum trientarium exercuit: ita ut pauperibus plerisque sine usuris pecunias dederit ad agros emendos reddendas de fructibus praef. praet. suis senatoriam addidit dignitatem: ut uiri clarissimi & essent; & dicerentur: quod antea uel raro fuerat: uel oio non fuerat eo usque: ut si quis imperatorem successorem praef. praet. dare uellet: latius ei dem per libertum immmitteret: ut in multorum uita Marius Maximus dixit: Alexander autem iccirco senatores esse uoluit praef. praet. ne quis non senator de Romano senatore iudicaret. Milites suos sic ubique sciuit: ut in cubiculo haberet breues & numerum & tempora militantium; semperque cum solus esset & rationes eorum & numerum & dignitates & stipendia recenseret: ut esset ad oia instruendissimus. Denique cum inter militares aliquid ageretur: multorum dicebat & nomina. De pmouendis etiam sibi annotabat: & legebat cuncta pietacia; & sic faciebat diebus etiam pariter annotatis: & quae

*Memmia Sulpicia Catulus*

*Trientarium foenus exercuit alexander*

*Marius Maximus*

*Practia*

& qualis esset insinuante promotus: comeatum populi Romani sic adiuit: ut cum frumeta Heliogabalus euerteret: uicem de propria pecunia loco suo reponeret. Negociatoribus ut Romam uolentes concurrerent: maximam immunitatem dedit. Oleum quod Seuerus populo dederat: quodque Heliogabalus iminuerat: turpissimis hominibus praefecturam annona tribuendo integrum restituit. Ius conferendi rationes quod ipse uoluerat: hic oibus reddidit: mechanica opera Romae plurima instituit. Iudaeis priuilegia reseruauit. Christianos esse passus est. Potificibus tamen detulit: & quindeci uirum atque auguribus: ut quasdam causas sacrorum a se finitas iterari & aliter discingi pateretur. Praefides puinciarum: quos uere non factionibus laudari coperit: & in itineribus secum semper in ueliculo habuit: & muneribus adiuit dicens & fures a repellendos ac pauperandos: & integros esse redimendos atque ditandos. Cum edulitate. P. R. ab eo peteret: interrogauit per Curionem quam speciem caram putarent. Illi continuo exclamauerunt carnem bubulam atque porcina: Tunc ille non quidem edulitatem proposuit: sed iussit ne quis summat occideret: ne quis lactantem; ne quis uaccam; ne quis damalionem: tantumque intra biennium uel per annum porcinae carnis fuit & bubula: ut cum fuisse ommunalis libra: ad duos unquemque utriusque carnis libra redigeretur. Causas militum contra tribunos sic audiuit: ut si aliquis repperisset tribunorum in crimine profecti qualitate sine indulgentiae proposito puniret. De omnibus hominibus per fideles homines suos semper quaesuit. Et per eos quos nemo nosset hoc ageret: cum diceret oes praeda corrumpi posse. Seruos suos semper cum seruili ueste habuit: liberos cum ingenuorum. Eunuchos de ministerio suo abiecit: & uxori: ut seruos seruire iussit. Et cum Heliogabalus mancipium eunuchorum fuisset: ad certum numerum eos redexit: nec quicquam in palatio curasset: nisi balneas foeminarum: cum plerisque eunuchos rationibus & pcurationibus proposuisset Heliogabalus. Hic illis & ueteres sustulit dignitates. Idem tertium genus hominum eunuchos esse dicebat: nec uidendum: nec in usu habendum a uiris: sed uix a foeminis nobilibus. Qui de eo sumum uendiderat: & a quodam militari centum aureos acceperat: in crucem tolli iussit: per eam uiam qua esset seruis suis ad suburbana impatoria iter frequentissimum: puincias: gestorias: psidales plurimas fecit. Proconsulares ex senatus uoluntate ordinauit. Balnea mixta Romae exhiberi phibuit: quod quidem iam ante phibitum Heliogabalo fieri permiserat. Lenorum uestigal & meretricum & exoletorum in sacrum agrarium inferri uetuit: sed sumpris publicis ad instaurationem theatri: circi: amphitheatri & aetarii deputauit. Habuit in aia ut exoletos uetare: quod postea Philippus fecit: sed ueritus est ne phibens publicum decus in priuatis cupiditates conuerteret: cum homines illicita magis poscant: phibitaque furore persequantur. Brachiarorum: linteonum: uitrariorum: pallionum: plaustrariorum: argentariorum: aurificum: & caeterarum artium uestigal pulcherimum instituit: ex eoque iussit thermas & quas ipse fundauerat & superiores populi usibus exhiberi: si uas etiam in thermis publicis deputauit. Addidit & oleum luminibus thermarum: cum antea non ante aurora pateret: & ante solis occasum clauderentur. Huius imperium incruentum quidam litteris tradiderunt: quod non est. Nam & Seuerus est appellatus a militibus ob austeritatem: & in aia uersionibus asp in quibus da fuit. Opera ueterum principum restaurauit: ipse noua multa constituit. In his thermas nois sui iuxta eas quae Neronianae fuerunt aqua inducta: quae Alexandrina nunc dicitur nemus thermis suis de priuatis aedibus suis quas emerat: diruptis aedificiis fecit. Oceani solium primus inter principes appellauit: cum Traianus id non fecisset: sed diebus tota deputasset. Antonini Caracalli thermas ad ditis fortionibus praefecit: & ornauit. Alexandrinum opus marmoris de duobus marmoribus hoc e porphyretico & lacedaemonio primus instituit in palatio exornatis. Hoc genere marmorum in statuas colossas in urbe multas locauit artificibus undique coquisit. Alexandri habitu numeros plurimos fugrauit. Et quidem electros aliquantos: sed plurimos tamen aureos. A mulieribus famosis matrem & uxorem suam salutari uetuit. Conciones in urbe multas habuit more ueterum tribunorum & consulum. Congiarium populo ter dedit donatum militibus: ter carnem populo addidit. Usuras foeneratorum contraxit ad trientes: pensiones etiam pauperibus consulens senatores si foenerarentur usuras accipere primo uetuit: nisi aliquid muneris ca acciperent. Postea tamen iussit: ut semisses acciperent donum: munus tamen sustulit. Statuas summorum uirorum in foro Traiani collocauit undique translatas. Paulum & Vlpianum in magno honore habuit: quos praefectos ab Heliogabalo alii dicunt factos: alii ab ipso. Nam & consiliarius Alexandri & magister scrini Vlpianus fuisse phibetur: qui tamen ambo assessores Papiniani fuisse dicuntur. Basilicam Alexandrinam instituerat inter campum Martium & septem agrippiana in lato pedum centum in longo pedum mille: ita ut tora colonis penderet: quam efficere non potuit morte praeventus. Ilim & Serapium decem ter ornauit additis signis & deliacis & oibus mysticis. In matrem Mameam unice pius fuit: ita ut Romae in palatio faceret dietas nois Mameae: quas ipse uulgus hodie ad Mameam

*Christianos ei passus - Alexander*

*Damalhone*

*Fumum uendiderat*

*Aetarii sacrum*

*Philippus*

*Bracharia  
Linteones  
Vitrarij  
Palliones  
Plaustrarij  
Argentarij  
Aurifices*

*Alexandri na aqua  
Oceani solium*

*Mameae la*

*Porphyreti cu marm*

*Paulus Vlpianus*

*Traiani for*

*Basilica alexandrina*

*Aegyptiam septa*

*Dietas*

*Dietas*



uocat. Et in Baiano palatiū cum stagno: quod Mameanoie hodieque ceteretur. Fecit & alia in Baiano opera magna in honorem affinium suorum: & stagna stupenda admissio mari pontes quos Traianus fecera restituit pene in omnibus locis. Aliquos etiam nouos fecit: sed instauratis nomen Traiani referuauit. In animo habuit omnibus officiis genus uestitū propriū dare: & omnibus dignitatibus: ut a uestitu dignosceretur. Et omnibus seruis: ut in populo possent agnosci: ne quis seditiosus esset: simul ne serui ingenuis misceretur. Sed hoc Vlpiano Pauloque displicuit dicentibus plurimarū rixarū fore: si faciles eēt hoīes ad iniurias. Tum satis esse constituit: ut equites Romani a senatoribus clauis qualitate discernerentur. Penulis intra urbem frigus causa ut fenestrae uterentur: permisit: cum id uestimēti genus semper itinerarium aut pluuia fuisset. Matronas tamen intra urbem penulis uti ueluit: in itinere permisit. Facundia fuit graeca magis q̄ latina: nec uersu iuuentus. Et ad musicam pronus: matheos peritus. Et ita quidem: ut ex eius iussu mathematici publice proposuerit Romae acti sint progressi: ut docerent. Haruspicina quoque peritissimus fuit: orneoscopus magnus ut & uascones & hispanorum & Pannoniorum augures uicerit. Geometriam fecit: pinxit mirre: cantauit nobiliter: sed nunq̄ alio cōscio nisi pueris suis testibus. Vitas principum bonorū uersibus scripsit. Lyra: tibia: organo cecinit. Tuba etiam: quod quidē imperator nunq̄ ostendit. Palestes primus fuit: in armis magnus: adeo ut multa bella & gloriose gesserit. Consulatum ter in itinē ordinariū: ac primo nundinio sibi alios semper succedit. Seuerissimus iudex contra fures: appellans eos dem quotidianorum scelerum reos: & damnans acerrime ac solos hostes inimicosque reip̄. uocans. Eum notarium qui falsum causae breuem in consilio imperatorio rettulisset: incisus digitorum neruis: ita ut nunq̄ posset scribere deportauit. Cū quidam ex honoratis uitae sordidae & aliquando furtorū reus per ambitionem nimiam admilitiam aspirasset: iccirco quod per reges amicos ambierat: admittus statim in furto praesentibus patronis detectus est: iussusque a regibus audiri dānatus est reprobata. Et cum quareteretur a regibus quid apud eos paterentur fures: illi responderunt. Crucē. Ad eorū rīsum in crucē sublatus ē: ita & patris auctoribus dānatus abitor est: & Alexandri quā p̄cipue tuebatur seruata clamētia ē. Statuas colossas uel pedestres nudas uel eq̄stres diuisi p̄toribus in foro diuisi Neruae: q̄d trāsitorū dī: locauit oībus cū titulis & colūnis aereis: q̄ gestorū ordinē cōtinerent exemplo Augusti: qui summorum uitorum statuas in foro suo marmore collocauit ad ditis gestus. Volebat uideri originem de romanorum gente trahere: quia eum pudebat syru dici: maxime quod quidam tempore festo: ut solent Anthienses: agyptii: alexandri: laecellitatus erat conuiciolis: & syrum archisynagogum eum uocantes & archierum. Anteq̄ de bellisetis & expeditionibus & uictoriis loquar: de uita quotidiana & domestica pauca disseram. Vt uiuendi eidem hic fuit: primum ut si facultas esset: id est si non cum uxore cubuisset: matutinis horis in latio suo in quo & diuos principes sed oprimos electos & aīas sanctiores: in quibus & Apollonius: & quantum scriptor suorum temporū dicit: Christum: Abraham: & Orpheum: & huiusce deos habebat: ad maiorum effigies rem diuinam faciebat. Si id nō poterat pro loci qualitate uel uestebatur: uel piscabatur: uel deambulabat: uel uenabatur. Dehinc si hora permitteret: actibus publicis post multam operam dabat: iccirco quod & res bellicae & res ciuiles: ut superius dictum est per amicos tractabantur: sed sanctos & fideles: & nunq̄ uenales: & tractatae firmabantur: nisi quid noui etiam ipsi placeret. Sane si necessitas cogere: ante lucem actibus operam dabat: & in longam horam producebat: neque unq̄ tedia uit aut morosus: aut iratus sefedit: fronte semper pari & laetus ad omnia. Erat enim ingēns prudentia: & cui nemo posset imponere: Et quem si aliquis urbane tēptare uoluit: itellectus rulit poenas. Post actus publicos seu bellicos seu ciuiles lectioni graecae operam maiorem dabat de republica libros Platonis legens. Latina cum legeret: non alia magis legebat: q̄ de officiis Ciceronis & de rep. Nonnunq̄ & oratores & poetas: in quibus Serenum Ammonicum quē ipse nouerat & dilexerat: & Horatium. Legit & uitam Alexandri: quem praecipue imitatus est: & si in eo condēnabat ebrietatem & crudelitatem in amicos: quis utrūque defendatur a bonis scriptoribus: quibus saepius ille credebatur. Post lectionē operam palaestrae aut pheristerio: aut cursui: aut luctaminibus mollioribus dabat. Atque inde unctus lauabatur: ita ut caldarii uel nunq̄ uel raro piscinis semper uteretur: in eaque una hora prope maneret. Biberet etiam frigidam claudiam ieiunus ad unum prope sextarium. Egressus balneas multum lactis & panis sumebat: oua deinde mulsit: atque his refectus aliquando praedium inibat: aliquando cibum usque ad coenam differebat: prandit tamen saepius. Vt usque est Hadriani te trapharmacofre quenter: de quo in libris suis Marius Maximus loquitur: cum Hadriani dixerit uitam. Post meridiana hora subscriptioni & lectioni epistolarum semper dedit operam: ita ut ab epistolis libellis & a memoria semp̄ assisterent. Nonnunq̄ etiam si stare per ualitudinem non possent: se derent: relegendis cuncta librarijs: & his qui scrinium gerebant:

Penula ad que usum  
Orneoscopus  
Vascones hispaniae  
Alexandri  
Alexander seuerus  
imperator uitas bonorum principum uersibus composuit  
Nundinio  
Nexus fori quod & trāsitoriu  
Laciu  
Apolloni  
Christus  
Abraham  
Orpheus  
Plato  
Serenus ammonicus  
Spheristerio  
Horatius  
Claudia aqua  
Prandit  
Tetrapharmacon  
Hadrianus

ita ut Alexander sua manu adderet: si quod esset addendum: sed ex eius sententia q̄ disertior habebatur. Post epistolas omnes amicos simul admisit: cum omnibus pariter est locutus: neque unq̄ solum quēq̄ nisi p̄fectum suum uidit. Et quidē Vlpianum & assessores semper suos causa iusticiae singularis. Cum autē alterum adhibuit: & Vlpianum rogari iussit. Virgiliū autē Platonem poetarū uocabat: eiusque imaginē cum Ciceronis simulacro in secundo Iarario habuit: ubi & Achillis & magnorum uitorum. Alexandrum uero Magnum inter optimos & diuos in Iarario maiore consecrauit. Iniuriam nulli unquam amicorum comitumue fecit: nec magistris quidem aut principibus officiorum. Praefectis autem semper deuitulit assensum qui mereatur iniuriam pari ab imperatore damnandum esse nō dimittendum. Si unquam alicui praesentium successorem dedit: semper illud addidit: gratias tibi agit resp̄. eumque muneratus est ita: ut priuatus pro loco suo posset honeste uiuere. His quidem muneribus: agris: bobus: equis: frumento: ferro impendit ad faciendam domum marmoribus adornandam & operis quas ratio fabrica requirebat. Aurum & argentum raro cuiq̄ nisi militi diuisit: nefas esse dicens: ut dispendator publicus in delectationes suas & stiorum conuerteret id: quod prouinciales dedissent. Aurum negociatorium & coronarium Romae remisit. Fecit Romae curatores urbis quattuordecim: sed ex cōsulibus ueros quos audire negocia urbana cum p̄fecto urbis iussit: ita ut omnes aut magna pars adessent: cum acta fierent. Corpora omnium constituit uinariorū: lupinariorū: caligariorū: & oīo omniū artium. Hisque ex sese defensores dedit: & iussit quid ad quos iudices pertineret. Scenicis nunq̄ aurū: nunq̄ argentum: uix pecuniā donauit. Pretiosas uestes quas Hellogabalus dederat: ēstulit. Milites quos ostentationales uocant: non pretiosos sed speciosos claris uestibus ornabat: nec multū insignia aut ad apparatus regium auri & serici deputabat: dicens imperiū in uirtute esse nō in decore. Clamydes hyrtas Seueri & tunicas a femas uel macrocheras ex purpura nō magna ad usum reuocauit suum. In conuiuio aurū nescit: pocula mediocria sed nitida semper hūit ducentarū librarum argēti pondus ministerium eius nunq̄ transtulit. Nanos & nanas & moriones: & uocales exoletos: & omnia acrosmata & pantomimos populo donauit: qui aut usui non erant: singulis ciuitatibus putauit alēdos singulos: ne grauaentur specie mendicorū. Eunucho quos Hellogabalus & in cōsiliis turpibus habebat & pmouebat: donauit amicis ad dito elogio: ut si nō redissent ad bonos mores: eosdem liceret occidi sine auctoritate iudicii. Muheres infames: quarum infinitū numerum dephēderat: publicari iussit: exoletis omnibus deportatis: aliquibus etiā nuufrago meritis: cum quibus illa clades consuetudinem habuerat funestissimam. Auratam uestē ministrorum uel in publico conuiuio nullus habuit. Cū inter suos conuiuaretur: aut Vlpianū aut doctos hoīes adhibebat: ut haberet fabulas litteratas: quibus se recreari dicebat: & pasci. Habebat cum priuatim conuiuaretur & librū in mēsa & legebat: sed graeca magis. Latinos autē poetas lectitabat: publico cōuiuio ea simplicitate egit: qua priuata: nisi cum numerus accubantiū crescebat & multitudo conuiuarum: qua ille offēdebatur dicens se in theatro & circo manducare. Oratores & poetas nō sibi panegyricos dicentes: quod exēplo Nigri Pescennii stultum dicebat: sed aut orationes recitantes: aut facta ueterū: quos ante rettuli: libenter audiuit: libentius nō: si quis ei recitauit Alexandri magni laudes: aut meliorum retro principū: aut magnorum urbis Romae uitorum. Ad Ethez neum audiendorum & graecorū & latinorum rhetorum uel poetarū causa frequenter profertur. Audiuit autē etiam forenses oratores causas recitantes: quas uel apud ipsum: uel apud p̄fectos urbis egerant. Agoni praesedit: & maxime herculeo i honorem Magni Alexandri. Solus post meridiem uel matutinis horis iccirco nunq̄ aliquos uidebat: q̄d emēritos de se multa cognouerat. Speciatim Verconium Turinū: quem cum familiarem habuisset: ille oīa uel fingendo sic uendiderat: ut Alexandri q̄stulisti hoīs: & quem ille i potestate hēret: & cui multa persuaderet: infamaret imperiū. Sicque omnibus persuaserat: quod ad nutum suum oīa faceret. Denique hac illum arte deprehendit: ut quēdā immitteret: qui a se quiddam publice peteret: ab illo aut occulto quasi p̄sidium postularer: ut p̄ eo Alexandro secreto suggereret. Quod cum factum esset: & Turinus suffragium promississet: dixissetque se quaedam imperatori dixisse cum nihil dixisset: sed in eo pendere: ut adhuc impetraret euentum uendens: cumque iterum iussisset Alexander interpellari: & Turinus quasi agens aliud nutibus annuisset: neque tamen interim quicq̄ dixisset: impetratū autem esset quod petebatur. Turinusque ab illo qui meruerat fumi uenditor ingentia praemia percepisset: accusari cum Alexander iussit: probatusque per testes oībus & quibus praesentibus quid accepisset: & quibus audientibus q̄d promississet: in foro trāsitorio ad stipitem illum ligari praecipit & fumo apposito quem ex stipulis atque humidis lignis fieri iusserat: necauit p̄cone dicente: Fumo punitur: qui uendit idit fumū. Ac ne in una tm̄ causa uideretur crudelior fuisse: quaesiuit diligētissime anteq̄ eum dānaret: & inuenit Turinum saepe & in causis ab utraque parte accepisse: cū euen

Vlpianus  
Achillis  
Lorenciu  
Muneratus  
Vinariorū  
Lupinariorū  
Caligariorū  
Hirtes Chlamydes  
A fema Chlamydes  
Macrochera  
Elogio  
Atheneu  
Verconius turinus  
Fumi uenditor  
Fumo punitur qui uendit fumū

tus uenderet: & ab omnibus qui aut praeposuras aut puincias acceperant. Spectacula frequenter cum summa donandi parsimonia: dicens & scaenicos & uenatores & aurigas sic alēdos: quasi seruos nostros aut uenatores: aut muliones: aut uoluptarios: conuiuium neque opimū neque nimis parcum: sed nitoris summi fuit: ita tamen ut pura mantilia mitterentur. Sepius cocco clauata: aurata uero nunquam cum haec haberet Heliogabalus iam cepisset: & ante ut qui dam praedicant: Hadrianus habuisset: Vnus conuiuii diurnus hic fuit. Vini ad totum diem sextarii triginta: panis mundi pondus triginta: panis sequentis ad donandum pondus quinquaginta. Nam semper de manu sua ministris conuiuui & panem & partes aut holerum: aut carnis aut leguminum dabat senili prorsus maturitate patrem familias agens. Erant decreta & carnis diuersae pondus triginta: erant & gallinae ouae: adhibebatur & anser diebus festis. Kalendis autem ianuariis & hilariis matris deum & ludis apollinaribus & louis epulo & saturnalibus & huiusmodi festis diebus fasianus: ita ut aliquando & duo ponerentur additis gallinaceis duobus: leporem quotidie habuit. Venationem frequentē sed eā cum amicis diuidebat: & his maxime: quos sciebat per se non habere. Nec diuitibus quicquam talium munerum misit: sed ab his semper accepit: habuit quotidie ex nullis sine pondere sextarios quattuor: cum pipere duo: & ne sit longum omnia inferere: quae Gargilius Martialis eius temporibus scriptor singulatim persecutus est: omnia illi ad modum & rationem sunt praebita. Pomis uāhementer indulgit: ita ut secunda mensa illi saepius poneretur: unde et iocus extitit. Non secundam mensam Alexandrum habere: sed secundum. Ipse cibo plurimo reficiebatur: uino neque parca: neque copiose: affatim tamen. Friga semper pura usus: & aestate uino cum rosa condito Heliogabali tenuerat. Et quoniam de lepulculis facta est mentio: quod ille leporem quotidie haberet: iocustus poeticus emerit: iccirco quod multi septem diebus pulchros esse dicunt eos: qui lepore comederint: ut Martialis coci epigramma significat: quod contra quandam Gelliam scripsit huiusmodi. Cum leporem mittis semper mihi Gellia mandas Septem formosus Marce diebus eris. Si uerum dicis: si uerum Gellia madas Edisti nunquam Gellia tu leporem. Sed hos uerus Martialis in eam: quae deformis esset composuit. Poeta uero temporum Alexandri haec in eum dixit. Pulchrum quod uides esse nostrum regem. Quem syrum detulit ppago: uenatus fecit: & lepus comesus. Ideoque continuum capit leporem. Hos uerus cum ad eum quidam ex amicis detulisset: respondisse ille dicitur graecis uersibus in hanc sententiam. Pulchrum quod putas esse regem uulgau miserande de fabella: si uerum putas esse: non irascor: tantum comedas uelim lepulculos: ut fias animi malis repulsi pulcher: nec inuideas liuore mentis: Cum amicos militares habuisset: ut usum Traiani quem ille post secundam mensam potandi usque ad quinque pocula instituerat referuaret: unum tantum poculum amicis exhibebat in honorem Alexandri Magni: id autem breuius nisi si quis quod licebat maius habere possitula sset. Vnus Veneris in eo moderatus fuit. Exoletorum ita expers: ut quem admodum supra diximus: legem de his auferendis ferre uoluerit. Horrea in omnibus regionibus publicis addidit: quae forte non habebant. Nam hodieque multa dicuntur Alexandri. Fecit & domos pulcherrimas: easdemque amicis suis maxime integris uisris donauit. Vectigalia publica in id contraxit: ut qui decem aureos sub Heliogabalo praestiterat: tertiam partem auri praestarent: hoc est tricesimam partem. Tuncque primum semisses aureorum formati sunt. Tunc et cum ad tertiam partem auri uectigal decidisset: tremisses dicente Alexandro etiam quartarios futuros: quod minus non posset. Quos quidem iam formatos in moneta detinuit: expectans ut si uectigal contrahere potuisset: & eosdem ederet. Sed cum non potuisset per publicas necessitates: consilari eos iussit. Et tremisses tamen solidosque formari: formas binarias: ternarias & quarternarias & denarias etiam: atque amplius usque ad libras quoque & centenas. Quas Heliogabalus inuenerat resoluī praecipit: neque in usu cuiusquam uersari: atque ex eo his materiae nomen inditum est: cum diceret plus largiendi hanc esse imperatori causam: si cum multis solidos minores dare possit dans decem uel amplius: una forma triginta & quinquaginta & centum dare cogere tur. Vestes sericas ipse raras habuit: holosericas nunquam induit: subsericam nunquam donauit. Diuitiis nullis inuidit. Pauperes iuuat: honoratos quos pauperes uere non per luxuriam aut simulationem uidit: semper multis commodis auxit agris: seruis: animalibus: gregibus: ferramentis rusticis. In thesauris uestem nunquam nisi annum esse passus est: eamque statim expendi iussit. Omnem uestem quam donauit ipse prospexit: Omne aurum: omne argentum: idque frequententer appendit. Donauit & ocreas & brachas & calciamenta inter uestimenta militaria. Purpurae clarissimae non ad usum suū sed ad matronarum si quae aut possent: aut uellent: certe ad uendendum grauissimū exactor fuit: ita ut alexandrina purpura hodieque dicatur: quae uulgo probiana dicitur: iccirco quod Aurelius Probus Bassus praepositus id genus muricis repperisset. Vnus est ipse clamyde coccinea saepe. In urbe tamen semper togatus fuit: & in Italiae urbibus. Praetextam & pictam

Clauata cocco

Pe

Gargilius Martialis

Holosericas  
Subsericas

Alexandrina purpura  
quae & Probiana purpura

Baphia Aurelius prob

etiam nunquam nisi consul accepit. Et eam quidem: quam de louis templo sumptam alii quoque accipiebant aut praetores aut consules. Accipit praetextā etiam cum sacra faceret: sed loco pontificis Maximi non imperatoris: boni lintheaminis appetitor fuit: & quidem puri dicens si linthei iccirco sunt: ut nihil asperum habeant: qui d opus est purpura: in lineae aurum autē mitti etiam demeritū iudicabat cum asperitati adderetur rigor. Falceis semper usus est. Brachas albas habuit non coccineas: ut prius solebant. Gemarum quod fuit uen didit & aurum in aetarium contulit dicens gemmas uiris usui non esse. Matronas autē regias contentas esse debere uno reticulo atque in auribus & baccato monili & corona cum qua sacrificiū facerent: & unico pallio auro sparso: & cyclade quae sex uncis auri plus non haberet. Prorsus censuram suis temporibus de propriis moribus gessit. Imitati sunt eum magni uiri & uxor eius matronae pernobiles. Aulicum ministerium in id contraxit: ut essent tot homines in singulis officiis: quorū necessitas postularer. Ita ut annonas non dignitatē acciperent fullones: & uestitores & pictores & pincernae omnes castrenses ministri quem admodum pestis illa instituerat: sed annonas singulas uix binas: & cum argentū in ministerio plus ducentis libris non haberet nec plures ministros: argentū & ministros antea quando poscebat: accipiebat ab amicis: quod hodieque fit si praestatur a praefectis absente imperatore. Voluptates scaenicas in conuiuio nunquam habuit: sed summa illi oblectatio fuit ut catuli cum porcellulis uideret: aut perdicēs inter se pugnarent: aut aues paruulae sursum & deorsum uolitarent. Habuit sane in palatio unum genus uoluptatis: quo maxime delectatus est: & quo sollicitudines publicas subleuaret. Nam auaria instituerat pauonum: fasianorum: gallinaceorum: anatum: perdicū etiā: hisque uāhementer oblectabatur maxime palumborum: quos habuisse ad uiginti milia dicitur: & ne eorum pastus grauariet annonā: seruos habuit uectigales: qui eos ex ouis ac pullicenis ac pipionibus alerent. Thermis & suis & ueterum frequenter cum populo usus est. Et aestate maxime balneari ueste ad palatium reuertens hoc solum imperatorū habens quod lacernā coccineā accipiebat: curforem nunquam nisi seruum suū dicens ingenuum currere nisi in sacro certamine non debere: Cocos: piscatores: fullones: & balneatores non nisi seruos suos habuit. Ita ut si quis deesset: emerit. Medicus sub eo unus palatinus salarium accepit: caeterique omnes usque ad sex fuerunt: qui annonas binas aut ternas accipiebant: ita ut mundas singulas consequeretur alias alter. Iudices cum promoueret exemplo ueterum: ut & Cicero docet: & argento & necesse fariis instruebat: ita ut praefides prouinciarū acciperent argenti pondus uinea: philasenas multos: binos: equos binos: uestes forenses binas domesticas singulas balneares singulas: aureos centenos: coccos singulos. Et si uxores non haberent: singulas concubinas quod sine his esse non possent: reddituri deposita administratione: mulas: mulos: equos: muliones: & coccos: caetera si bi habituri si bene egissent in quadruplum reddituri: si male praeter condemnationem: aut peculatus aut repetundarum leges innumeras sanxit. Carrucas Romae & rhedas senatoribus omnibus ut argentatas haberent: permisit: interesse Romanae dignitatis putans ut his tantae urbis senatores uterentur. Consules quoscumque uel ordinarios uel suspectos creauit: ex senatus sententia nominauit sumptum eorum contrahens: & nundina uetera Sardiniae instituit uel dies uel tempora. Quaestores candidatos ex sua pecunia iussit munera populo dare: sed ita ut post quaesturam praeturas acciperent: & inde prouincias regerent: aetarios uero instituit qui de area fisci ederent munera ea demque parciora. Habuit in animo ut munera per totum annum dispergeret: ut per triginta dies munus populo daretur. Sed cur id non faceret: in occulto habetur: Capitolium septimo quoque die cum in urbe esset: ascendit: templa frequentauit. Christo templum facere uoluit: eumque inter deos recipere. Quod & Hadrianus cogitasse fertur: qui templa in omnibus ciuitatibus sine simulachris iussit fieri: quae hodie iccirco quia non habent numina: dicuntur Hadriani: quae ille ad hoc parasse dicebatur: sed prohibitus est ab his qui consules sacra repperat oēs christianos futuros: si id optato euenisset: templa reliqua deserenda. Oibus nobis eā adornatus. His uero uel bene gesserat: consularia ornamenta decreta sunt additis etiam sacerdotiis & agrorum possessionibus iis qui erant pauperes & aetio iam graues. Captiuos diuersarum nationum amicis donauit: si aetas puerilis aut iuuenilis permisit. Si qui tamen regii aut nobiliores fuerint eos militiae non tamen magnae deputauit. Sola quae de hostibus capta sunt: limitaneis ducibus & militibus donauit: ita ut eorum essent: si haeres eorum militarent: nec unquam ad priuatos pertinerent: dicens attentius eos militaturos: si etiam sua rura defenderet. Addidit sane his: & animalia & seruos: ut possent colere: quod acceperant: ne per inopiam hominum: uel per senectutem possidentium desererent rura uicina barbariae: quod turpissimum ille ducebat. Post haec cum ingentis amore apud populum & senatum uiueret: & sperantibus uictoriam cunctis: & inuitis eum dimittentibus ad germanicum bellum profectus est. Deducentibus cunctis per centum & quinquaginta milia. Erat autem grauissimū reip. atque ipsi: quod germanorum uastationibus gallia di

Praetexta  
Toga picta e templo  
louis sumpta

Falceis  
Brachas  
Cyclas  
Fullones  
Vestitores  
Pictores  
Pincernae  
Perdicū  
pugna  
Pullicem  
Pipiones  
Curfores

Cicero

Forenses uestes  
Domesticae  
Balneares  
Carrucae  
Rheda  
Quaestores  
candidati

Christo tempore  
facere uoluit  
quod & Hadrianus  
cogitauit  
Limitaneos  
duces

mani generis: tot aliarū prouinciarū reperiantur improbi: impuri: crudeles: abiectioni: iniusti  
libidinosi. lam primū possum de bonorū uitorū respondere sententia: potuisse natura quæ  
ubique una mater est: bonū principē nasci. Deinde timore: quod pessimus esset occisus: hunc  
optimū factū: sed quia uerū est suggerendū: clementiæ ac pietati tuæ lecta referabo. Notū  
est illud pietati tuæ quod in Mario Maximo legisti: meliorē esse temp. & prope tutiorē i qua  
princeps malus est: ea in qua sunt amici principis mali. Siquidē unus malus potest a plurimis  
bonis corrigi. Multi autē mali non possunt ab uno quis bono ulla ratione superari. Et id qui  
dem ab homulio ipsi Traiano dictū est cum ille diceret Domitianū pessimum fuisse: amicos  
autē bonos habuisse: atque idē illū magis odio fuisse qui temp. peioris uitæ hominibus cō-  
mēdauerat: quia melius est unum malū pati: q̄ multos. Et ut ad rem redeam, Alexander qui  
dem & ipse optimus fuit. Nam hoc nemo uult nisi bōus: & optimæ matris cōsilius usus ē: ac ta-  
men amicos sanctos & uenerabiles habuit: non maliciosos: non furaces: non factiosos: non cal-  
lidos: non ad malum cōsentientes: non bonorū inimicos: non libidiniosos: non crudeles: nō cir-  
cūuentores sui: non irrisores: nō qui illum quasi fatuū circūdūcerent. Sed sanctos: uenerabi-  
les: cōuenientes: religiosos: amantes principis sui: & qui de illo nec ipsi rīderēt: nec risui esse uel-  
lent: qui nihil uenderent: nihil mentirentur: nihil fingerēt: nunq̄ deciperent existimationem  
principis sui: sed amarent. Huic accidit: quod eunuchos nec in consiliis nec in ministeriis ha-  
buit. Qui soli principes perdunt: dum eos more gentiū: aut regum perfarū uolunt uiuere: q̄  
eos a populo etiā amicissimū principē mouent: qui interruncū sunt: aliud quā respōderetur  
sæpe referentes: claudentes principē suum: & agentes ante omnia ne quid sciat: qui cum em-  
pri sint & prauī fuerint: quid tamen possunt boni sapere? Erat denique eius ipsius sententia.  
Ego de præfectorū & consularū & senatorū capitibus mancipia ære empta iudicare non patiar.  
Scio imperator Constantine quo periculo ista dicantur apud imperatorē: qui talibus seruit:  
sed salua rep. posteaq̄ intellexisti: quid mali clades ista habeant. Et quæ admodū picipes  
circūueniāt: & tu eos eo loci habes: ut nec chlamyde uti iusseris: sed de necessitatibus dome-  
sticis delegaris: iam illud in signe quod solum intra palatiū præter præfectū & Vlpianū qui  
dem neminē uidit. Nec dedit alicui facultatē uel fumorum uendendorū de se uel sibi de ali-  
is male loquendi maxime occiso Turino: qui illū quali fatuū & uacōr dē sæpe uendiderat  
His accessit quod amicos & parētes Alexander si malos repperit: aut puniuit: aut si uetus uel  
amicitia uel necessitudo non siuit puniri: dimisit a se dicens: his carior est mihi tota resp. Et  
ut scias qui uiri in eius consilio fuerint, Fabius Fabinus Sabini insignis uiri filius Cato tempo-  
ris sui: Domitius Vlpianus iuris peritissimus: Aelius Gordianus Gordiani imperatoris ipsa  
rep: uiri insignis: Iustus Paulus iuris peritissimus: Claudius Venacorus orator amplissimus: Po-  
ponius legum peritissimus: Alphenus: Africanus: Florentinus: Martianus: Callistratus: Her-  
mogenes: Venuleius: Tryphonius: Metianus: Celsus: Proculus: Modestinus. Hi oes iuris pro-  
fessores discipuli fuerunt splendidissimi: Papiniani: & Alexandri imperatoris familiares & fo-  
cii: ut scribit Acolius: & Marius Maximus Catius Seuerus cognatus eius uir oium doctissi-  
mus: Aelius Serentianus oium uir sanctissimus. Quintilius Caius Marcellus: quo meliorem  
ne historiæ quide continent. His tot atque aliis talibus uiris: quid mali potuit cogitari uel fie-  
ri cum ad bonum sentirent: Et eos quide malorū cohors depulerat qui circūueniāt Alexan-  
dri primis diebus: sed prudentia iuuenis his malis occisus atque depulsis amicitia ista san-  
cta conualuit. Hi sunt qui bonum principem suum fecerant. Et item amici mali qui Roma-  
nos pessimos etiam posteris tradiderunt suis uitiis laborantes.

Marius maximus

Homulius

Interruncū

Vlpianus

Turin) Fumorum ue-  
dendorū

Fabius Sabinus

Sabinus

Aelius gordianus

Julius paulus

Claudius benard)

Papinianus

Acolius

Marius maximus

Catilius Seuerus

Aelius Serentian)

Quintilius

Caius marcellus

Tatius Cyrellus hist-  
ricus

Micea

Ababa

Procer

**N**E fastidiosū esset clamētia tuæ Constantine Maxime singulos quosque  
picipes uel principū liberos p libros singulos legere: adhibui moderatio-  
nem qua in unū uolumen duos Maximinos patrē filiūque congererem:  
Seruauī deinceps hunc ordinē: quē pietas tua etiā ab Tatīo Cyrillo clarif-  
simo uiro: qui græca in latinū uertit: seruari uoluit: quod quidē nō i uno  
tū libro: sed ē in plurimis deinceps referuabo. Exceptis magnis impato-  
ribus: quorū res gestæ plures: atque clariore lōgiore defyderant textum  
Maximinus senior sub Alexandro ipatore enituit. Militare autē sub Seuero cepit: hic de uico  
Thraciæ uicino barbaris barbaro ē patre & matre genitus: quorū alter e Gothia: alter ex ala-  
nis genitus ē phibetur. Et patri qdē nomē Micea: matri Ababa fuisse dicitur: sed hæc noīa  
Maximinus primis tēporibus ipse pdidit. Postea uero ubi ad impium uenit: oculi præce-  
pit: ne utroque parente barbaro genitus imperator esse uideretur. Et in prima quidem pueri-  
tia fuit pastor: nonnunquam procer qui latronibus insidiaretur: & suos ab incursionibus uin-  
dicaret. Prima stipēdia equestria huic fuere. Erat enī magnitudine corporis cōspiciuus: uirtu-  
te iter omnes milites clarus: forma uirili decorus: ferus moribus: asper: supbus contemptor

Domitius Vlpianus	Hermogenes	Model- tinus	Iuris consulti alexandri ep
Julius Paulus	Venuleius		
Pomponius	Tryphonius		
Alphenus	Metianus		
Africanus	Celsus		
Florentinus	Proculus		
Martianus			
Callistratus			

ripiebatur. Pudorēque augebat: qd uictis iā parthis ea natio iminebat resp. ceruicibus: quæ  
semper etiā minusculis impatoriibus subiecta uidebatur. Magnisigitur itineribus latis mili-  
tibus contendit. Sed cum ibi quoque seditionas legiones cōperisset abiici eas præcepit. Verū  
gallicanæ mētes: ut sese habent duræ ac retrogradæ: & sæpe imperatoribus graues: seuerita-  
tē hoīs nimīā & longe maiorē post Heliogabalū non tulerunt. Denique agentē eum cum pau-  
cis in Britannia: ut alii uolunt in Gallia in uico cui Sicilia nomen est: nō ex oium sententia: sed  
latrocinatiū modo quidā milites & hi præcipue qui Heliogabali præmiis effloruerant: eum  
cum Seuerū principē pati non possent: occiderunt. Multi dicunt a Maximino in missos tyrones  
qui ei ad exercendū dati fuerāt: eū occidisse. Multi aliter. A militibus tamen cōstat: cū in iu-  
riose quasi in puerū eundē & matrē eius auarā & cupidā multa dixissent. Imperauit anis tre-  
decim: diebus nouē. Vixit annis, xxix. mensibus, iiii. diebus septem. Egit oīa ex cōsilio matris  
cū q̄ occisus est. Omnia mortis hæc fuerunt. Cū natalē diē cōmēdaret: hostia cruenta effu-  
git: & ut se ciuilitate gerebat: ac permixtus populo erat: alba eius uestem cum qua constiterat:  
cruentauit. Laurus in palatio cuiusdā ciuitatis a qua pficiscēbatur ad bellū ingens & anti qua  
tota subito decidit. Arbores fici tres quæ ficus eas ferret: quibus Alexandrinarū nomen est: su-  
bito ante illius tentoriū deciderūt: cū tentoria impatoria his adnexa essent. Mulier Dryas eū  
ti exclamauit gallico sermōe: Vadas: nec uictoriā spes: ne te militi tuo credas. Tribunal ascē-  
dit: ut cōcionaretur: & faustum aliquid diceret. Ita cōepit. Occiso imperatore Heliogabalo  
hoc tamē omni fuit: quod iturus ad bellū milites alloqui minus faulta oratione cōprepra-  
rat. Sed hec oīa uāhementissime cōtempit. Profectusque ad bellū in loco supradicto ita oc-  
cisus est. Pranderat forte publico: ut solebat conuiuio: id est apertis papilonibus cibo militari  
accepto: neque enim aliud a discubentibus militibus in tentoriis est repertū. Et cum dormi-  
ret post conuiuū hora diei fere septima. Vnū ex germanis qui scurrarū officii sustinebat: i-  
gressus dormientibus cunctis solo tñ imperatore interuigilante uisus est: cui Alexander quid  
est hic inquit contubernalis? Num aliquid de hostibus nuncias? At ille metu perterritus & spe-  
rans nō posse euadere: quod in tētoriū principis irruisset: ad cōtubernales suos uenit: eosque  
ad durum principē interimendū exhortatus est: qui subito plures armatæque ingressi iner-  
mes & oblitentes cōtruncauerunt: ipsumque plurimis ictibus cōfoderunt. Aliqui dicunt oīo  
nihil dictum sed tñ a militibus clamarū. Exi: recede: atque ita obruncatū iuuenē optimum  
Sed oīs apparatus militaris: qui postea est ductus in Germania a Maximo: Alexandri fuit & po-  
tentissimus quidē per armenios & ofdroēnos & parthos & oīs generis hoīm. Contempsisse  
Alexandri mortē cū ferocitas mentis qua militē semper attriuit: tum etiam illa declarant.  
Thrasibulus mathematicus illi amicissimus fuit: qui cum ei dixisset necessitatē esse: ut gla-  
dio barbarico periret. Primo lætatus est: quod sibi mortē bellicā & imperatoriā crederet im-  
minere. Deinde disputaui: ostenditque optimos quosque uiolenta morte cōsumptos. Cum  
diceret ipsum Alexandri: cuius nomen teneret: Pōpeium: Cæsarē: Demosthenē: Tullium:  
& ceteros insignes uiros nō quieta morte opperisse. Tantūque animi habuit: ut putaret se di-  
scōparandū: si in bello periret: sed res eū sefellit. Nā & gladio barbarico & scurræ barbari  
manu: uerum non in bello sed belli tēpore perit. Mortē eius milites & qui exauctorati ab eo  
quondā fuerant: grauissime tulerunt: atque auctores cædistruci darunt. Populus uero roma-  
nus: senatusque omnis cum prouincialibus cunctis neque tristius unq̄ neque asperius accepe-  
runt: simul quod successoris asperitas atque rusticitas Maximini: utpote hominis militaris:  
cui cum filio post eum imperiū delatū est: grauiorē fati necessitatē uidebatur ostende re. Ser-  
natuseum in deos rettulit. Cenotaphium in Gallia: Romæ sepulchrum amplissimū meruit.  
Dati sūt & sodales: q̄ Alexandri appellati sunt: ad dita & festiuitas matris noīe atque ipsius  
quæ hodieque Romæ religiosissime celebraretur natali eius die. Causa occidendi eius ab ali-  
is hæc fuisse perhibetur: quod mater eius relicto bello germanico orientē ad iactantiā sui uel-  
let redire: atque ob hoc esset iratus exercitus: sed hæc ab amatoribus Maximini ficta sunt: q̄  
uideri noluerunt imperatorē optimum ab amico suo interfectum cōtra iura Romana atque  
diuina. Hactenus imperium. p. r. cum principē habuit: qui diutius imperaret. Post eum cer-  
tati irruētibus: & alius semestribus: alius annis: plerisque p biēniū ad sumū p triēniū iperāt  
bus usque ad eos picipes qui latius impiū tetēderūt. Aurelianū dico: & deiceps: de qbus si ui-  
ta suppedita uerit: ea quæ cōpta fuerit: publicabimus. Reprehēsa sunt in Alexandro hæc qd  
syrus esse nolebat: qd aurū amabar: qd suspiciosissimus erat: qd uectigalia multa iueniebat:  
qd se magnū Alexandri uideri uolebat: qd nimis seuerus i milites erat: qd uectigalia multa iueniebat:  
qd se magnū Alexandri uideri uolebat: qd nimis seuerus i milites erat: qd uectigalia multa iueniebat:  
qd se magnū Alexandri uideri uolebat: qd nimis seuerus i milites erat: qd uectigalia multa iueniebat:

Gallicanæ montes du-  
re ac retrograde  
sicilia uicus gallic

Alexandrine ficus  
Dryas

Thrasibul)

Alexander

Pompeius

Cæsar

Demosthe-  
nes

Tullius

Cenotaphiū

Acolius scri-  
pto itineri  
alexandri

Armillæ  
Torques  
Balteoli

Admisit equum

Comparaxi et 1.  
cum eo comi  
tere

Amphora capitolina

sæpe tamen iustus. Innotescendi sub Seuerio imperatore prima hæc fuit causa. Natali Getæ filii minoris Seuerus militares dabat ludos propofitis præmiis argenteis id est armillis; torq- bus; & balteolis. Hic a dolescens & semibarbarus & uix adhuc latina lingua prope threica im- peratorem publice petiit; ut sibi daret licentiam contendendi cum iis; qui iam non mediocri loco militarent. Magnitudinem corporis Seuerus miratus primum eum cum lyxis compo- suit sed fortissimis; quibus nec disciplinam militarem corrumpere. Tunc Maximinus sede- cim lyxas uno sudore deuicit; sed eci acceptis præmiis munusculis non militaribus iussusque militare. Tertia forte die cum processisset Seuerus ad campum in turba exultantem more barbarico Maximinum uidit; iussitque statim tribuno; ut eum coereret; ac Romanam di- sciplinam imbueret. Tunc ille ubi de se intellexit imperatorē locutum suspicatus barbarus; & notum se esse principi & inter multos conspicuum ad pedes imperatoris equitantis accessit. Tum uolens Seuerus explorare quantus in currendo esset; equum admisit multis circuitio- nibus; & cum senex imperator laborasset; neque ille accurrendo per multa spatia desisset; ait ei; quid uis Threicisse; nunquid delectat luctari post cursum? Tum quantum libet; inquit im- perator. Post hoc ex equo Seuerus descendit; & recentissimos quosque ac fortissimos milites ei comparari iussit. Tum ille more solito septē fortissimos uno sudore uicit; solusque oium a Seuerio post argentea præmia torque aureo donatus est; iussusque inter stipatores corporis sui semper in aula consistere. Hinc igitur factus conspicuus inter milites clarus amari a tribu- nis; a commilitonibus suscipi; impetrare ab imperatore quod uellet; locis etiā militariæ a Seue- ro adiutus cū eēt adolecēs; lōgitudine autē corporis & uastitate & forma atque oculorū magni- tudine & candore inter omnes excelleret. Bibisse autē illum sæpe in die uini capitolinam am- phoram constat; comedisse & quadraginta libras carnis. Vt autē Cordus dicit etiam sexagin- ta; quod satis constat; holeribus semper abstinuit; a frigidis prope semper; nisi cum illi potan- di necessitas esset. Sudores sæpe suos excipiebat; & in calices uel in uasculum mittebat ita; ut duos uel tres sextarios sui sudoris ostenderet. Hic diu sub Antonino Caracillo ordines duxit centuriatos; & cæteras militares dignitates sæpe tractauit sub Macrino; quod eum qui impe- ratoris sui filium occiderat; uerementer odisset; a militia desit; & in Thracia in uico ubi- gēitus fuerat; possessiōes comparauit ac semper cum Gotthis cōmercia exercuit. Amatus est autem unice a getis quasi eorum ciuis. Alant quicunque ad ripam uenerunt amicum eum do- nis uicissim recurrentibus approbant. Sed occiso Macrino cum filio suo; ubi Helioabalū quasi Antonini filium imperatorē comperit iam maturæ ætatis ad eum uenit; petiitque; ut quod auus eius Seuerus iudicii circa se habuerit; & ipse haberet apud impurum hoīem uale- re nihil potuit. Nam dicitur cum eo iocatus esse Helioabalus turpissime dicens Maximine fedecim & uiginti & triginta milites diceris aliquando lassasse; potestricies cum muliere per- ficere. Tū ille ubi uidit infamē principē sic exosum; a militia discessit; & tamen retentus est per amicos Helioabali; ne hoc quoque illius famæ accederet; quod uirū temporis sui fortis- simum; & quē alii Hercule; alii Achillem; alii Aiace uocabant; a suo exercitu dimoueret. Fuit igitur Maximinus sub homine impurissimo tantum honore præditus tribunatus; sed nunquā ad manum eius accessit; nunquā illum salutaruit; per totum triennū huc atque illuc dis- currens modo agris; modo ocio; modo fictis langoribus occupatus est. Vbi uero Maximinus comperit Alexandrum principē nominatum Romā contendit; quem Alexander miro cum gaudio; mira congratulatione suscepit; ut in senatu uerba faceret talia. Maximinus. p. c. Tri- bunus; cui ego latum clauum addidi; ad me confugit; qui sub impura illa bellua militare nō potuit; qui apud diuum parentem meum Seuerū tantus fuit; quantū illum fama comperitis. Statim denique illū tribunum legionis quartæ ex tyronibus; quā ipse cōposuerat; dedit; & eū in hæc uerba prouexit. Veteres milites tibi Maximine mi carissime atque amantiissime iccir- co non credidi; quod ueritus sum; ne uitia eorum sub aliis inolescentia emendare non posses. Habes Tyrones ad tuos mores; ad tuam uirtutē; ad tuum laborē; eos fac militia addiscere; ut mihi multos Maximinos reip. optabiles solue efficias. Accepta igitur legione statim eam exercere cœpit. Quinta quaque die iubebat milites decurrere; in se simulata bellorū age- re; gladios; loricas; galeas; scuta; tūicas; & oia arma illorū quotidie circūspicere; calciamenta quinetiā ipse pspiciebat prius. Vt autē se parem militibus pberet; sed cū eū quā tribuni rephē derēt dicētes. Quid tibi laboras; cū eius loci iā sis; ut ducatu possis accipere; dixisse fertur. Ego uero quo maior fuero; tātō plus laborabo. Exercebat cū militibus ipse luctantia; quos senos & septenos iā grādæ uas ad terrā psterne. Denique iuidētibz cūctis cū quā Tribunus sup- bior magni corporis uirtutis notæ; atque ideo ferocior ei dixisset; nō magnā rē facis; si Tribūus tuos milites uincis; ille ait; uisne cōgrediamur; Cūque ad uerfarius adnuisset; ueniētē cōtra se palma ipectus pcutitū supinū reiecit; & continuo dixit date aliū sed tribunū. Erat pterea; ut refert Cordus; magnitudie tāta; ut octo pedes digito uideretur egressus pollice ita uasto;

ut uxoris dextrocherio uteretur pro annulo. Iam illa prope in uulgi ore sunt posita; quæ ama- xas manibus attraheret; rhedam honustam solus moueret; equo si pugnum dedisset; dentes solueret; si calcem crura frangeret; lapides topheios fricaret. Arbore teneiores scinderet. Alti denique eum Crotoniatem Milonem; alii Herculem; Antæum alii uocant. His rebus cō- spicuum utrum Alexander magnorum meritorū iudex in suam perniciē omni exercitui præ- fecit gaudentibus cunctis ubique tribunis; ducibus; & militibus. Denique totum eius exerci- tum qui sub Helioabalo magna ex parte torpuerat; ad suam militariē disciplinam retraxit. Quod Alexandro ut diximus; optimo quidem imperatori sed tamen cuius ætas ab initio cō- remni potuerit; grauis simū fuit; nam cum in Gallia esset; & nō longe ab urbe quadam castra posuisset; subito immisissimilitibus; ut quidam dicunt; ab ipso ut alii a tribunis barbaris Ale- xander ad matrē fugiens in re rempusest Maximino iam imperatore appellato. Et causam quæ- dem Alexandri interimendi alii aliā fuisse dicunt. Quidam enim Mammeā dicunt auctore fuisse; ut filius deserto bello germanico orientē peteret; atque ideo milites in seditionem pro- rupisse. Quidam quod ille mimis seuerus esset; & uoluisset ita in gallia legiones exauctora- re; ut exauctorauerat in oriente. Sed occiso Alexandro Maximinus primū e corpore militari & nō dū senator sine decreto senatus Augustus ab exercitu appellatus est filio; sibi in parti- cipatū dato; de quo pauca quæ nobis sunt cognita mox dicemus. Maximinus autē ea fuit fem- per astutia; ut milites non uirtute regeret; sed etiā præmiis & lucris sui amantiissimos redde- ret. Nunquā annonā cuiuspiam tulit. Nunquā fuit qui sine exercitu miles faber aut alterius rei; ut plærique sunt; artifex esset. Solis uenationibus legiones frequenter exercens. Sed iter has uirtutes tam crudelis fuit; ut illum alii Cycloper; alii Bufiridem; alii Chironē; nōnulli Pha- larim; multi Typhonem uel Gigem uocarent. Senatus eum tantū timuit; ut uota in tēplis pu- blice priuatimque mulieres etiā cum suis liberis facerēt; ne ille unquā urbē romā uideret. Audi- ebat enim alios in crucē sublato; alios animalibus nuper occisis iclusos; alios feris obiectos; alios fustibus elisos; atque omnia hæc sine delectu dignitatis; cum uideretur disciplinā uelle regere militariē; cuius exēplo ciuilia etiam corrigere uoluit; quod non conuenit principi; qui uelit diligi. Erat enim ei persuaasum; nisi crudelitate imperium non teneri. Simul & uereba- tur; ne propter humilitatem generis barbarica nouitate contemneretur. Meminerat præter- rea se Romæ etiam a seruis nobilium contemptum esse; ita ut ne a procuratoribus quidē eo rum uideretur. Et ut se habent stultæ opiniones; tales eos contra sperabat futuros cum iam im- perator esset; tantum ualeat conscientia degeneris animi. Nam ignobilitatis tegēdæ causa om- nes conscios generis sui interemit. Nonnullos etiam amicos qui ei sæpe misericordia pauper- tatis causa plæraque donauerant. Neque enim fuit crudelius animal in terris. Omnia sic i ui- ribus suis ponens quasi non posset occidi. Denique cum immortalē se prope crederet ob- magnitudinem corporis uirtutisque munus; quidam in theatro præfente illo dicitur uersus græcos dixisse; quorum hæc erat latina sententia. Et qui ab uno nō potest occidi a multis occi- diditur. Elephas grādū is; & occiditur; leo fortis est; & occiditur. Tigris fortis est; & occiditur. Caue multos si singulos non times. Et hæc imperatore ipso præfente iam dicta sunt. Sed cū Maximinus interrogaret amicos; quid minus curra dixisset; dictum est ei; quod antiquos uersus cantaret contra homines asperos scriptos; & ille ut erat thrax & barbarus credidit. No- bilem circa se neminem passus est. Prorsus ut Spartaci aut Athenionis exemplo imperabat. Præterea omnes Alexandri ministros uariis modis interemit. Dispositionibus eius inuidit. Et dum suspectos habet amicos ac ministros eius; crudelior factus est. Cum esset ita moratus; ut ferarum more uiueret; tristior & immanior factus est factione Magni cuiusdam consularis ui- ri contra se parata; qui cum multis militibus & centurionibus ad eum confodiēdum consiliū inierant; cum in se imperium transferre cuperet. Et genus factionis fuit tale; cum ponte iun- cto in Germanos transire Maximinus uellet; placuerat ut contrarii cum eo transirent. Pons postea solueretur; ille in barbarico solo circumuentus occideretur; imperium Magnus arripe- ret. Nam omnia bella cœperat agere & quidem fortissime; statim ut factus imperator peni- tus utpote rei militaris uolens existimationem de se habitam tenere; & ante omnes Alexandri gloriam; quem ipse occiderat; uincere; quare imperator etiam in exercitio quotidie milites detinebat. Eratque in armis ipse Magnus exercitio & corpore multa semper ostendens; & istā quidem factionem Maximinus ipse finxisse perhibetur; ut materiam crudelitatis augeret. Denique sine iudicio sine accusatione sine delatore sine defensione omnes interemit; omniū bōa sustulit; ut plus quattuor milibus hoīum occisis se satiare nō potuit. Fuit etiā sub eodem factio de sciscitibus sagittariis os droenis ab eodē ob amore Alexandri & desyderiū; quæ a Ma- ximino apud eos occisū eē cōstabat; nec aliqd psuaderi potuerat. Denique et ipsi Ticū unum ex suis sibi ducē atque impatorē fecerūt; quæ Maximinus priuatū iā dimiserat; quæ quidē & purpura circū dederūt; regioque apparatu ornatū; & quī sui milites obsepierūt & iuitū quē

Dextrocherio  
topheios lapp  
des

Cyclops  
Bufiris  
Scyro  
Phalaris  
Typho  
Gyges

Spartacus  
Athenio  
Magnus  
moratus

Osdroe  
Ticus

Sed hic Ticus dormiens domi suae ab uno ex amicis suis interfectus est: qui sibi doluit illum esse praepositum Macedonio nomine: qui eum Maximino prodidit: qui que caput eius ad imperatorem detulit. Sed Maximinus primo ei gratias egit: postea tamen ut proditorem odio habuit: & occidit. His rebus in dies immanior fiebat ferarum more: quae uulneratae magis exulcerantur. Post haec transit in germaniam cum omni exercitu & mauris & odroenis & parthis & omnibus quos secum Alexander ducebat ad bellum. Et ob hoc maxime orientalia secum trahebat auxilia: quod nulli magis contra germanos: quam expediti sagittarii ualerent. Mirandum autem apparatus belli Alexander habuit: cui Maximinus multa dicitur addidisse. Ingressus igitur germaniam transrhenanam per trecenta uel quadringenta milia barbarici soli uicos incendit: greges abegit: praedas sustulit: barbarorum plurimos interemit: militum diuitem reduxit: cepit innumeros: & nisi germani per amnes & paludes & siluas confugissent: omnem germaniam in Romanam ditionem redegisset: ipse praeterea manu sua multa faciebat: cum etiam paludem ingressus circumuentus est a germanis: nisi cum equo suo inhaerentes liberaissent. Habuit enim hoc barbaricae temeritatis: ut putaret imperatorem etiam sua semper debere. Denique quasi aulae quoddam praedium in palude fecit plurimosque illic interemit. Victa igitur Germania: litteras Romam ad senatum & populum misit se dictantem conscriptas: quarum sententia haec fuit. Non possumus tantum patres conscripti loqui: quantum fecimus per quadraginta milia germanorum uicos incendimus: greges abduximus: captiuos abstraximus: armatos occidimus: in palude pugnauius. Peruenissemus ad siluas: nisi si altitudo paludum nos transire non permisisset. Aelius Cordus dicit hanc omnino ipsius orationem fuisse: quod credibile est. Quid enim in hac est: quod non posset barbarus miles: qui pari sententia & ad populum scripsit sed maiore reuerentia iccirco quod senatum oderat a quo se contemni multum credebat. Iussit praeterea tabulas pingi: ita ut erat bellum ipsum gestum: & ante curiam proponi: ut facta eius pictura loqueretur. Quas quidem tabulas post mortem eius senatus & deponi iussit & exuri. Fuerunt & alia sub eo bella plurima: ex quibus semper primus uictor reuertit & cum ingentibus spoliis atque captiuis. Extat oratio eiusdem milia ad senatum: cuius hoc exemplum est. Breui tempore, p. c. tot bella gessi: quot nemo uerorum: tantum praedae in Romanum solum attuli: quantum sperari non potuit. Tantum captiuorum adduxi: ut uix sola Romana sufficiant: reliqua orationis uerba non sunt ad rem necessaria. Pacata Germania Syrmium uenit Sarmathis: inferre bellum parans: atque animo concupiens usque ad oceanum septentrionales partes in Romanam ditionem redigere: quod fecisset: si uixisset: ut Herodianus dicit graecus scriptor: qui ei quantum uidemus: in odium Alexandri plurimum fauit. Sed cum Romani eius crudelitatem ferre non possent: quod delatoreseuocarere: accusatore immittere: crimina fingeret: innocentes occideret: damnaret omnes quicumque in iudicium uenissent: ex ditissimis hominibus pauperimos faceret. Nec aliunde nisi malo alieno pecuniam quaereret. Deinde sine delicto consulares uiros & duces multos interimeret. Alios sicis uehiculis exhiberet alios in custodia detineret. Nihil denique praetermitteret: quod ad crudelitatem uideretur operari: contra cum defectionem pararent: nec solum Romani: sed quia & in milites sauebat: exercitus qui in Africa erat subita & ingenti seditione Gordianum senem uirum grauissimum: qui erat proconsul: imperatorem fecerunt: cuius factionis hic ordo fuit. Erat fiscus procurator in Libya: qui omnes Maximini studio spoliauerat: hic per rusticanam plebem deinde & quosdam milites interemptus est per eos qui rationalem in honorem Maximini defendebant. Sed cum uiderent auctores caedis eius actionibus remediis sibi subueniendum esse: Gordianum proconsulem uirum: ut diximus: uenerabilem: natu grandiore: omni uirtutum genere florentem: ab Alexandro ex senatus consulto in Africam missum reclamantem: & se terrae affligentem opertum purpura imperare coegerunt: instantes cum gladiis & cum omni genere telorum. Et primo quidem iuitus Gordianus purpuram sumpserat. Postea uero cum uidit neque filio neque familiae suae tutum esse uolens suscepit imperium: & appellatus ab omnibus afris Augustus cum filio apud oppidum Tisdrum. Inde per carthaginem uenit cum pompa regali & protectoribus & fascibus laurea: unde Romam ad senatum litteras misit: quae occiso Valeriano duce militum praetorianorum in odium Maximini gratanter acceptae sunt. Appellati etiam Gordianus senex & Gordianus iuuenis a senatu Augusti. Interfecti deinde omnes delatores: omnes accusatores: omnes amici Maximini occisi sunt. Interfectus est Sabinus praefectus urbis percussus in populo. Vbi haec gesta sunt senatus magis timens Maximinum aperte ac libere hostes appellat Maximinum & eius filium. Litteras deinde mittit ad omnes prouincias: ut communi saluti libertatique subueniant: quae audita sunt ab omnibus. Denique ubique amici & administratores & duces: tribuni & milites Maximini interfecti sunt. Paucae ciuitates fidem hosti publico seruauerunt: quae proditis his qui missi ad eos fuerant: ad Maximinum cito per indices detulerunt. Litterae

Aelius Cordus

Herodianus

Gordianus senex  
imperator creatus

Tisdrum oppidum

Valerianus

Sabinus

rarum senatus exemplum hoc fuit. Senatus populusque Romanus per Gordianos principes a tristissima bellua liberari coeptus: proconsulibus: praefidis: legatis: ducibus: tribunibus: magistratibus ac singulis ciuitatibus & municipiis & oppidis & uicis & castellis salutem: quam nunc primum recipere coepit: dicit. Dis fauentibus Gordianum proconsulem uirum sanctissimum & grauissimum senatorem principem meruimus: Augustum appellauimus. Nec solum illum sed etiam in subsidium rei publicae obtinenda: & ad scelera defendenda: & ad illam belluam Maximinum atque illius amicos ubique fuerint persequendos. Anobis etiam Maximinus cum filio suo hostis est iudicatus. Senatus consulti autem hoc fuit exemplum: cum uentum esset in aedem castorum. vi. Kalendas iunias acceptas litteras Iulius Syllanus consul Africae Gordiani imperatoris patris patriae proconsulis recitauit. Inuitum me, p. c. iuuenes quibus Africa tuenda commissa est: ad imperium uocarunt. Sed inuitu uestri necessitate libens sustineo. Vestrum est aestimare: quid uelit. Nam ego usque ad senatus iudicium incertus & uariis fluctuabo. Lectis litteris statim senatus acclamauit. Gordiane Auguste dii te feruent: felix imperes: tu nos liberaisti: saluus imperes: tu nos liberaisti: per te salua res, omnes tibi gratias agimus. Item consul rettulit, p. c. De Maximinis quid placet? Responsum est: hostes: hostes. Qui eos occiderit: praemium merebitur. Item consul dixit: de amicis Maximini quid uideretur. Acclamatum est: hostes: hostes: quos occiderit: praemium merebitur. Ita acclamatum est: inimicus senatus in crucem tollatur. Hostis senatus ubique feriatur: inimici senatus uiui exurantur. Gordiani Augusti dii uos seruet. Ambo feliciter agatis: ambo feliciter imperetis. Nepoti Gordiani praetura decernimus: nepoti Gordiani consulatum spondemus. Nepos Gordiani Caesar appellatur. Tertius Gordianus praetura accipiat. Vbi hoc senatus consultum Maximinus accepit: homo natura ferus sic exarsit: ut non hominem sed belluam putares. Iaciebat se in parietes: nonnunquam sternebat. Exclamabat incondite arripiebat gladium: quasi senatum posset occidere: conscindebat uestem regiam: alios uerberibus afficiebat: & nisi de medio recessisset: ut quidam sunt auctores: oculos filio adolescentulo sustulisset. Causa autem iracundiae contra filium haec fuit. Quod eum Romam ire iusserat: cum primum imperator factus est: & ille patris nimio amore ne glexerat: putabat autem quod si ille Romam fuisset: nihil aufurus esset senatus. Ardente igitur Maximinum iracundia amici intra cubiculum receperunt. Sed cum furorem suum tenere non posset: ut obliuionem cogitationis acciperet uino se primo die obruisse dicitur eo usque: ut quid gestum esset: ignoraret. Alia die admissis amicis qui eum uidere non poterant: sed tacebant: & qui factum senatus tacite laudabant: consilium habuit: quid facto opus esset: sed concilio ad concionem processit: in qua concione multa in afros: multa in Gordianum: plura in senatum dixit: cohortatusque milites ad communes iniurias uindicandas: concio denique omnis militaris fuit: cuius hoc exemplum est. Comilitones rem notam uobis proferimus. Afri fidem fregerunt: quid dicam fregerunt: nam quando tenuerunt? Gordianus senex debilis & morti uicinus sumpsit imperium. Sanctissimi autem, p. c. illi qui & Romulum & Caesarem occiderunt: me hostem iudicauerunt: cum pro his pugnarem: & ipsis uincerem: nec solum me: sed etiam uos: & omnes qui mecum sunt: quos & senatus acceptissimos: & sibi aduersissimos esse credebant. Quare factum est: ut diximus: ut Gordianum adolescentulum principem peterent: qui statim factus est. Nec prius permisi sunt ad palatium stipatis armatis ire: quam nepotem Gordiani Caesaris nomine nuncuparent. Vario tempore cum etiam de Isauria sentiunt & Gordianos patrem ac filium Augustos uocarent. Ergo si uires estis: si uires habetis: eamus contra senatum: & afros quorum oium bona uos habebitis. Dato igitur stipendio & quidem ingenti: Romam uersus cum exercitu proficisci coepit. Sed Gordianus in Africa primum a Capeliano quodam agitari coepit: cui mauros regenti successorem dederat. Contra quem filium iuuenem cum misisset: acerrima pugna interfecto filio ipse laqueo uitam finiuit sciens & in Maximino multum esse roboris: & in Afris nihil uirium multum quinimo perfidiae. Tunc Capelianus uictor pro Maximino omnes Gordiani partium motu partium in Africa interemit: atque proscripsit. Nec cuiquam peperit prorsus: ut ex animo Maximini uideretur haec facere. Ciuitates denique subuertit: fana diripuit: donaria militibus diuisit: plebem & principes & ciuitatem condidit. Ipse praeterea militum animos sibi conciliabat proluens ad imperium: si Maximinus perisset. Haec ubi Romam nuntiata sunt: senatus Maximini & naturalem & iam necessariam crudelitatem timens mortis duobus Gordianis Maximum Pupienum ex praefectis urbi: & qui plurimas dignitates praecipue gessisset ignobilis genere sed uirtutibus clarum: & Clodium Balbinum moribus delicatioris imperatores creauit. Quibus a populo Augustis appellatis: per milites & eundem populum etiam paruulus nepos Gordiani Caesar est dictus. Tribus igitur imperatoribus contra Maximinum fulta resp. est. Horum tamen maximus uita feuerior: prudentia grauior: uirtute constantior. Denique ipsi contra Maximinum & senatus & Balbinus bellum crediderunt. Profecto igitur ad bellum Maximo contra Maximinum: Balbinus Romae bellis intestinis & domesticis seditionibus urgebatur: occisus praeterea

Castorum edes

Iulius Syllanus  
Senatus consul  
ti exempli

Capelianus  
Gordianorum  
mors

Maximus Pupienus  
Clodius Balbinus  
Tres simul  
imperatores

Gallicanus eipue per populū Gallicano & Moecenate; qui quidē populusa praetorianis laniatus est: cum Balbinus resistere ditionibus non satis posset; denique magna pars urbis incensa est. Et recreatus quidē imperator fuerat Maximinus audita morte Gordiani; atque eius filii Capeliani uictoria. Verū ubi aliud senatusconsultū accepit; quo Maximus & Balbinus & Gordianus imperatores appellati sunt; intellexit senatus odia esse perpetua; & se uere hostē oīum iudicio haberi. Acrior denique Italiā ingressus est. Vbi cū cōperisset Maximū contra se missum uāhemētius fāuens quadrato agmine hemonā uenit. Sed prouincialium oīum consiliū hoc fuit; ut sublati omnibus quae uictū praeberē possent; intra ciuitates se reciperent; ut Maximinus cum exercitu fame urgeretur; denique ubi primū castra in campo posuit; neque quicq̄ cōmeatus reperiret; incensus contra eum exercitus suus; quod fame in Italia laborasset; in qua post alpes recreari se posse credebat; murmurare primū cōepit; deinde etiā aliqua libere dicere. Hāc cum uellet uindicare; multū exarsit exercitus; & odium tacitū in tempus distulit; quod loco suo statim prodidit. Plærique sane dicunt ipsam hemonā uacua & deserta inuenta esse a Maximino stulte latante; quod quasi ciuitas tota cecisset. Post hoc Aquileiā uenit; quae cōtra eum armatis circa muros dispositis portas clausit; nec oppugnatione defuit Menophilo & Crispino consularibus uiris auctoribus. Cum igitur frustra obsideret Aquileiā Maximinus; legatos in eādē urbē misit. Quibus populus pene consenserat; nisi Menophilus cum collega restitisset dicens etiā deum Bellemum per aruspices spondidisse Maximinū esse uincendum. Vnde etiā postea Maximini milites iactasse dicuntur Apollinē contra se pugnasse debere; nec illā Maximī Pupieni; aut senatus; sed deorū fuisse uictoriam. Quod quidē iccirco ab his fictum esse dicunt; quod erubescerebant armati sic pene ab inermibus uicti. Ponte itaque cupis facto Maximinus fluuium trāsiuit; & de proximo aquileiā obsidere cōcepit. Ingens autē oppugnatione & discrimen tunc fuit; cum se ciues sulfure & flammis ceterisque huiusmodi propugnacula militibus defenderent; quorū alii nudabantur armis; aliorū uestes incendebantur; aliorū oculi extinguebantur; diruebantur etiā machinamenta. Inter hāc Maximinus cū filio suo adolescente quem Caesarem appellauerat; circumire muros quantum a teli iactu satis tutus esse posset; nunc suos uerbis; nunc oppidanos rogare. Verum nihil profecit. Nam multa & in eum crudelitatis causa & in filium qui speciosissimus erat; probra congesta sunt. Quare Maximinus sperans suorum ignauia bellum trahi; duces suos interemit; eo tempore quo minime oportebat. Vnde sibi milites etiā iratiores reddidit. Huc accedebat; quod deficiebatur cōmeatibus quia senatus ad omnes prouincias & portuum custodes litteras dederat ne aliqd cōmeatuū i Maximini potestate ueniret. Miserat praeterea per omnes ciuitates praetorios & quaestorios uiros; qui ubique custodias agerent; & omnia contra Maximinū defenderent; effectum denique est ut obsessi angustias obsidens ipse pateretur. Nunciabatur inter hāc orbem terrarū consensisse in odium Maximini. Quare timentes milites quorum affectus in albo monte erant; medio forte die cum a praelio quiesceretur; & Maximinum & filium eius quiescentes in tentorio positos occiderunt. Eorumque capita praefixa cunctis aquilegeniis demonstrauerunt. In oppido igitur uicino statim Maximini statuā atque imagines depositae sunt; & eius praef. praet. occisus est cum amicis clarioribus. Missa etiam Romam capita sunt eorum. Hic finis Maximinorum fuit dignus crudelitatis patris indignus bonitate filii. Quibus mortuis ingens laetitia prouincialium dolor grauissimus barbarorum. Sed milites interfectis publicis hostibus recepti sunt ab oppidanis rogātes. Et primum ita; ut ante imagines Maximini & Balbini & Gordiani adorarent; cum omnes dicerent priores Gordianos in deos relatos. Post hoc ingens Aquilegia commeatus castra quae laborabant fame praetorii traductus est; fessisque militibus alia die in concionem uentum est; & omnes in Maximini & Balbini uerba iurarunt; Gordianos priores duos appellantes. Dicit uix potest quāta laetitia fuerit; cum Romam per Italiā caput Maximini fertur occurrentibus cunctis ad gaudium publicum. Et Maximus quidem quem multi Pupienum putant apud Rauennam bellum parabat per germanorum auxilia; qui ubi comperit consensisse exercitum sibi & collegis suis; occisos autem esse Maximinos; statim dimissis germanorum auxiliis; quae sibi contra hostem parauerat. Romam laureatas litteras misit; quae in urbem ingentem laeticiam fecerunt; ita ut omnes per aras & templa & sacella & loca religiosa gratias agerent. Balbinus autem homo timidior natura; & qui cum Maximini nomen audiret; etiā tremere; hecatomben fecit; ius sitque per omnes ciuitates pari supplicari sacrificio. Deinde Maximus Romam uenit; senatūque ingressus actis sibi gratis concionem habuit; atque inde in palatium cum Balbino & Gordiano uictores se receperunt. Interest scire quale senatusconsultum fuerit; uel qui dies urbis; cum est nunciatus interemptus Maximinus. Iam primum is nunciatus qui ex aquilegeniis urbe Romam missus fuerat; tanto impetu mutatis animalibus cucurrit; ut quarta die Romam ueniret. Cum apud Rauennam Maximum reliquisset; & forte dies ludorum esset; cum subito

Hemona

Hemona

Menophilus  
Crispinus

Bellenus deo

Cupis ponte facto

Maximinorum mors

sedente Balbino & Gordiano theatrum nunciis ingressus est atque anteq̄ aliquid indicaretur omnis populus exclamauit. Maximinus occisus est; ita ut nunciis praeventus & imperatores qui aderant gaudium publicū nutu & consensu indicauerūt. Soluta igitur spectaculo omnes statim ad suas religiones conuolauerunt; atque inde ad senatum principē populusa ad concionē cucurrerunt. Senatusconsultum hoc fuit; recitatis in senatu per Balbinum Augustum litteris acclamauit senatus. Hostes populi Romani dii persequuntur. Iuppiter optime tibi gratias; Apollo uenerabilis tibi gratias; Maxime Auguste tibi gratias; Balbine Auguste tibi gratias; Tibi gratias Gordiane Auguste. Diuis Gordianis templa decernimus. Maximini nomen oīum erasum; nunc animis eradendum; hostis publici caput in profluentem abiciatur; corpus eius nemo sepeliat. Qui senatui mortē minatus est; Qui senatui uincula minatus est; ut debebat; interemptus. Sanctissimi imperatores gratias uobis agimus Maximine Balbine. Gordiane dii uos seruent. Victores hostium omnes desideramus; praesentiam Maximini omnes desideramus. Balbine Auguste dii te seruent. Praesentem annum consules uos ornentis; in loco Maximini Gordianus sufficiatur. Post rogatus sententiam Cuspidius Celerinus haec uerba habuit. p. c. erafo nomine Maximiorum; appellatisque diuis Gordianis uictoriae causa principibus nostris Maximo; Balbino; & Gordiano statuas cum elephantis decernimus; currus triumphales decernimus; statuas equestres decernimus; trophaea decernimus. Post haec misso senatu supplicationes per totam urbem decretae. Victores principes in palatium se receperunt; de quorum uita in alio libro deinceps dicemus. Maximinus iunior de cuius genere supius dictū ipse pulchritudinis fuit tāta; ut passim amatus sit a puacioribus foeminis. Nonnullae et optauerunt de eo concipere. Proceritatis uidebatur posse illius esse; ut ad staturam paternā perueniret. Si quidē anno uigesimo & primo perit in ipso flore iuuentutis; ut aliqui autē dicunt octa uo decimo litteris & graecis & latinis imbutus ad primā disciplinam. Nam usus est magistro graeco litteratore Fabilio; cuius epigrammata graeca multa extant; maxime in imaginibus ipsius uispueri; qui uersus graecos fecit ex illis latinis Virgilio cum ipsum puerū describeret: Quae li ubi oceani profusus lucifer unda Extulit os sacru caelo tenebrasque resoluit: Talis erat iuuenis primo sub nomine clarus. Grammatico latino usus est Philemone; Iurisperito Modestiano; oratore Titiano filio Titiani seniore; qui prouinciarū libros pulcherrimos scripsit; & qui dictus est simia temporis sui; quod cuncta imitatus esset. Habuit & graecū rhetorē Eugamiū sui temporis clarum. Desponsata illi erat lunia Fadilla proneptis Antonini; quā postea accepit Toxorius eiusdem familiae senator; qui perit post praeturā; cuius etiam poemata extant. Manerunt autē apud eam arrae regiae; quae tales fuerunt; ut Iunius Cordus loquitur; ex iis; qui harum rerū perscrutatores fuisse dicuntur; monolumen de albis nouē; reticulū de praenisi undecim; dextrocherium cum costula de hyacinthis quattuor; pter uestes auratas & oēs regias caeteraque insignia sponsaliorū. Adolescens autē ipse Maximinus superbiae fuit insolentissimae; ita ut etiam cū pater suus homo crudelissimus plerisque honoratis assurgeret; ille resideret. Vitae laetioris; uini parcissimus; cibi uidus maxie siluestris ita; ut non nisi aprunam; anates; grues; & omnia captiua ederet. Infamabant eum ob nimiam pulchritudinē amici Maximi & Balbini & Gordiani & maxime senatores; qui specie illā uel diuinitus lapsam in corruptam esse noluerunt. Denique illo tempore quo circū Aquilegiā muros circūueniēs cum patre de ditionē urbis petebat; nihil aliud ei q̄ spurciciis obiecta est; quae longe ab illius fuit uita. Vestibus tā accuratus fuit; ut nulla mulier nitidior eēt in mundo. Amicis paternis mane tantū obsecutus est; sed ut donaret ac largiretur. Nam in salutatioibus superbissimus erat; & manum porrigebat; & genua sibi osculari patiebatur; nonnunq̄ etiā pedes; quod nunq̄ passus est senior Maximinus; qui dicebat dii prohibeant; ut quisq̄ ingenuorū pedibus meis osculum figat. Et quoniā ad Maximinas reuertimur res iucūdae preter unda non sunt. Nā cum esset Maximinus pedum; ut diximus octo & prope semis; calciamentū eius id est campagum regium quidā in luco; qui est inter Aquilegiā & Arciam posuerunt; quod constat pedē maius fuisse hois uestigio atque mensura. Vnde etiā uulgo tractum est cū de longis & ineptis hominibus diceretur Caliga Maximini. Quod iccirco indidit; nequis Cordum legeret me pter misisse crederet aliquid; quod ad rem pertineret. Sed redeam ad filium. De hoc adolescente Alexander Aurelius ad matrem suā scribit Mameam cupiensei sororē suam Theocliā dare; i haec uerba. Mi mater si Maximinus senior dux noster & quidē optimus non aliquid in se barbarum contineret; iam ego Maximino iuniori Theocliā tuā dedissem. Sed timeo ne soror mea graecis munditiis erudita; barbarū focerum ferre nō possit; quāuis ipse adolescens & pulcher & scholasticus; & ad graecas munditias eruditus esse uideatur. Haec quidem cogitō; sed te ramen consulo; Maximinū Maximini filium generū uel is an Messallā ex familia nobili oratorē potentissimū; eundēque doctissimū; & nisi fallor in rebus bellicis si applicetur; fore tē futurum. Haec Alexander de Maximino; de quo nos nihil amplius habemus; quod dicere

Cuspidius Celerinus

De Maximini uimore

Fablius  
Virgilius  
Philemo  
Modestianus  
Titianus

Eugamius  
Iunia Fadilla  
Toxorius  
Iunius Cordus

Monolumen  
Reticulū  
Dextrocherium  
Apruna

Campagū

Cordus  
Theoclia

Caligamini

Messalla

mus. Sane nequid premissum esse uideatur: etiā epistolā in di di patris Maximini imperato-  
 ris iam facti; qui dicit iccirco; se etiā filium suum appellasse imperatorē; ut uideret uel in pi-  
 ctura uel in ueritate qualis esset iunior Maximinus in p̄tura. Fuit autē talis epistola. Ego cū  
 propter affectum quē pater filio debet; Maximinū meum imperatorē appellari permisi; tū  
 etiā ut populus Romanus & senatus ille antiquus iuraret se nunquā pulchriorem imperatorem  
 habuisse. Visus est autē idem adolescens & aurea lorica exemplo Ptolemæorū; usus est & ar-  
 gentea. Visus & clipeo gemato inaurato & hasta inaurata. Fecit & spatia argenteas; fecit etiam  
 aurcas; & omnino quicquid eius pulchritudinē posset iuuare. Fecit & galeas gematas; fecit &  
 bucculas. Hæc sunt quæ de puero sciri & dici decuit. Reliqua qui uolent nosse de rebus uenere  
 is & amatoris; quibus cum Cordus aspergit eundē legant. Nos enim hoc loco finem libri faci-  
 mus ad alia ut iubetur; uelut publico iure properantes. Omina sane imperii hæc fuerunt.  
 Serpens dormienti caput circumdedit. Postea ubi eodē uitiis intra annū ingentes uuas purpu-  
 reas attulit; & miræ magnitudinis facta est. Scutum eius sub sole arsit. Lanceola sic fixa ē sul-  
 mine; ut tota etiā per ferrum scinderetur; & duas partes faceret; quando dixerunt aruspices  
 duos imperatores nō diuturnos ex uno domo iisdem nominibus futuros. Lorica patris eius  
 non ut solet ferrugine; sed tota porpuro colore infecta a plurimis uisa est. Filio autē hæc fue-  
 runt; cum grāmatico daretur; quædā parens sua libros Homericos omnes purpureos dedit  
 aureis litteris scriptos; ipse puerulus cū ad cœnā ab Alexandro esset rogatus in patris honorē  
 quod ei deesset uestis cœnatoria; ipsius Alexandri accepit. Cū infans subito esset per publicū  
 ueniente uehiculo Antonini Caracalli; quod uacuum erat; cōscendit; & sedit; & uix agre que a  
 mulionibus carrucariis deturbatus est. Nec defuerunt; qui cauendū infantē dicerent Cara-  
 callo. Tum ille dixit. Lōge est; ut mihi succedat iste. Erat enim illo tēpore inter ignobiles &  
 nimis paruus. Mortis omnia hæc fuerunt. Venienti contra Maximū & Balbinū Maximino  
 cū filio mulier q̄dam passis crinibus occurrit lugubri habitu; & exclamauit. Maximini; Ma-  
 ximini; Maximini; neque quicquā amplius dixit; & mortua est; ut debarat enim dicere uoluis-  
 se succurrere. Canes circum tentoriū eius in secūda mansione ultra duodecim uularūt; & anti-  
 mam quasi flendo posuerūt; ac prima luce mortui sunt. Deprehensi lupi urbē quingenti si-  
 mul ingressi sunt in eam urbē; in qua se Maximinus contulerat. Plerique dicūt Hemonam;  
 alii Archimeā; certe quæ deserta a ciuibus uenienti Maximino patuit. Longū est omnia per-  
 sequi; quæ qui scire desideratis uelim; ut sæpe dixi; legat Cordū; qui hæc omnia usque ad  
 fabellam scripsit. Sepulchra eorū nulla extāt; in profluentem enim cadauera eorū missa sūt;  
 & capita eorū in campo martio insultate populo exusta scribit Aelius Sabinus quod premit-  
 tendum non fuit; tantā pulchritudinem oris fuisse in filio; ut etiam caput eius mortui iam ni-  
 grum; iam fordens; iam macerarum defluente tabo uelut umbra pulcherrimus uideretur  
 Denique cum caput Maximini pilo circumferretur; & ex hoc ingens gaudiū esset; prope par-  
 mator erat; quod & filii caput pariter portaretur. Addit Desippus tantū odiū fuisse Maxi-  
 mini; ut interfectis Gordianis uiginti uiros sēatus creauerit; quos opponeret Maximino; i qui-  
 bus fuerunt Balbinus & Maximus; quos contra eum principes fecerunt. Idem addidit in cō-  
 spectu Maximini iam deserti a militibus Anolinū & p̄fectum p̄torio ipsius & filiū eius occi-  
 sum. Nec defunt historici; qui dicunt ipsū Maximinū ubi desertus ē; & ubi filiū iteremptū  
 ante oculos suos uidit manu sua se interfecisse; nequid ei muliebri contingeret. Prætereundū  
 ne illud quidē est quod tanta fide aquilegenses contra Maximinū pro senatu fuerunt; ut fu-  
 nes de capillis mulierū facerent; cum deessent nerui ad sagittas emittendas; quod aliquando  
 Romæ dicitur factū. Vnde in honorē matronarū templū Veneri Caluæ senatus dicitur. Sa-  
 ne quod nullo in loco tacendū est; cū & Desippus & Arrianus & multi alii græci scripserunt  
 Maximū & Balbinū imperatores cōtra Maximinū factos; Maximū autem cum exercitu mis-  
 sum; & apud Rauennā bellum parasse. Aquileiā autē nisi uictorem non uidisse. Latini scripto-  
 res non Maximū sed Pupienū contra Maximinū apud Aquileiā pugnasse dixerunt; eundem  
 que uicisse; qui error unde natus sit; scire non possum; nisi forte idem est Pupienus; qui & Ma-  
 ximus. Quod ideo testatum posui; nequis me hoc nescisse crederet; quod re uera magnū stu-  
 pore ac miraculum creat.

Iulii Capitolini Liber de rebus gestis Gordianorū

**F**

Verat quidem consiliū Venerabilis Auguste ut singulos quosque impera-  
 tores exemplo multorū libris singulis ad tuā clementiā destinare. Nam  
 id multos fecisse uel ipse uiderā; uel lectioe conceperā; sed improbiū ui-  
 sum est uel pietatē tuā multitudine detinere librorū; uel meū laborē plu-  
 rimis uoluminibus occupare. Quare tres Gordianos hoc libro contexui  
 cōsulens & meo labori & lectioi tuæ; ne cogereis plurios codices uoluē-

Bucculas

Comes Latraverit

Hemona  
Archimea

Aelius Sabi-  
nus

Desippus

Anolinus

Veneris Caluæ templū

Desippus

Arrianus

do unam tamen pene historiā lectitare. Sed ne ego qui longitudinē librorū fugi multitudine  
 nemque uerborū in eam incurrisse uidear; quā me urbane declinare confingo; iam reaggre-  
 diar. Gordiani nō ut quidā imperiti scriptores loquūtur: duo; sed tres fuerūt. Idque docete  
 Arriano scriptore græcæ historiæ docente; item Desippo græco auctore; potuerunt addi. Arrianus  
 re. Qui etiam si breuiter ad fidem tamen oia persecuti sunt. Horū Gordianus senior id est  
 primus natus ex patre Metio Marullo; matre Vibia Gordiana. Originē paternā ex græcorū  
 genere habuit; maternā ex Traiani imperatoris; patre; auo; proauo cōsulibus. Socero; proso-  
 cero; & item alio profocero; & duobus obococis consulibus. Ipse consul ditissimus ac potentis-  
 simus Romæ pompeianā domū possidens in prouinciis tantū terrarū habens; quantum nemo  
 priuatus. Ipse consulatū quem egerat cū Alexandro ad procōsulatū africæ missus est ex sena-  
 tus consulto. Sed priusq̄ de imperio eius loquar; dicā pauca de moribus. Adolescens cum eēt  
 Gordianus de quo sermo est poemata scripsit; quæ omnia extant; & quidē cūctā illa quæ Ci-  
 cero ex Demetrio & Aratum & Balchionas & uxoriū & Nilum; quæ quidem ad hoc scripsit;  
 ut Cicerōis poemata nimis antiqua uiderētur; scripsit prærea quæiam dmodū Virgilius ænei-  
 dos; & Statius Achilleidos; & multi alii Eliados; ita etiā ille Antoninidos; hoc est Antoninū  
 pium & Antoninū Marcum uersibus disertissimis libris triginta uitam illorū & bella & pu-  
 blice priuatimque gesta perscribēs. Et hæc quidē puerulus. Postea uero ubi adoleuit in Athe-  
 neo controuersus declamauit audientibus etiā imperatoribus suis. Quæsturā magnificentis-  
 sime gessit; adilitatis suæ tempore duodecim populi Romani munera id est per singulos mē-  
 ses singula de suo exhibuit ita; ut gladiatorū nonnūq̄ quinquagena paria exhiberet; nōnūq̄  
 minus cētens quingenis. Feras libycas una die cētū exhibuit. Vrsos una die mille. Extat silua  
 eius memorabilis; quæ picta est in domo rostrata C.N. Pompeii; quæ ipsius & patris eius & p-  
 auis fuit; quā Philippi temporibus uester ficus inualuit. In qua pictura etiā nūc cōtinētur cer-  
 ui palmati dūcenti mixtis britannis. Et qui feri triginta; oues uero centū; Alces decem; tauri  
 cypriaci centū structiones mauri minati trecenti. Onagri triginta; Apri centum quinquagin-  
 ta; lices ducenti; Dāmæ ducentæ. Hæc autem omnia populo rapienda concessit die mune-  
 ris quod sextum eēbat; p̄turam nobilem gessit post iurisdictionē. Consulatum primum inuit  
 cum Antonino Caracallo; secundū cum Alexandro; Filios duos habuit unum cōsularem; q-  
 cū ipso Augustus appellatus est; qui iuxta Carthaginē in africa bello assūptus est; & filiā Me-  
 tiam Faustinam; quæ nupta est Iunio Balbo consulari uiro. In cōsularibus clarior fuit sui tem-  
 poris consulibus; ita ut ei Antoninus inuideret modo prætextas eius; modo latum; modo cir-  
 censes ultra imperatoriū mirans modum. Palmatam tunicam & togam pictam primus Ro-  
 manorū priuatus suam propriam habuit; cū ante imperatores etiam de capitolio acciperet  
 uel de palatio. Equos siculos cētum; cappadoces cētum permittentibus imperatoribus factio-  
 nibus diuisit. Et per hæc populo satis carus qui semper talibus cōmouetur; Cordus dicit. In  
 omnibus ciuitatibus Campania; ethruria; Vmbriæ; flaminia; piceni de proprio illum per  
 quattuorū ludos canicos & iuuenalia edidisse. Scripsit & laudes soluta oratione omnium  
 Antotoninorū; qui ante eū fuerūt. Tantum autem Antoninos dilexit; ut sibi quoque; ut mul-  
 ti dicunt Antonini; ut plerique autem asserunt. Antonini nomen acrisperit. Iam illud satis  
 cōstat; quod filium Gordianum nomine Antonini signo illustrauit; cum apud p̄fectum æra-  
 rii more Romano professus filium publicis actis eius nomen insereret. Post consulatum pro-  
 consul Africæ factus est; & adnitētibus cunctis; qui Alexandri imperiū etiam in Africa clarū  
 per proconsulis dignitatem haberat que esse uoluerunt; extat epistola ipsius Alexandri; qua  
 senatui gratias agit; quod Gordianum ad africam proconsulem destinauerit; cuius hoc exē-  
 plum est. Neque gratius mihi quicquā. P. C. neque dulcius potuisti efficere; q̄ ut Antoninum  
 Gordianum proconsulem ad Africam mitteretis uirum nobilem; & magnanimum; disertū;  
 iustum; continentē; bonum; & reliqua. Ex quo apparet; quantus uir eo tempore Gordianus  
 fuerit; amatus est ab afriis ita; ut nemo antea proconsulum; ita ut eum alii Scipionē; Catonē  
 alii; Multi Murtium ac Rutilium aut Lællium dicerent. Extat eorum acclamatio; quæ a Iu-  
 nio in litteris relata est. Nam cum quadam diē factum imperatorum legeret; ut a proconsu-  
 libus Scipionibusque cœpisset; acclamatū est. Nouo Scipioni; uero Scipioni Gordiano proco-  
 sulis. Hæc & alia frequenter audiuit. Et erat quidem longitudine Romana; canicie decora; &  
 pompali uultu; ruber magis quam candidus; facie bene lata; oculis; ore; fronte uerendus.  
 Corporis qualitate subcastulus. Moribus ita moderatus; ut nihil possis dicere; quod ille aut  
 cupide aut immodeste aut nimie fecerit. Affectus suos unice dilexit filium & nepotem ultra  
 morem; filiam & neptem religiose focero suo Annio Seuero tatum detulit; ut in familia eius  
 quasi filium migrasse se crederet; nunquā cum eo lauerit; nunquā illo præscnte federit. Ante præ-  
 turam consul cum esset; aut in domo eius semper mansit. Aut si in pompeiana domo ad illū  
 uel mane uel sero processit; Vini parcus; cibi parcissimus; uestitu nitidus; lauandi cupidus;

Arrianus

Desippus

Metius marullus

Vibia gordiana

Obococ

Ciceronis poemata

Atheneū

Can. Pompeius domū  
rostratam habuit

Philippus

Palmati  
cerui

Metia

Equiferi

Alces

Junius

Cypriaci

tauri

Palmata ti-  
garrica

Toga picta

Iuuenalia

Alexander

Scipro

Cato

Murtius

Rutilius

Lælius

sta ut & quarto & quinto in die lauret astate; in hyeme secundo. Somni plurimi ita: ut in tri-  
clinis si forte apud amicos ederet; etiam sine pudore dormiret: quod uidebatur facere per  
naturam non per ebrietatē atque luxuriē. Sed boni mores nihil ei profuerunt: hic enim uita  
uenerabilis cum Platone semper cum Aristotele cum Tullio cum Virgilio; ceterisque ueteri-  
bus agens: alium quā merebatur exitum: passus est. Nam cum temporibus Maximini hominis se-  
ui atque truculenti pro consul Africam regeret: iam ex consulibus sibi met legato a senatu da-  
to. Cūque quidam rationalis acrius contra plurimos a frorum saeuiret quā Maximinus ipse pa-  
reretur pro scribēs plurimos: interficiēs multos. Et sibi ultro procurationem omnia uindicās  
retusus deinde pro consule atque legato: cum nobilibus & consularibus uiris ipse minaretur  
cumque afri tam insolentes iniurias ferre nequiret: primū ipsū rationalem adiunctis sibi pla-  
risque militibus occiderunt. Occiso deinde eo cum iam orbis terrarū odio contra Maxi-  
minum arderet: cœperunt cogitare quemadmodū inter Maximinos & rusticos uel afros ortae  
inimicitiae placarentur. Tunc quidā Mauritius nomine potens apud afros decurio iuxta Tyf-  
drum nobilissime post hanc orationem apud plebem uel urbanam uel rusticam in agro suo ue-  
lut concionabundus esse locutus. Gratias habeo diis immortalibus ciues: quod occasionem de-  
derunt & quidem necessarium prouidendi nobis contra hoiem furiosissimū Maximinum:  
Nos enim qui procuratorem eius moribus & uitae consimilem occidimus: nisi factio imperato-  
re salui esse non possumus: quo circa si placent: quoniam non longe est nobilissimus uir pro con-  
sul cum filio consulari legato: quorum utriusque mortem pestis illa est minata sublata de ue-  
xillis purpura: imperatores eos dicimus: adhibitisque insignibus Romano iure firmabimus  
Tunc acclamatū est: æquum est: iustū est. Gordiane Auguste dii te feruent: feliciter impera-  
tor es: cum filio imperes. His actis prope uentū est ad oppidū Tyfdrum: inuentusque senex  
uenerabilis post iurisdictionem iacens in lecto: qui circumfusus purpura humi se abiecit: ac re-  
tractans eleuatus est. Et cū aliud facere nihil posset: cuitandi periculi gratia: quod Maximini  
necessario fautoribus dubie iminebat: imperatorē se appellari passus est. Erat autē iam  
octogenarius & plurimis prouinciis: ut diximus: ante præfuerat: populo Romano ita cōmen-  
datus suis actibus erat: ut toto dignus uideretur imperio. Alii quēdā occiso iuene Gordiano filio  
suo quod Gordianus antea nescierat: sed ubi rem cōperit: iam mortis uicinus & filio magis ti-  
mens: maluit honestas causas habere moriēdi: quā dedit uinculis & carceri Maximini. Appel-  
lato igitur Gordiano imperatore iuuenes qui auctores huius facinoris erant: statuas Maxi-  
mini deiecerunt: imagines perfrēgerunt: nomen publicitus eraserunt. Ipsum etiā Gordianū  
africanū appellauerunt. Addunt quidam africani cognomen Gordiano iocirco inditum  
non quod in africa imperare cœpisset: sed quod de Scipionum familia originem traheret. In  
plurimis autem libris inuenio & hunc Gordianum & filium eius pariter imperatores appel-  
latos: & Antoninos cognominatos. Alii uero Antonios. Post hec Carthaginem uentum cum  
pompa regali & fascibus laureatis filiusque legatus patris exemplo Scipionum: ut Desippus  
græcæ historiae auctor est: gladii potestate succinctus est. Missa deinceps legatio Romam est  
cum litteris Gordianorum hæc quæ gesta fuerant in Africa indicans quæ per Valerianum  
principem senatus: qui postea imperauit: grante accepta est. Missæ sunt & ad amicos nobi-  
les litteræ: ut homines potentes & rem probarent: & amiciores fierent ex amicis. Sed tanta gra-  
tulatione factos contra Maximinum imperatores senatus accepit: ut nō solū gesta hæc proba-  
rent: sed etiam uiginti uiros eligerent: inter quos erat Maximus: siue Pupienus: & Clodius  
Balbinus: qui ambo imperatores sunt creati: postea quā Gordiani duo in africa intercepti  
sunt. Illos sane uiginti senatus ad hoc creauerat: ut diuideret his italicas regiones contra Ma-  
ximinum pro Gordianis tuendas. Tunc legiones a Maximino Romam uenerunt abolitionē  
præteritorum spondentes. Sed uicit Gordianorum legatio: quæ bona omnia pollicebatur:  
ita ut eidem crederetur: & ingens militibus stipendium populo agros atque cōgaria promi-  
sa usque adeo autem magis Gordianis quam Maximinis est creditum: ut Vitalianus quidam  
qui prætorianis militibus præerat per audacissimos quæstorem & milites iussu senatus occi-  
derunt: quod se antea crudeliter egerat: & tunc eius magis immanitas timebatur amica & fa-  
miliaris moribus Maximini: de cuius morte hæc fabella fertur. Fictæ sunt litteræ Maxi-  
mini signatæ quasi eius de annulo: & missi cū quæstore milites: qui eas ferrent addentes quædam  
præter litteras secreto esse dicenda. Longam igitur porticum petiuerunt: & cum ille ea quæ  
sibi erant secreto dicenda: perquireret hortantibus: ut prius signum inspiceret epistolæ: dum  
considerat interceptus est. Persuasum deinde est militibus iussu Maximini Vitalianum in-  
teremptum: peractisque rebus in castris Gordianorum & litteræ & uultus sunt propositi. In-  
terest: ut senatusconsultum quo Gordiani imperatores appellati sunt: & Maximinus hostis  
litteris propagentur: non legitimo sed indicto senatus die consul iam domi conuentus cum

Plato

Aristoteles

Tullius

Virgilius

Rationalis

Mauriti)

Tysdrū

Tysdrū oppidu

Desipp)

Maximus

pupien)

Clodius

balbin)

Vitalian)

procuratoribus: ad liberos & tribunis plebis: uenit in curiam præfecti urbis: cui nescio quid redoluerat  
& qui publicas litteras non acceperat: a conuentu se abstinuit. Sed profuit: nam consul ante soli-  
tas acclamationes prius quā aliquid in Maximinum feliciter diceretur ait. P. c. Gordiani duo  
pariter & filius: ambo ex consulibus: unus uester pro consul: alter uester legatus magno afro-  
rum consilio imperatores sunt appellati. Gratias igitur agamus ydritanæ iuuentuti: gratias car-  
thaginensi populo semper deuoto ab imani nos bellua: ab illa fera iudicauerunt. Quid ti-  
mide auditis: quid circumspicitis: quid cunctamini: hoc est quod semper optastis: hostis est  
Maximinus: dii faciant: ut esse iam desinat. Et Gordiani senis felicitatem atque prudentiam  
iuuenis: uirtutem atque constantiam læti experiamur. Post hæc litteras legit gordianorum  
ad senatum & ad se missas. Tunc clamauit senatus. Dii uobis gratias. Liberati ab hostibus su-  
mus: si penitus liberemur: Maximinum hostem omnes iudicamus. Maximinum cum filio diis  
inferis deuouemus. Gordianos Augustos appellamus. Gordianos principes agnoscimus. Im-  
peratores de senatu dii conseruent: imperatores nobiles uictores uideamus: imperatores nōs Ro-  
ma uideat: hostes publicos quod occiderit: primū merebitur. Dicit Iunius Cordus istud senatus  
consultum fuisse: quod quale sit aut quare sic appellatum: breuiter exponam: omnino exem-  
plum senatusconsulti tacitū nō aliud est hodie: quod uestra clamētia conuocatis ad interi-  
ora maioribus ea disponit: quæ non sunt uobis publicanda: de quibus adiuuare etiam sole-  
tis: ne quis ante rem cōpletam quicquid uel audiat uel intelligat. Hunc autē apud ueteres neces-  
sitates publice reppererūt: ut si forte aliqua uis ab hostibus imineret: quæ uel cogeret humi-  
lia captare cōsilia: uel aliqua constituere: quæ nō prius oporteret dici: quæ effici: uel si nollet  
ad amicos aliqua permanere: senatusconsultum tacitū fieret: ita ut non scriberet: nō ferui publi-  
ci: non censuales illis actibus interessent: senatores exciperent: senatores oīum officia censuali-  
um scribarumque cōplerent: ne quid forte pderetur. Factum est ergo senatusconsultum ta-  
citurum: ne res ad Maximinum perueneret. Sed statim ille ut se habent hominum mentes: eorum  
duntaxat: qui erubescunt per se ea non agnosci quæ sciunt: & qui humiles se putant: si cōmis-  
sa non pderent: oīa cōperit Maximinus: ita ut exemplum senatusconsulti taciti acciperet: quod  
nunquā antea fuerat factitatum. Extat denique eius epistola ad præfectum urbis talis. Senatuscō-  
sultum tacitum nōrum illorum principum legi: quod tu præfectus urbi factum esse fortasse  
non nosti. Nam nec interfuisti: cuius exemplū ad te misi: ut scires quō romanam rem p-  
regeres. Enarrari autē non potest: quæ cōmotio fuerit Maximini: cum audiuit contra se Africam  
descriuisse. Nam senatus auctoritate percepta incurrebat in parietes: uestem scindere: gladi-  
um arripere: quasi omnes posset occidere: præfusus furere uidebatur. Præfectus urbi acceptis  
litteris acrioribus: populum & milites allocutus est: dicēs Maximinū iam occisum. Ex quo  
maius fuit gaudium: statimque deiectæ sunt statuæ atque imagines: qui hostis fuerat iudi-  
catus. Vfus est sane senatus pendente bello potestate qua debuit. Nam delatores: calūniatores: p-  
curatores: & oēm illam faciem maximiniana tyranni dis occidi senatus iussit. Atque parum fu-  
it: quod senatus iudicauerat: illud populi iudicium fuit: quod occisi tracti sunt: & in cloacā  
missi. Tunc & præfectus urbi Sabinus consularis uir fuisse percussus occisus: & in publico dereli-  
ctus est. Hæc ubi comperit Maximinus: statim cohortatus est milites hoc genere concionis.  
Sacra comilitones: immo etiam mei consecranei: & quorum mecum plerique uere milita-  
tis: dū nos a Germania Romanam defendimus maiestatem: dum nos Illyricum a barbaris uin-  
dicamus: afri fidem punicam præstiterunt. Nam duos nobis Gordianos: quorum alter senio  
ita affectus est: ut nō possit assurgere: Alter ita luxuriæ perditus: ut debilitatem habeat pro  
senectute: imperatores fecerūt. Et ne hoc parum est: sed factum a frorum nobilis ille senatus  
agnouit: & pro quorum liberis arma portamus: hic cōtra nos uiginti uiros statuerunt: & oēs  
uelut contra hostes sententias protulerunt. Qui nimmo agite ut uiros decet: properādum  
est ad urbem. Nam & uiginti uiri consulares contra nos lecti sunt: quibus resistendum est no-  
bis fortiter agentibus: uobis feliciter dimicantibus. Lentas militum mentes & suorum ala-  
cres animos hac concione Maximinus sæpe cognouit. Denique statim ad filium scripsit: qui  
longe post sequebatur: ut acceleraret: ne quid contra eum se absente milites cogitarent: litte-  
rarum exemplum tale Iunius Cordus dicit. Refert ad te stipator meus Tycannius: quæ gesta  
cognoui uel in Africa: uel Romæ: refert quæ sint militum mentes: quæto quantum potes  
properes: neque ut soler: militaris turba plus faciat. Quid uerear ex eo audies: quem ad te  
misi. Dum hæc aguntur in Africa contra duos Gordianos: Capellianus quidam Gordiano &  
in priuata uita semper aduersus & ab ipso imperatore iam cum matros Maximini iussu re-  
geret: ueteranus dimissus cū lectis mauris & tumultuaria manu accepto Gordiano successo-  
re Carthaginē petit: atque oēs fide punica carthaginensium populos inclinauit. Gordianus tū  
fortunam belli experiri cupiēs: filium tuum iam natu grauiorem quadraginta & sex annos agē

Tysdrū

Maximinu  
dij's miseris  
deuouem)

Iunius  
cordus

Censuales

Tycannius

Capellianus

Punica fide:



Gordiani iunioris mors

Gordiani senioris mors

Fabia Ore stilla

Antomus

Serenus Samonicus

Priamus multorum filiorum

Dexippus

Genitura

Virg

tem: quem tunc legati loco: ut diximus habuerat: contra Capelianum & Maximianum misit uirum: de cuius moribus suo loco dicemus. Sed cum in re militari & Capelianus esset audacior: & Gordianus iunior non tam exercitus quippe: quod nobilitatis deliciis tardabatur: pugna commissa uincitur: & in eodem bello interficitur. Fertur autem tanta multitudo Gordiani partium in bello cecidisse: ut cum diu quaesitum sit corpus Gordiani iunioris: non potuerit inueniri. Fuit praeterea ingens: quae raro in Africa est tempestas: quae Gordiani exercitum ante bellum ita dissipauit: ut minus idonei milites praestiterent: atque ita facilis esset Capeliani uictoria. Haec ubi comperit senior Gordianus: cum in Africa nihil praestidit: & Maximiano multum temporis & fides punica perurgeret: & acerrime Capelianus instaret. Lucius deinde mentem: atque animum fatigaret: laqueo uitam finiuit. Hic exitus duorum Gordianorum fuit: quos ambos senatus Augustos appellauit: & postea inter diuos rettulit. Imperauerunt anno unio: mensibus sex. Gordianus iunior hic Gordiani senis proconsulis Africae filius: qui cum patre & ab Afris & a senatu Augustus appellatus est. Litteris & moribus clarus fuit praeter nobilitatem: quam ut nonnulli ab Antoninis: ut plurimi ab Antoniis duxit. Siquidem argumento ad probandam generis qualitatem alii hoc esse dixerunt: quod Africanus Gordianus senior appellatus cognomine Scipionum: quod domum pompeianam in urbe habuit: quod Antoninorum cognomine semper est nuncupatus: quod Antonium filium suum ipse significari uoluit in senatu: quae singula uidentur familias designare. Sed ego Iunium Cordum sequor: qui dicit ex omnibus his familiis Gordianorum coaluisse nobilitatem. Idem igitur natus patri primus Fabia Orestilla Antonii proneptus: unde Caesarum quoque familiam contingere uidebatur. Et primis diebus sui natalis Antoninus est appellatus. Mox in senatu Antonini nomen est editum uulgo. Deinde Gordianus haberi coepit: in studiis grauius opinionis fuit: forma conspicuus: memoriae singularis: bonitatis insignis: a deo ut semper in scholis si quis per erorum uerberaretur: ille lachrymas non teneret. Sereno Samonico: qui patris eius amicissimus: sibi autem praceptor fuit: nimis acceptus & carus uisus: quae deo ut omnes libros Sereni Samonici patris sui: quae censuebantur ad sexaginta & duo milia: qui Gordiano minori moriens ille reliqueret: quod eum ad caelum tulit. Siquidem tanta bibliothecae & copia splendore donatus in famam hominum litterarum decore puenit. Quaesturam Helio Gabalo auctore promeruit: ideo quod luxurioso imperatori lasciuia iuuenis: non tamen luxuriosa neque infamis praedicata est. Praetura Alexandro auctore urbanam tenuit: in qua tanta iurisdictionis gratia fuit: ut statim consulatum patris missus legatus est: obsecutus atque illic ea quae superius dicta sunt: contigerunt. Fuit uini cupidior: semper tamen undecunq; conditi nunc rosae nunc mastice: nunc ablinthii: ceterisque rebus: quibus gula maxime delectaretur. Cibi parca: ita ut intra punctum temporis uel prandium si pranderet: uel coenam finiret. Mulierum cupidissimus: huiusmodi concubinas uiginti & duas fertur. Ex quibus uobis ternos & quaternos filios reliquit. Appellatusque est sui temporis Priamus: quem uulgo iocantes: quod esset natura praecipua: Priapum: non Priamum saepe uocarent. Vixit in deliciis in hortis: in balneis: in summa claritate cito esse moriturum. Vita sua nec tamen fortitudine a bonis unquam degenerauit: semperque inter illusterrimos fuit: ciuibus nec reip. ad consolationem defuit. Denique etiam senatus libentissime illum Augustum appellauit: atque in eo spem publicam posuit. Vestitu cultuque rursus: seruis & oibus suis carus. Cordus dicit uxorem eum nunquam habere uoluisse. Contra de Maximo puerulus adeptus est imperium. Cum senior Gordianus mathematicum aliquando consulere de genitura huius: respondisse ille dicitur: hunc & filium imperatoris: & ipsum imperatorem futurum. Et cum senior Gordianus rideret: ostendisse constellationem mathematicam ferunt: & de libris ueteribus dictasse: ita ut probaret se uera dixisse. Qui quidem & senatui dixit. Quae omnia postea Gordianus senior in Africa iam imperator: & quoniam nihil timebat: narrasse phibetur: de morte quinetiam sua filiique: & de genere mortis dixisse. Cantabar praeterea uerlus senex: cum Gordianum filium uideret hos sapissime. Ostendit terris hunc tamen fata: neque ultra esse sinent: nimium uobis romana praepago Visa potes super: propria haec si dona fuisset Extant dicta & soluta oratione & uerlibus Gordiani iunioris: quae hodie ab eius affinis frequenter tantur. Non magna: non minima: sed media & quae appareat esse hominis ingeniosum: sed luxuriantis & suum discernentis ingenium. Pomorum & holerum uicissimissimus fuit: in reliquo ciborum genere parcissimus semper pomorum aliquid recentium deuoraret: frigidarium percipidus. Nec facile peractat nisi frigidas & plurimas bibit. Et erat corporis uastus: quare magis ad frigidam urgebatur. Haec de Gordiano iunioris digna memoratu coeperimus: non enim nos talia dicere uoluimus

quod Junius Cordus ridicule ac stulte composuit de uoluptatibus domesticis ceterisque isimis rebus: quod qui uelit scire ipsum legat Gordium: qui dicit & quos seruos habuerit unusquisque principum: & quos amicos: & quos penulas: quosue clamides: quorum etiam scientia nulli potest. Siquidem ea debeant in historia poni ab historiographis: quae aut fugienda sunt aut sequenda. Sane quod praetermittendum esse non celsi: quae mirabile uisum est lectu apud Vulcatium Terentianum: quod ipse historiae sui temporis scripsit. In litteras misit Vulcatius Terentianus Gordianum seniorem Augusti uultum sic representasse: ut & uocem & morem & staturam eius de ostenta re uideretur. Filium uero Pompeio simillimum uisum: quibus Pompeius obesi corporis fuisse de negatur. Nepotem autem eius etiam nunc uidemus imagines Scipionis Asiatici rettulisse: quod pro sua administratione tacendum esse non credidi. Gordianus tertius post mortem duorum Gordianorum senatus trepidus & Maximinum uacillanter timens ex uiginti uiris: quos ad remp. tuendam delegerat: Pupienum siue Maximum & Clodium Balbinum Augustos appellauit ambos ex consulibus. Tunc populus & milites Gordianum puulum annos agentem: ut plures afferunt undecim: ut nonnulli tres decem: ut Junius Cordus dicit sex decem: non uiginti & secundo anno eum perisse asserit: petierunt: ut Caesar appellaretur: raptusque ad senatum: atque inde in concione positus in dextera imperatoris sedes: Caesar est appellatus. Hic natus est: ut plures afferunt ex filia Gordiani: ut unus aut duo: nam amplius inuenire non potui: ex filio qui in Africa periit. Gordianus scilicet Caesar factus apud matrem educatus est. Et cum extinctis Maximinis Maximus et Balbinus militari seditione interempti essent: qui biennio imperauerat: Gordianus a dolens & Caesar eatenus fuerat: a militibus & populo & senatu & oibus gentibus ingenti amore: ingenti studio & gratia: Augustus est appellatus. Amabatur autem merito aui & auunculi siue patris: quod ambo pro senatu & pro populo: contra Maximinum arma sumpserunt: & militari uel morte uel necessitate perierunt. Post haec ueterani ad curiam uenerunt: ut discerent quid actum esset. Ex quibus duo ingressi capitulum cum illic senatus ageretur ante ipsam aram Gallicano ex consulibus & Moenenate ex duobus interempti sunt: atque bellum intestinum ortum est: cum essent armati et senatores ignorantibus ueteranis: quod Gordianus a dolens solus teneret imperium. Desippus quidem asseruerat ex filio Gordiani tertium Gordianum esse natum: & postea quod constitit apud ueteranos quoque solum Gordianum imperare inter populum: & milites: ac ueteranos pax roborata est: & hic finis belli intestini fuit: cum esset delatus Gordiano puero consulatum. Sed iudicium non diu imperatori Gordiani hoc fuit: quod eclipsis solis facta est: ut nox crederetur: neque sine luminibus accessis quicquam possit. Post haec tamen uoluptatibus & deliciis pro. ro. uacauit: ut ea quae fuerant asperae gesta mitigaret. Venusto & Sabino consulibus in Africa contra Gordianum tertium duce Sabino: quem Gordianus per praesidem Mauritaniae obsecrum a coiuuatis ita oppressit: ut ad eum tradendum Carthaginem omnes uenirent: & crimina confitentibus & ueniam sceleribus postulantibus. Finis igitur sollicitudine in Africa Gordiano iam iterum & Pompeiano consulibus bellum per se cum natum est: quoniam & adolecens Gordianus priusquam ad bellum proficere: & duxit uxorem filiam Misitheii doctissimi uiri: quem causa eloquentiae dignum paratela sua putauit: & praefectum statim fecit: post quod non puerile iam & contemptibile uidebatur imperium. Siquidem & optimi soceri consilia diuauerunt: & ipse pro pietate aliquantulum saperet: nec praesones ac ministros aulicos matris uel ignorantiae conuenientia uiderentur. Extat denique & soceri eius ad eum epistola & ipsius Gordiani ad socerum: qua intelligitur eius sculm emendatius ac diligentius socero adiuuante perfectum: quarum exemplum hoc est. Domino filio: & Augusto Misitheus socer & praefectus. Euasit nos grauem temporum maculam qua praesones & per illos qui amici tibi uidebantur: erant autem uacillantes inimici: omnia uendebantur uoluptati: & ex eo magis quod tibi gratior emendatio est: ut si qua uitia fuerunt tua: non fuisse satis consterni fili uenerabilis: neque enim quisquam ferre non potuit datae eunuchis suffragantibus militum praesones: negatum laboribus praemium: aut interemptos aut liberatos pro libidine atque mercede: quos non decebat: uacuum ararium per eos: qui quotidie in diuissime frequentabant initas factiones: ut tu decipereris: cum iter se de bonis pessimis quique haberent ante consilia tibi met suggerenda bonos pellerent: detestandos insinuant: omnes postremo tuas fabulas uenderent. Diu igitur gratias: quod uolente in te ipso emendata res publica est. Delectat sane boni esse principis socerum: & eius qui omnia requirat: & omnia uelit scire: & qui pepulerit homines: per quos antea uelut in auctione positus mundi natus est. Item Gordiani ad ipsum. Imperator Gordianus Augustus Misitheo patri & praefecto. Nisi dii omnipotentes romanum tuerentur imperium: etiam nunc per emptos praesones uelut in hasta positi uenderentur. Denique nunc demum intelligo neque feliciore praetorianis cohortibus praesones debuisse: neque Serapioni quartam legionem credendam fuisse. Et ut omnia dinumerarem multa non esse facienda: quae feci: sed disgratias: quod te insinu

Junius cordus ridicul

stultus & loquax

Vulcatius Terentianus

Augustus

Pompeius

Gordianus tertius

Junius cordus

Dexippus

Eclipsis maxima

Venustus

Sabinus

Sabinianus

Gordianus

Pompeianus

Misitheus

Hundinatus

Serapio

Gaudiam  
Reuered  
Montan

Tremotus maximo  
gordiani tempore

Coss. < Praetextat  
Atticus

Janus geminus optus  
indici erat  
di belli

Carras  
Nisibi

Attaminaret

Antiochenſia cruceſ

Nitibis

Cteſpſo

Philippus

Nilitanea

onſſ  
Priamus  
Pappus  
Philippus

ante qui nihil uendis didici ea: quae in cluſus ſcire non poteram. Quid enim facerem? quod  
ad mauros uenderet: & conſilio cum Gaudiano & Reuerendo & Montano habito uel lauda  
ret aliquos uel uituperaret. Et illorum conſentiu quaſi teſtium quod dixerat approbarem mi  
pater. Verum audias uel imifer eſt imperator: apud quem uera recitentur: qui cu ipſe pu  
blice ambulare non poſſit: neceſſe eſt ut audiat: & uel audita uel a plurimis roborata confir  
met. His epiſtoliſ intellectū eſt adoleſcentē ſoceri cōſiliis emendatū atque correptū. Et Mi  
ſitheus quidem epiſtola grācam qdam fuiſſe dicunt: ſed in hanc ſententiam. Tantum autē ua  
luit eius grauitas & ſanctimonia: ut ex obſcuriſſimo præter nobilitatē geſtis etiam Gordia  
num clarum principem fecerit. Fuit terramotus eouſque grauis iperante Gordiano: ut ci  
uitates etiam terræ hiatu cum populis deperirent: ob quæ ſacrificia per totā urbem totum  
que orbem terrarū ingentia celebrata ſunt. Et Cordus qdem dicit inſpectis librif ſibyllinis  
celebratiſque omnibus q illic iuſta uidebatur: mundanum malum eſſe ſedatū ſedato terræ  
motu. Praetextato & Attico conſulibus Gordianus aperto Iano gemino quod lignum erat in  
dicti belli: profectus eſt contra perſas cum exercitu igenti & tanto auro: ut uel auxiliis uel mi  
litibus facile perſas uincere poſſet. Fecit iter in Meſiam: atque in ipſo procinctu quicqd ho  
ſtium in thraciis fuit: deleuit: fugauit: expulit: atque ſubmouit. Inde per Syriā in Antiochia  
uenit: quæ a perſis iam tenebatur. Illic frequentibus præliis pugnauit & uicit: Sapore perſa  
rum rege ſubmoto. Et poſt Artaxerxem Antiochiam recepit: Carras & Niſibi: quæ omnia  
ſub perſarum imperio erant. Rex ſane perſarum tantum Gordianum principem timuit: ut  
cum inſtructus eſſet: & ſuis copiis & noſtris: tamen ciuitatibus ipſe præſidia ſpōte deduceret:  
eafque integras ſuis ciuitatibus redderet: ita ut nihil quod ad eorum fortunas pertineret: at  
taminaret. Sed hæc omnia per Miſitheum ſoceram Gordiani: eū demque præfectum geſta  
ſunt. Effectum demque eſt: ut perſæ qui iam in Italia timebantur: in regnum ſuum pugnan  
te Gordiano redirent: totumque orientem romana reſpublica detineret. Extat oratio Gor  
diani ad ſenatum: qua de rebus geſtis ſcribens Miſitheo præfecto ſuo & ſocero ingentes gratias  
agit: cuius partem in didi: ut ex eo uera cognoſceres. Poſt hæc patres conſcripti: q dū iter agi  
mus geſta ſunt: quæ ubique ſingulis digna ſunt actitata etiam: perſas ut breui multa conne  
ctam ab Antiochenſium crucibus: quas iam nexas perſico ferro gerebant: & reges perſarum:  
& leges amouimus. Carras deinde cæterasque urbes imperio romano reddidimus. Nitibin  
uſque peruenimus: & ſi dii fauerint: Teſiphona uſque uenimus. Valet tantum Miſitheus p  
fectus & parens noſter: cuius ductu & diſpoſitione & hæc tranſegimus: & reliqua tranſigemus  
Veſtrum eſt igitur ſupplicatiōes decernere: nos diis cōmendare: Miſitheo gratias agere. His  
in ſenatu lectis: quadrigæ elephantorum Gordiano decretae ſunt: ut pote qui perſas uiciſſet  
ut triūpho pſico triūpharet. Miſitheo autē qdragita ex equorū & triūpaliſ curruſ & titulus  
huiusmodi. Miſitheo eminētī uiro: parētī principū: ptori totius urbis: tutōri ſcipi. ſenatus  
populuſque romanus uicē reddidit. Sed iſta felicitas longior eſſe non potuit. Nam Miſitheus  
q tum plærque dicitur: artibus Philippi qui poſt eum præfectus ptori eſt factus: ut alii morbo  
extinctus eſt hære de romana rep. ut quicquid eius fuerat: uectigalibus urbis accederet. Cu  
ius uiri tanta in rep. diſpoſitio fuit: ut nulla eſſet unq ciuitas militanea potior: & q poſſet ex  
ercitum po. ro. ac principem ferre: quæ totius anni in aceto: frumētō & lardo atque hordeo  
& paleis condita non haberet: minores uero urbes alia triginta dierum: alia quadragita: nō  
nullæ duorum menſium: q minimum quindeci dierum. Idem cum eſſet præfectus: arma mili  
tum ſemper inſpexit. Nullum ſenem militare paſſus eſt: nullum puerum annonas accipere.  
Caſtra omnia ſoſtato circuibat: noctibus etiam plærūque uigilias frequentabat. Amabatur  
que ab omnibus: quod ſic & remp. amaret & principem. Tribuni eum & duces uſque adeo ti  
muerunt & amaerunt: ut neque uellent peccare: neque ulla ex parte peccarent. Philippus  
eum propter plærque uehementer timuiſſe fertur: atque ob hoc p medicos iſidiāſ eius ui  
ræ paraſſe. & qdem hoc genere cū effuſione alui Miſitheus laboraret: atque a medicis ſiſten  
di uentris gratia poculū iuberetur accipere: mutatis q fuerant parata: id fertur datū: quo ma  
gis ſolueretur: atque ita exaiaſe eſt. Quo mortuo a Priano & Pappo cōſulibus i eius locum  
preſectus ptorii factus eſt Philippus arabs humiſi genere natus: ſed ſupbus: q ſe in nouitate at  
que enormitate fortunæ nō tenuit: ita ut ſtati Gordiano q eum in locū parētis adſcuerat: iſi  
diāſ p milites faceret. Quæ tales fuerūt: Miſitheus tm q tum diximus huerat conditorū: ut  
uacillare diſpoſitio romana nō poſſet. Verū artibus Philippi primū naues frumētariae ſūt  
diano in ſeſtos milites ſtatim reddidit: non intelligentes artibus Philippi iuuenē eſſe deceprū  
Sed Philippus etiam hoc addidit: ut rumore per milites ſpargeret: adoleſcentē eſſe Gordia  
num imperium non poſſe regere: meliuf eſſe illum imperare: qui militem gubernaret: qui  
remp. ſciret. Corrupti præterea etiam principes: effectumque: ut palam Philippus ad impe

rium poſceretur. Amici gordiani primū uehementiſſime reſiſtebant. Sed cum milites fa  
me uincerentur: imperium Philippo mandatum eſt: iuſſumque a militibus: ut quaſi tutor  
eius Philippus cum eodem gordiano pariter imperaret. Suſcepto igitur imperio cum & Phi  
lippuſe contra gordianum ſuperbiſſime ageret: & ille ſe imperatorem atque imperatorum  
prolem & uirum nobiliſſimæ familie recognoſceret: nec ferre poſſet improbitatem homi  
nis ignobilis apud duces & milites aſtare præfecto Metio gordiano affini ſuo in tribunali p  
ceſſit: ſperans poſſe imperium Philippo abrogari. Sed hac conqueſtione nihil egit: cum illū  
incaſſet: quod immemor beneficiorum eius ſibi minus gratus exiſteret. Et cum milites ro  
gaſſet: cum aperte duces amiſſet: factione Philippi minor apd omnes fuit. Denique cum ſe  
uideret minore haberi: petiit ut æquale ſaltem inter eos eſſet imperium: nec impetrauit.  
Dehinc petiit: ut loco Caſariſ haberetur: nec id obtinuit. Petiit etiam: ut præfecti loco eēt  
Philippo: quod & ipſum negatum eſt. Vltimæ preces fuerunt: ut eum Philippus p duce ha  
beret: & pateretur uiuere. Ad quod quidem pene conſenſerat Philippus ipſe tacitus: ſed  
omnia per amicos agens nutibus atque conſiliis. Verum cum ſecum ipſe cogitaret amorem  
populi romani: & ſenatus circa Gordianum & totius Africae ac Syriæ totiuſque orbis Roma  
ni cum & nobilis eſſet & ſenatus ac filius imperatorum: & bellis grauibus totam rep. libe  
raſſet: poſſe fieri: ut ſiſta quando cunque militum uoluntate Gordiano redderetur imperi  
um recens: cum in Gordianum iræ militum famis cauſa uehementes eſſent: clamantem an  
te conſpectum duci iuſſit ac ſpoliari & occidi. Quod cum primum dilatum eſſet: poſt ut iuſ  
ſit impletum eſt. Ita Philippus impi non iure obrinuit imperium. Imperauit Gordianus an  
nis ſex. Et dum hæc agerentur: Argunthiſ ſcytharum rex finitimorum regna uafſtabat: ma  
xime quod compererat Miſitheum perſis: cuius conſilio reſpublica fuerat gubernata. Phi  
lippus autem ne a crudelitate nāciſci uideretur imperium: Romā litteras miſit: quibus ſcri  
pſit. Gordianum morbo periſſe: ſequē a cunctis militibus electum. Nec deſuit: ut ſenatus de  
his rebus: quas non nouerat falleretur. Appellato igitur principe Philippo & Auguſto nūcu  
pato Gordianum adoleſcentem iter deos rettulit. Fuit iuuenis lætus: pulcher: amabilis: gra  
tus omnibus: in uita iucundus: in litteris nobilis: proſuſ ut nihil præter ætatem deſſet im  
perio. Amatus eſt a populo & ſenatu & militibus ante Philippi factionem: ita ut nemo princi  
pum. Cordus dicit omnes milites eum filium appellatſe: ab omni ſenatu filiū dictum: oēm  
populum deliciaſ ſuas Gordianum dixiſſe. Denique Philippus cum eum inter ſeciſſet: ne  
que imagines eius tolleret: neque ſtatuas deponeret: neque nomē abraderet: ſed diuum ſem  
per appellans etiam apud ipſos milites cum quibus factionem fecerat: ſerio animo & peregrini  
na calliditate ueneratus eſt. Domus Gordianorum etiam nunc extat: quam iſte Gordianus  
pulcherrime exornauit. Et uilla eorum uia præneſtina ducentas columnas uno ſtilo habens:  
quarum quinquaginta chriſtæ: claudianæ quinquaginta: iynades quinquaginta: numidi  
cæ pari meſura ſunt. In qua baſilicæ cætenariæ tres. Cætera huius operi conuenientia: & ther  
mæ quales præter urbem ut tūc nuſquam in orbe terrarum. Familia Gordiani hoc ſenatus  
decreuit: ut a tutelis atque legationibus & a publicis neceſſitatibus niſi ſi uellent poſteri eius:  
ſemper uacarent. Opera Gordiani Romæ nulla extant: præter quædam nymphia & balne  
as. Sed balneæ priuatiſ hominibus fuerunt: & ab eo in uſum priuatorum exornatae ſunt. Inſtr  
tuerat porticum in campo martio ſub colle pedum mille: ita ut ab altera parte: qua mille pe  
dum porticus fieret: atque iter eaſ pariter & ſpatium pedum quingentorum: cuius ſpatii hic  
atque inde uiri darii eſſent lauro myrto: & buxo frequentata. Medium uero lichoftratū bre  
uibus columnis altrinſecus poſitis & figillis per pedes mille: quod eſſet deambulatoriū: ita  
ut in capite baſilicæ eſſet pedum quingentorum. Cogitauerat præterea cū Miſitheo: ut poſt  
baſilicam thermas æſtuas ſui nominis faceret: ita ut hyemales in principio porticum pone  
rer: ſuo uſui eſſent uel uiridaria uel porticus. Sed hæc omnia nunc priuatorum & poſſeſſio  
nibus & hortis & ædificiis occupata ſunt. Fuerunt ſub Gordiano Romæ elephāti triginta &  
duo: quorum ipſe duodecim miſerat: Alexander decem. Alces decem. Tigres decem. Leonis  
manſueti ſexaginta. Leopardi manſueti triginta. Belbi: deſt hienæ decem: gladiſorum ſiſca  
lium paria mille. Hyppotamis ex renocere unus. Arcoleontes decem. Camelopardali decem.  
Onagri uiginti. Eg ſerū qdraginta: & cætera huiusmodi aialia innumera & diuerſa: q oia Philip  
pus ludis ſæcularibus uel dedit uel occidit. Haſa aut oēs ſeras manſuetas & præterea efferatas  
parabat ad triūphū perſicū: quod uotum publicum nihil ualuit. Nā oia hæc Philippus  
exhibuit ſæcularibus ludis & muneribus atque circēſibus: cū milleſimū ab urbe cōdita annū  
in cōſulatu ſuo & filii ſui celebrauit: qd de Caſare mēoriae traditū eſt. Hoc etiā de Gordia  
no Corduſe ueniſſe pſcribit. Nā oēs qcunque illū gladio appetuerūt: q nouē fuiſſe dicūtur  
poſtea interēpti a Philippi ſua manu fuiſſe: & iſ de qbus illū pcuſſerat iteremiſſe  
dicūtur. Triū igit Gordianorū hæc fuit uita: qui oēs Auguſti appellati ſunt: duobus i Afri

Metius gordianus

Philippus m  
ator creatur

Ducentas colu  
mmas uno ſtilo  
habens

Chriſtes colu  
ne

Symades

Humidice

Nymphia

Lichoftrato

Belbi .i. hienæ

Arcoleontes  
Camelopardal  
es  
Equiferi

hyppo  
potam  
& rhino  
ceru  
urus

ca'interemptis perfidis finibus; Gordiano sepulchrū milites apud Circenū castrum fecerūt in finibus perfidis titulum huiusmodi ad dentes & græcis & latinis; & perlicis & iudaicis; & ægyptiacis litteris; ut ab omnibus legeretur. Diuo Gordiano uictori perfarū; uictori gotthorum; uictori farmatiarum; depulsoi romanarum seditionum; uictori germanorū; sed nō uictori Philipporum; quod ideo uidebatur additum; quia in campis Philippis ab Alanis tu multuario prælio uictus abscesserat. Simul etiam quod a Philippis uidebatur occisus. Quē titulum euertisse Licinius dicitur eo tempore; quo est nactus imperium; cum se uellet uide ri a Philippis originem trahere. Quæ omnia Cōstantine maxime iccirco sum secutus; neq; tuæ cognitioni deesset; quod dignum scientia uideretur.

Licini)

Maximus & Balbinus eiusdem Iulii Capitolini.

**I**nreemptis in Africa Gordiano seniore cū filio; cū Maximinus ad urbē furens ueniret; ut quod Gordiani Augusti appellati fuerāt; uindicaret; se natus pertrepidus in aedem Concordiæ se primo kalen. iunias concurrir: ludis apollinariibus remedium contra furorē hominis improbissimi requirrens. Cum igitur duo cōsulares & eminentes quidē uiri Maximus & Balbinus; quorum Maximus a plerisque i historia reticetur; & loco eius Pupieni nomen infertur; cum & Dexippus & Arapianus Maximum & Balbinum dicant electos contra Maximinū post Gordianos; quorum alter bonitate; uirtute alter ac feueritate clari habebantur; ingressi essent curiā ac præcipue timorē Maximini aduētum ferrent; ostenderentque referente consule de aliis rebus qui primam sententiā erat dicturus; sic orsus est. Minora nos sollicitant; & prope aniles res feruentissimo tēpore tractamus in curia. Quid enim opus est de restitutiōe templorū; de Basilicæ ornatu; de thermis titianis; de exædificatione amphitheatri agere; cum imineat Maximus; quem hostem mecū ante dixi xistis. Gordiani duo in quibus p̄sidium fuerat; interēpti sunt; neque in præsentem illum sit auxilium; quo respirare possimus. Agite igitur. p. c. principes dicite; quid moramini? ne dū singillatim p̄timefcitis; in timore potiusq; in uirtute opprimamini. Post hæc tacentibus cūctis; cum Maximus qui & natu grandior erat; & meritis; & uirtute ac feueritate clarior dicere sententiam cœpisset; qua ostenderet duos principes esse faciendos. Veetius Sabinus ex familia Vlpiorum rogato consule; ut sibi dicere atque interfari liceret; sic orsus ē. Scio. p. c. hanc rebus nouis iesse oportere constantiā; ut rapienda sint consilia non quaerenda; Verbis quinetiā plurimis abstinentum sit; atque sententiis ubi res perurgunt; ceruices suas quisque respiciat; uxorem ac liberos cogiter; auitas patriasque fortunas quibus omnibus iminet Maximinus natura furiosus; truculentus; imanis. Causa uero ut sibi uideatur satis iusta; truculentior ille quadrato agmine castris ubique positis ad urbem tendit. Vos sedendo & consultando diem teritis; longa oratione opus non est; faciendus est impator; imo faciendi sunt principes. Vnus qui res domesticas; alter qui bellicascuret. Vnus qui in urbe residet; alter qui obuiam cum exercitu latronibus pergat. Ego principes dico; uos firmate si placet; si minus meliores ostendite. Maximum igitur atque Balbinum; quorum unus in re militari tantus est; ut nobilitatem generis splendore uirtutis allexerit. Alter ita clarus nobilitate est; ut & morum leuitate reipub. sit necessarius & uitæ sanctimonia; quam a prima ætate in studiis semp ac litteris tenuit. Habetis sententiam. p. c. mihi fortasse periculosiorē q̄ uobis; sed nec uobis satis tutam; si non aut alios aut hos principes feceritis. Post hæc acclamatum est uno consensu. Aequū est; iustum est. Sententiā Sabini oēs consentimus. Maxime & Balbine Augusti dii uos feruent; dii uos principes fecerunt; dii uos conferuent. Vos senatum a latronibus uindicatē; uobis bellū contra latrones mandamus. Hostis publicus Maximinus cum filio pereat; hostem publicū uos persequimini. Felices uos iudicio senatus; felicē tempus; uestro ip̄erio. Quod uobis senatus detulit; fortiter agite; quod uobis senatus detulit libenter accipite. His atque aliis acclamati onibus imperatores facti sunt Maximus atque Balbinus. Egressi igitur a senatu; primum capitolium ascenderunt; ac rem diuinam fecerunt. Sed dum in capitolio rem diuinam faciūt; populus ro. imperio Maximi contradixit; timebant enim feueritatem eius hoies uulgares; Quare factum est; ut gordianum adolescentulū principem peterent; qui statim factus est; nec prius permisi sunt ad palatium stipatis armif ire; q̄ nepotem gordiani Cæsaris nomine nuncuparent. Deinde ad rostra populū conuocauit. Vbi cum orationem de senatus sententiā; & de sua electione habuissent. po. r. cum militibus qui forte conuenerant; acclamauit Gordianum Cæsarem omnes rogamus. Hic ne poserat gordiani ex filia; ut quidā; uel ut alii ex filio; qui est in Africa occisus; annum agens ætatis quartum decimum; ut plerique dicunt qui statim raptus est; & nouo genere senatus cōsulti cum eadem die senatus consultum factū

Senatus in Aedē concordie

Dexippus

Arapianus

Titianæ thermæ

Veetius Sabinus

Vlpianus

Ulpiorum familia

esset; inductus in curiam Cæsar est appellatus. Prima igitur relatio principum fuit; ut duo Gordiani diui appellarentur. Aliqui autem unum putat appellatum seniorē uidelicet. Sed ego libris; quos Iunius Cordus affatim scripsit; legisse memini ambos in deos relatos. Siquidem senior laqueo uitam finiuit; iunior aut in bello consumptus est. Qui utique maiorem meretur reuerentiā; quod eum bella rapuerit. Post has igitur relationes p̄fectura urbis i Sabinum collocata est; utrum grauem & Maximus moribus cōgruentem; p̄toriana in Pinarium Valentem. Sed priusq; de actibus eorum loquar; placet aliqua dicere de moribus atque genere non eo modo; quo Iunius Cordus est p̄secutus oia; sed illo quo Suetonius Tranquillus & Valerius Marcellus; quis Curius Fortunatus; q̄ oēm hanc historia pericripserit; plura consergerit. Cordus uero tam multa; ut etiam pleraque & minus honesta pericripserit. Maximo pater fuit Maximus unus e plebe; ut nōnulli dicunt. Pater ferrarius; ut alii ueredarius; uehicularius fabricator; hunc suscepit ex uxore Prima noie. Cui fratres quattuor uiri fuerunt & quattuor puellæ; qui oēs in pubertate interierunt. Nato Maximo carnem bubulā; & quidem multam aquila in cellā eorum picisse fertur; quæ angusto patebat impluuiō; eam denique cum iaceret; nec quisq; attingere auderet religionis timore; iterum sustulisse & in p̄ximum facellum; quod erat louis p̄stiti detulisse. Id eo tēpore nihil uisum est omnis haberi; sed non sine causa factum probauit imperium. Pueritiam oēm in domo patris Pinarii fecit; quem statim ad p̄fecturam p̄torii subuexit; ubi factus est imperator. Operā grammatice; rhetorice non multam dedit. Siquidem semper uirtuti & militari feueritati studuit. Attamen militaris tribunus fuit; & multos egit numeros; & postea p̄turam sumptu pescenninæ Marcellinæ; quæ illum loco filii susceperat & aluerat. Inde p̄consulatum Bithyniæ egit; & deinceps græciæ; ac tertio Narbone; missus p̄terea legatus farmathas in illyrico contulit; atque idē tractatus ad Rhenu rē cōtra germāos satis feliciter gessit. Post hæc p̄fectus urbis prudētissimus ac igeniosissimus; & feuerissimus approbatus ē. Quare ueluti senatus ei hoies; qd nō licebat; nouæ familiæ imperium tñ detulit confessis oibus eo tempore in senatu aptiorem non esse; qui deberet principis nomen accipere. Et qm̄ etiam minora plerique desiderant. Fuit cibi auarus; uini parcissimus; ad rem ueneriā nimis rarus; domi forisque semper feuerus; ita ut & tristis cognomen acciperet. Vultu grauissimus & retortidus; statura p̄cerus; corporis qualitate sanissimus; moribus aspernabilis; attamen iustus; neque unq; usque ad exitum negotiorū uel inhumanus; uel inclamens. Rogatus semper ignouit; nec iratus est; nisi ubi eum irasci decuit Factionibus se nunq; p̄buit; iudicii tenax fuit; neque aliis potiusq; sibi credidit. Quare & a senatu multum dilectus est; & a populo timori habitus; siquidem sciebat populus eius cenforiam p̄fecturam; quam uidebat posse in ip̄erio uæhementius conualescere. Balbinus nobilissimus & iterum consul rector puinciarum infinitarum. Nam & in Asiam & Africā & Bithyniā & Galathiam & Pontum & Thracias & Gallias ciuilibus administrationibus rexerat; ducto nonnunq; exercitu; sed rebus bellicis minor fuerat q̄ ciuilibus. Attamen bonitate; nimia sanctitate; ac uerecundia ingentē sibi amorem conciliauerat. Familiæ uetustissimæ ut ipse dicebat; a Balbo Cornelio Theophane originem ducens; qui per. G. Pompeium ciuitatē meruerat; cum esset suæ patriæ nobilissimus; demque historiæ scriptor. Statura æque procerus; corporis qualitate cōspicuis; in uoluptatibus nimius; quem quidem adiuuabat diuitiarum abundantia; nam erat a maioribus diues; & multa hæreditatibus per se ipse collegerat. Eloquentia clarus; poemata inter sui temporis poetas plurima fecit; p̄cipiti usu; uini; cibi; rei ueneriæ auidus; uestitu cultus; nec quicq; defuit; quod illum populo non cōmendabilem redderet. Amabilis etiam senatus fuit. Hæc de utriusque uita cōperimus. Denique nonnulli quæ admodū Catonē & Cæsare Salustius comparat; ita hūc quoque comparandū putāt; ut alterum feuerum; clamentem alterum; bonum illum; istum constantem. Illum nihil largientē hunc affluentem copiis omnibus dicerēt. Hæc de moribus atque genere. Decretis ergo omnibus imperatoris honoribus atque insignibus; percepta tribunitia potestate iure proconsulari; pontificatu maximo; patriæ etiam & patriæ nomine meruerunt imperium. His gestis; celebratissime sacris datis ludis scænicis; ludisque circensibus gladiatorio etiam munere; Maximus susceptis uotis in capitolio ad bellum contra Maximinum missus est cum exercitu ingentē p̄torianis Romæ manentibus. Vnde autem mos tractus sit; ut proficiscentes ad bellum ip̄eratores; munus gladiatoriu & uenatus darēt; breuiter dicendū est. Multi dicunt ap̄ ueteres hanc deuotionē contra hostes factā; ut ciuium sanguine litato specie pugnarum se nemefis; i deus uis quædam fortunæ satiare. Alii hoc litteris tradunt; quod uerissimulius credo Tituros ad bellum romanos debuisse pugnas uidere; & uulnera & ferrum; & nudas inter se cohortes; ne dimicantes in bello armatos hostes timerent; aut uulnera & sanguinem perhorrescerent. Et maximo quidem ad bellum profecto Romæ p̄toriani remanserunt. Inter quos & populū tanta seditio fuit; ut ad bellum irestinum ueniretur. Urbis Romæ pars maxima

Iunius cordus

Sabinus

Pinarus Valens

Suetonius tranquillus

Valerius marcellus

Curius fortunatissimus

Cordus

Veredarius

Pinarus

Pescennina marcellina

Retortidus

Balbus Cornelius theophanes historicus

G. Pompeius

De more duci proficiscetium ad bellū not Nemefis

incenderetur: templa fœdarentur: omnes plateæ cruore polluerentur: cum Albinus homo senior seditionem sedare non posset. Nam & in publicum processit: manus singulis quibus que tenuit: & pene ictum lapidis passus est. Alii dicunt etiam fuisse percussum esse: neque fuisse tumultum: nisi infantem Gordianum purpuratum ad populum longissimi hominis collo superpositum produxisset. Quo uiso populus & milites usque a deo placati sunt: ut amore illius in concordiam redirent. Neque unquam quisquam in illa ætate sic amatus est merito aui & aunculi: seu patris ut quidam dicunt: qui pro populo Romano contra Maximinum in Africa uitam finierant. Tantum apud romanos memoria bonarum rerum ualeat. Maximo igitur ad bellum profecto: senatus per omnes regiones consulares prætorios: quæstorios: ædilitios tribunitios etiam uiros misit: ita ut unaquæque ciuitas frumentum: arma: & propugnacula: & muros pararet: ut per singulas urbes Maximinus fatigaretur. Iustum tunc tamen: ut omnia ex agris in ciuitate colligerentur: ne quid hostis publicus inueniret. Scripsum est præterea ad omnes prouincias missis frumentariis: iustumque ut quicumque Maximinum iuisset: in hostium numero duceretur. Inter hæc Romæ iterum seditiones inter populum & milites ortæ sunt: Et cum mille edicta Albinus proponeret: nec audiretur: ueterani se in castra prætoria contulerunt cum ipsis prætorianis: quos cepit populus obsidere: nec unquam ad amicitiam essent redacti nisi fistulas aquarias populus incidisset: in urbe autem prius dictum esset milites pacatos uenire: & regulæ de rebus factæ sunt: & omnia: quæ domibus erant uasa proiecta. Atque ideo maior pars ciuitatis perijt & multorum diuitiæ. Nam latrones se militibus miscuerunt ad uastanda ea: quæ norant: ubi repperirent. Cum hæc Romæ gererentur: Maximus siue Pupienus apud Rauennam bellum parabat ingenti apparatu: timens uahementissime Maximinum: de quo sæpissime dicebat se non contra hominẽ: sed contra cycloperum bellum gerere. Et Maximinus qui dem apud Aquilegiã ita uictus est: ut a suis occideretur: caputque eius & filii perlatum est Rauennam: quod a Maximo Romam transmissum est. Non tacenda hoc loco deuotio est Aquilegensium pro Romanis: qui etiã crines mulierum pro neruis ad sagittas emittendas totum dicitur. Tantum sane lætitiæ fuit in Balbino: qui plustimebat: ut hecatombem faceret. Statim Maximini caput allatum. Hecatombe autem tale sacrificium est. Centum aræ uno in loco ce: spitiæ extruuntur: & ad eas centum sues: centum oues mactantur. Nam si imperatorum sacrificium sit centum leones: centum aquilæ: & cætera huiusmodi aialia centena ferunt. Quod quidem etiã græci quondã fecisse dicuntur: cum pestilentia laborarent: & a multis imperatoribus id celebratum constet. His igitur peractis: Balbinus cum summa gratulatione Maximum redeuntem e Rauenna cum exercitu integro & copiis expectabat. Siquidem Maximinus ab oppidanis Aquilegensibus: & paucis qui illic erant militibus a Crispino & Melephilo consularibus: qui a senatu missi fuerant: uictus est. Ipse autem Maximinus Aquilegiã cetero accesserat: ut oia tuta & integra usque ad alpes relinqueret. Ac si quæ essent barbarorum: qui Maximum fauerant reliquias: compesceret. Missi sunt denique ad eum legati senatores uiginti: quorum nomina sunt apud Cordum: in his consulares quattuor: prætorii octo: quæstorii cum coronis & senatus consultum: in quo ei statua aurata equestres decernebantur. Ex quo quidem Balbinus subiratus est: dicens Maximum minus quam laborasse: cum ipse domi tanta bella compressisset: ille autem otiosus apud Rauennam resedisset. Sed tantum ualuit bellum Maximo qui profectus est contra Maximinum: ut etiam uictoria decerneretur: quam impletam ille nesciuit. Exercitu igitur suscepto Maximini: ad urbem cum ingenti pompa & multitudine Maximus ad urbem uenit mærentibus militibus: quod eum imperatorem: quem ipsi delegerant: perdidderant: & eos habebant: quos senatus legerat. Nec dissimulari poterat mæror: qui apparebat in frontibus singulorum: etiam quidem nec uerbis abstinerebatur: quibus Maximus & apud milites sæpe dixisset obliuionem præteritorum esse debere: & stipendia magna donasset: & auxilia in ea loca quæ delegerant: dimisisset. Sed animi militum semel imbuti odio: refranari nequeunt. Denique cum audisset senatus acclamationes: quæ milites tægeret: acriter contra Maximum & Balbinum extiterunt secum quotidie cogitantes quos imperatores facere deberent. Senatus consultum autem: quo moti sunt: hæc forma est. Cum ingredienti urbem Maximo Balbinus & Gordianus & senatus & populus romanus obuiam processisset acclamationes primum publicæ fuerunt: quæ milites contringerent. Inde in senatum itum est: ubi post illa: quæ communia solent esse festa: dictum est. Sapienter electi principes sic agunt: per imperitos electi principes sic pereunt: cum constaret a militibus factum esse Maximinum Balbinum autem & Maximum a senatoribus. His auditis milites grauius sauire cœperunt in senatu: præcipue qui sibi triumphare de milibus uidebatur. Et Balbinus quidem cum Maximo urbem cum magna moderatione gaudente senatu & populo Romano regebant: senatui plurimum deferrebat: leges optimas condebant: moderate causas audiebant: res bellicas pulcherrime disponebant: & cum iam paratum esset: ut contra parthos Maximus pro-

Aquilegensium beneuolentia in romanos  
Hecatombe quomodo fiebat

Crispinus Melephilus

ficisceretur. Balbinus contra germanos: puer autem Gordianus Romæ remaneret. Milites occasione quaerentes occidendorum principum cum primo iuene uix possent: quia germani stipabant Maximum atque Balbinum: quotidie ingrauescebant. Et erant quidem discordiæ inter Balbinum & Maximum: sed tacite & quæ intelligerentur: potius quiderentur. Cum Balbinus Maximum quasi ignobilem conteneret: Maximus Balbinum quasi debilem calcaret. Quare occasio militibus data est intelligentibus facile discordes imperatores posse interfici. Ludis denique scænicis cum multi & milites & aulici occupati essent: & in palatio soli cum germanis principes remansissent: ipse in eos fecerunt. Turbantibus igitur militibus cum primum nunciatum est Maximo turbam illam: tempestatemque uix euadere posse: nisi ad germanos mitteretur. Et forte in alia parte palatii germani cum Balbino essent: mittit ad Balbinum Maximus petens: ut ei præsidium mitteret. Sed ille suspicatus: quod contra se eos peteret: quem postulabat: monarchiam primum frustratus est. Denique usque ad litæ peruentum est: in hac ramentatione illis contententibus milites superuenerunt: atque ambo eos nudatos uestibus regalibus de palatio cum iniuriis prodixerunt: & per mediã ciuitatem ad castra raptare uoluerunt magna ex parte laniatos. Sed ubi cõpererunt germanos ad defensionem illorum superuenire: ambo occiderunt: & in itinere medio reliquerunt. Inter hæc Gordianus Cæsar sublatu a militibus iperator est appellatus: id est Augustus: quia non erat alius in presenti insultantibus militibus senatui & populo: qui se statim in castra receperunt. Germani sane nec sine causa pugnantem occisissim imperatoribus suis extra urbem ubi suos habebat: se contulerunt. Huc finem habuerunt boni iperatores indignum uita & moribus suis. Nam neque Maximo siue Pupieno fortius: neque Balbino benignius fuit quicquam: quod re ipsa intelligi potest. Neque enim cum esset potestas: malos senatus eligeret. Huc accedit: quod multis honoribus ac potestatibus explorati sunt: cum alter bis consul & præfectus: alter consul & præfectus ad iperium longæui peruenissent amabiles senatui & populo etiã: quia Maximinum iam leuiter primis secebant. Hæc sunt: quæ de Maximo ex Herodiano græco scriptore magna ex parte collegimus. Sed multi non Maximo uerum a Pupieno iperatore uictum apud Aquilegiã Maximinum esse dixerunt: & ipsum cum Balbino esse occisum: ita ut Maximi nomen prætereant. Tanta est autem historicorum inter se errantium iperitia uel usurpatio: ut multi eundem Maximum quæ Pupienum uelint dici: cum Herodianus uitæ suæ temporum scriptor: Maximum dicat non Pupienum: cum & Desippus græcorum scriptor Maximum & Balbinum iperatores dicat factos contra Maximinum post Gordianum duos: & a Maximo uictum Maximinum non a Pupieno. His accedit alia scriptorum iperitia: qui præfectum prætorii fuisse Gordianum paritulum dicunt: ignorantibus multis collo sæpe uictum: ut militibus ostenderetur. Imperarunt autem Maximus & Balbinus anno uno: cum Maximinus imperasset cum filio: ut quidam dicunt per triennium: ut alii per biennium. Nec reticendum est: quod Maximus cum & sibi & Balbino deferretur iudicio senatus imperium: Balbino dixisse fertur: ut Herodianus dicit. Quid tu Balbine & ego merebimur: quem hanc tam immanem belluam exitio dederimus? Cumque Balbinus dixisset: senatus populique Romani feruentissimum amorem & orbis terrarum: dixisse fertur Maximus. Vereor ne militum odium sentiamus & mortem. Domus Balbini etiã nunc Romæ ostenditur in Carinis magna & potens: & ab eius familia hucusque possessa. Maximus quem Pupienum plerique putant: summæ extenuitatis sed uirtutis amplissimæ fuit: & scythici belli principium fuit & Histricæ excidium eo tempore. Ut autem Desippus dicit: Histricæ ciuitatis: Desippus Balbinum satis laudat: & dicit forti animo militibus occurrisse: atque ita interfectum: ut mortem non timeret: quem in omnibus disciplinis instructum fuisse dicit. Maximus uero negat eiusmodi uirum fuisse: qualẽ græci plerique dixerunt. Addidit præterea contra Maximinum aquilegensium odium fuisse: ut de criminibus mulierum suarum arcibus ne uos facerent: atque ita sagittas emitterent. Desippus & Herodianus: qui horum principum historiam persecuti sunt: Maximum & Balbinum fuisse principes dicunt: delectosa senatu contra Maximinum post interitum duorum Gordianorum in Africa: cum quibus etiã puer tertius Gordianus electus est. Sed apud Latinos scriptores plerisque Maximus nomen non inuenio: & cum Balbino Pupienum imperatorem reperio: usque a deo ut idem Pupienus cum Maximo apud Aquilegiã pugnassee dicatur commemoratis historicis afferentibus ne Maximus quidem contra Maximinum pugnassee doceatur: sed resedisse apud Rauennam: atque illic paratam audisse uictoriam: ut mihi uideatur idem esse Pupienus: qui Maximus dicitur. Quare etiam gratulatoriam epistolam subdidit: quæ scripta est a consule sui temporis de Pupieno & Balbino: in qua lætatur redditam ab his post latrones improbos esse reipublicam. Pupieno & Balbino Augustus Claudius Iulianus. Cum primum Iouis optimi Maximi & deorum immortalium: senatusque iudicio & consensu generis humani suscepisse uos reipublicam a nefarii latronis scelere seruandam reddendamque romanis legibus dñi sanctissimi

Herodianus

Desippus

Herodianus

Cæsarum rom

Desippus

Desippus

Desippus

Herodianus

Claudius Iulianus

Celsus Aelii  
anus

**R**egillianus Nonus. Atti publici fuit: ut Gallieni tempore quicumque potuit: ad imperium prosiliret Regillianus denique in illyrico ducatum gerens imperator est factus auctoribus imperii messis: qui cum Ingenuo fuerant ante superati. In quorum parates grauius Gallienus saeuerat. Hic tamen multa fortiter contra sarmatas gessit: sed auctoribus roxolanis consentientibusque militibus & timore prouincialium ne iterum Gallienus grauiora faceret: interemptus est. Mirabile fortasse uideatur: si quae origo imperii eius fuerit: declaratur. Capitali enim loco regna promeruit. Nam cum milites cum eo quidam coenarent: extitit Valerianus tribunus: qui diceret Regilliani nomen unde credimus dictum: Alius continuo: credimus quod a regno. Tum is qui aderat scholasticus: coepit quasi grammaticaliter declinare: & dicere rex regis regio Regillianus. Milites: ut est hominum genus prouincialium a dea quae cogitant dixerunt. Ergo potest rex esse: item alius ergo potest nos regere: item alius deus tibi nomen posuit. Quid multa? His dictis cum alia die mane processisset: a principibus imperator est saluatus. Ita quod aliis uel audacia uel iudicium detulit: huic iaculari astutia fuit: quod negare non potest uir in militari re semper praebatus: & Gallieno iam ante suspectus: quod dignus uideretur imperio. Gentis Daciae Decibalus: qui ipsius ut fertur affinis. Extat epistola diui Claudii ad hunc priuati: qua Regilliano Illyrici diti gratias agit ob redditum Illyricum: cum omnia Gallieni segnicia deperirent: quam ego repertam in athenis inferendam putauit: fuit enim publica. Claudius Regilliano multam salutem. Felicem tempore quae te talem uirum habere rei castrensis belli ius meruit: felicem Gallienus etiam: si eum uera nemo nec de bonis nec de malis nunciat. Pertulerunt ad me Bonitus & Celsus stipatores principis nostri: qualis apud Scupos in pugnando fueris: quot uno die praeterea & qua celeritate confeceris. Dignus eras triumpho: si antiqua tempora extarent. Sed quid multa? Memor cuiusdam hominis cautius uel in uincas. Arcus sarmaticos & duo saga ad me uelim mittas: sed sibi latorie cum ipse mihi de nostris. Hac epistola ostenditur: quid de Regilliano senserit Claudius: cuius grauius iudicium suis temporibus fuisse non dubium est. Nec a Gallieno quidem uir iste promouit: sed a patre eius Valeriano: ut & Claudius & Macrianus & Ingenuus & Postumus & Aureolus: qui omnes in imperio interempti sunt: cum mererentur imperium. Mirabile autem hoc fuit in Valeriano principe: quod omnes quoscumque duces fecit: postea militum testimonio ad imperium peruenerunt: ut appareat senem imperatorem in deligendis reip. ducibus talem fuisse: qualem Romanam felicitas si continuari fataliter potuisset: sub bono principe requirebat. Et utinam uel illi qui arripuerant imperia: regnare potuissent. Vel eius filius Gallienus in iperio diutius non fuisset: ut libere se in suo statu resp. nostra tenuisset. Sed nimis sibi fortuna indulgendum putauit: quae cum & Valeriano bonos principes tulit. Et Gallienum diutius quam oportebat: reipublicae reseruauit.

Decibalus Diuus Claudii

Bonitus Celsus Scupos

**H**ic quoque illyricanos exercitus regens in contemptu Gallieni ut omnes eo tempore coactus a militibus sumpsit imperium. Et cum Macrianus cum filio suo Macriano contra Gallienum ueniret cum plurimis exercitus eius coepit: aliquos corruptos si dei suae addixit: & cum factus esset inualidus imperator: cumque Gallienus expugnare uirum forte frustra temptasset: pacem cum eo contra Postumum pugnaturus fecit: quorum pleraque & dicta sunt & dicenda. Hunc eundem Aureolum Claudius interfecto iam Gallieno conflictu habito apud eum ponte interemit: qui nunc pons Aureoli nuncupatur: atque illic ut tyrannum sepulchro humiliter donauit. Extat etiam nunc epigramma graecum in hanc formam. Dona sepulchro uictor post multa tyranni Praeterea iam felix Claudius Aureolum Munere prosequitur mortali & iure superstes: Viuert quem ueller: si pateretur amor Militis egregii uita quae iure negauit Omnibus indignis & magis Aureolo. Ille tamen clarens: qui corporis ultima seruans. Et pontem Aureoli dedicat & tumulum

Aureoli pon

Eloquentie cura no  
habere proficitur

Hos ego uersus a quodam grammaticeo translato sita posui: ut fidem seruarem: non quo meli-  
us potuerint transferri: sed ut fidelitas historica seruetur: quam ego praeteris custodien-  
dam putavi: qui id quod ad eloquentiam pertinet: nihil curo. Rem enim uobis proposui de  
serre non uerba: maxime tanta rerum copia: ut triginta tyrannorum simul uitas scribendas  
accesserim.

Macrianus Vndecimus.

**C** Apto Valeriano diu clarissimo principe ciuitatis fortissimo deinde imperato-  
re ad postremum omnium infelicissimo: uel quod senex apud perfas consensu-  
it: uel quod indigno se posteros dereliquit. Cum Gallienum contemnendum  
Balista praefectus Valeriani & Macrianus primus dum intelligeret quaerenti-  
bus etiam militibus principem unum in locum concesserunt: quaerentes quid  
faciendum esset. Tuncq; constitit Gallieno longe posito Aureolo usurpante i-

Astyanax  
meoni)

de hoc nomine  
charta sequenti

perium debere aliquem principem fieri: & quidem optimum: ne quispiam tyrannus existeret.  
Verba igitur Balistae quantam Maonius Astyanax qui consilio interfuit: asserit haec. Mea  
aetas & professio & uoluntas longe ab imperio absumt: & ego quod negare non possum: bonum  
principem quaero. Sed quis tandem est: qui Valeriani locum possit implere: nisi talis qualis  
tu es O Macriane. Fortis: constans: integer: probatus in rep. & quod maxime ad imperium per-  
tinet diues. Arripe igitur locum meritis tuis debitum: me praefecto q; diu uoles: a teris: tu cum  
rep. tantum bene agas: ut te romanus orbis factum principem gaudeat. Ad haec Macrianus Fra-  
zer Balista imperium prudenti non frustra est. Volo enim reip. subuenire: atq; illam pestem a  
legum gubernaculis dimouere: sed non hoc in me aetatis est. Senex sum ad exemplum: equita-  
re non possum. Laudandum est mihi frequentius: edendum delicatius: diuitiae me iam dudum  
ab usu militiae retraxerunt. Iuuenes aliqui sunt quaerendi: nec unus sed duo uel tres fortissi-  
mi: qui ex diuersis partibus orbis romani rep. restituant. Quam Valerianus fatis: Gallienus  
uitae suae genere perdidit. Post haec intellexit cum Balista sic agere: ut de filiis suis uide-  
tur cogitare: atq; adeo sic aggressus est. Prudentiae tuae reipub. tradimus. Da igitur liberos tu-  
os Macrianum & Quietum fortissimos iuuenes olim tribunosa Valeriano factos: qui a Gallie-  
no imperante quod boni sunt: salui esse non possunt. Tunc ille ubi electum se esse comperit.

Macrianus  
Quietus

Do inquit manus de meo stipendium militi duplex daturus. Tu tantum praefecti mihi studi-  
um & annonam in necessariis locis praebere. Iam ego faxim: ut Gallienus fordidissimus foemi-  
narum oium duces sui parentis intelligat. Factus est igitur cum Macriano & Quieto duobus fi-  
liis cunctis militibus uolentibus imperator. Ac statim contra Gallienum uenire coepit ut cum  
que rebus in oriente derelictis. Sed cum qua draginta quinque milia militum secum duceret in  
Illyrico uel in thraciarum: extremis congressus cum Aureolo uictus & cum filio interemptus  
est. Triginta denique milia militum in Aureoli potestatem concessit. Domitianus autem eum  
dem uicit dux Aureoli fortissimus & uahementissimus qui se originem diceret a Domitiano  
imperatore trahere: atq; a Domicilla. De Macriano autem nefas mihi uidetur iudicium Va-  
leriani praeterire: quod ille in oratione sua quam ad senatum e persidis finibus miserat: posu-  
it. Inter caetera ex oratione diui Valeriani. Ergo patres conscripti bellum persicum gerens.  
Macriano autem totam reip. credidi quidem a patre militari ille uobis fidelis: ille mihi de  
uotus: illum & amat & timet miles. Vtrunq; res exegerit: cum exercitibus agit: nec. p. c. noua  
uel inopinata nobis sunt pueri eius uirtus in Italia: adolescentis in Gallia: iuuenis in Thracia:  
in Africa iam prouecti senescentis. Denique in illyrico & Dalmatia comprobata est: cum in di-  
uersis praeliis ad exemplum fortiter faceret. Huc accedit: quod habet iuuenes filios romano  
dignos collegio nostra dignos amicitia: & reliqua.

Domitianus  
Domicilla

Macrianus Iunior Duodecimus.

**M** Vlt de hoc in patris imperio praelibata sunt: qui nunquam imperator factus esset  
nisi prudentiae patris eius creditum uideretur. De hoc plane multa miranda di-  
cuntur: quae ad fortitudinem pertineant iuuenis aetatis. Sed ad facta aut quam  
tum in bellis minus ualet fortitudo. Hic enim uahemens cum prudentissimo  
patre cuius merito imperare coeperat: a Domitiano uictus triginta: ut superius  
dixi: milibus militum spoliatus est. Matre nobilis: patre tantum forti: & ad bel-  
lum parato: atq; ab ultima militia in summum perueniente ducatum & splendore sublimi.

Quietus Tertiusdecimus.

**H** Ic ut diximus Macriani filius fuit cum patre & fratre Balistae iudicio impera-  
tor est factus. Sed ubi comperit Odenatus: qui olim iam orientem tenebat ab  
Aureolo Macrianum patrem: qui & cum eius fratre Macriano uictos milites in  
eius potestatem concessisset: quasi Gallieni partes uindicaret a dolescentem cum  
Balista praefecto dudum interemit. Idem quoque a dolescens grauissimus roma-

no imperio fuit: ut uere Macriani filius Macrianus etiam frater qui duo afflictijs rebus potue-  
runt tempu. gerere. Videtur non mihi praeter eundem de Macrianorum familia: quae hodieque  
floreat: id dicere: quod speciale semper habuerunt. Alexandrum magnum macedonem uiri in  
auro & argento: mulieres & in reticulis & dextrocherijs & in annulis & in omni ornamento  
rum genere exculptum semper habuerunt eoque: ut tunicae & limbi & penulae matronales  
in familia eius hodieque sunt: quae Alexandri effigiem delicijs uariantibus monstrant. Vide-  
mus proxime Cornelium Macrum in eadem familia uig. cum coenam in templo Herculis da-  
ret: pateram electrinam quae in medio uultum Alexandri haberet: & in circuitu omnem his-  
toriam continere signis breuib. & minutulis pontifici propinare: quam quidem circunfer-  
ri ad omnestanti illius uiri cupi diuissimos iussit. Quod iccirco posui: quia dicantur iuari in  
omni actu suo: qui Alexandrum expressum uel auro gestitant uel argento.

Odenatus Quartusdecimus.

**N** I si Odenatus princeps palmyrenorum capto Valeriano fessis Romanae reipub.  
uiribus sumpsisset imperium: in oriente res perditae essent. Quare assumpto  
nomine primum regali cum uxore Zenobia & filio maiore: cui erat nomen  
Herodes minoribus Herenniano & Arimolao collecto exercitu contra perfas  
profectus est: Nisi sibi primum & orientis praerique cum omni Mesopotamia in-  
potestatem recepit. Deinde ipsum regem uictum fugere coegit. Postremo The-  
phonta usque: Saporem & eius liberos persecutus captus concubinis: capta etiam magna praeda:  
ad orientem uertit: sperans qui Macrianum qui imperare contra Gallienum coeperat eo interem-  
ptum: filium qui etiam interfecit Balista: ut praerique asserunt regnum usurpante: & ne ipse possit  
occidi. Composito igitur magna ex parte orientis status a consobriano suo Meonio: qui & ipse  
imperium sumperat: interceptus est cum filio suo Herode: qui & ipse post reditum de perside  
cui patre imperator est appellatus. Iratum fuisse reipublicae deum credo: qui interfecto Valeri-  
ano noluit Odenatum reseruare. Ille plane cum uxore Zenobia non solum orientem quem iam in pri-  
stinum reformauerat statum: sed omnes omnino totius orbis partes reformasset. Vir acer in bel-  
lis & quantum praerique scriptores loquuntur: uenatu memorabili semper inclutus: qui a pria-  
etate capiendis lenonibus & pardis: uelis: caterisque siluestribus animalibus sudore officij  
uirilis impedit. Quique semper in siluis ac montibus uixit perferens calorem: pluuias & om-  
nia mala quae in se continent uenatoriae uoluptates. Quibus duratus: solem ac puluerem bel-  
lis persicis tulit. Non aliter etiam coniuge assueta: quae multorum sententia: fortior marito  
fuisse perhibetur. Mulierum omnium nobilissima orientalium foeminarum: & ut Corneli-  
us Capitolinus asserit speciosissima.

Herodes quintusdecimus.

**N** On Zenobia matre sed priore uxore genitus Herodes cum patre accepit impe-  
rium: homo omnium delicatissimus & profusus orientalis & graecae luxuria: cui  
erant sigillata tentoria & aurati papilionis & omnia persica. Denique ingenio  
eius usus Odenatus quicquid concubinarum regalium: quicquid diuitiarum  
gemmarumque cepit: eidem tradidit paternae indulgentiae affectione per-  
motus. Et erat circa illum Zenobia nouerca animo. Quare comendabilior  
patri eum fecerat: neque plura sunt: quae de Herode dicantur.

Meonius sextusdecimus.

**H** Ic consobrinus Odenati fuit. Nec ulla realia ductus nisi damnabili inuidia i-  
peratorem optimum interemit: cum ei nihil aliud obiceret praeter filij He-  
rodidis. Dicitur autem primum cum Zenobia consensisse: quae ferre non pote-  
rat: ut priuignus eius Herodes priore loco quam filij eius Herennianus & Ti-  
molaus principes dicerentur. Sed hic quoque spurcissimus fuit: quare impera-  
tor appellatus per errorem breui a militibus pro suae luxuriae meritis interemptus est.

Balista decimus septimus.

**D** E hoc utrum imperauerit scriptores inter se ambigunt. Multi enim dicunt  
Quietum per Odenatum occiso Balistae ueniam datum tamen eum imperasse:  
quod nec Gallieno: nec Aureolo: nec Odenato se crederet. Alii asserunt prius  
tum cum in agro suo quem apud Daphnidem sibi compararat interemptum.  
Multi & sumpsisse illum purpuram: & more romano imperasse: exercitum  
xixisse & de se plura promississe dixerunt. Occisum autem per hos quos Aureolus  
miserat ad comprehendendum Quietum Macriani filium: quem praedam suam esse dice-  
bat. Fuit uir insignis: eruditus ad gerendam reipublicam. In consilijs uahemens: in expediti-  
onibus clarus: in prouisione annonaria singularis: Valeriano sic acceptus: ut eum quibusdam  
litteris hoc testimonio prosecutus sit. Valerianus Ragonio clario praefecto illyrici & Galliae

Alexander magnus  
Dextrocherijs  
Cornelius macez  
Electrina pa-  
tera

Zenobia  
Herodes  
Herennianus  
Timolaus

Meonius. nota pro As-  
tyanate historico de  
quo charta praecedentis  
facta mentio

Cornelius Capitolinus

Herennianus  
Timolaus

Daphnis

Ragonius

Si quid in te bonae frugis est quam esse scio parens Clare dispositione me Balistae persequere: hac in forma rempub. uides: nec ut ille provinciales non grauet ut illic equos contineat: ubi sunt pabula: illic annonas militum mander: ubi sunt frumenta. Non provinciales: non possessorum cogat. Illic frumenta ubi non habet dare illi sequum ubi non potes pascere: nec est ulla alia prouisio melior: q̄ ut in locis suis erogentur: quae nascuntur: ne aut uehicularum aut sūptibus rempublicam grauent. Galatia frumentis abundat: referta est thracia: plenum est illyricum. Illic pedites collocentur: quanq̄ in thracia etiam equites sine noxa provincialium hunc mare possint. Multum enim ex campis foeni colligitur: iam ibi laridum: iam caeterae species in his dandae sunt locis: in quibus affatim redundant. Quae omnia sunt Balistae consilia: qui ex quadam prouincia unam tantum speciem praebere iussit: quod ea redū daret: atq; ab ea milites submoueri: id quod publicitusest decretum. Est & alia eius epistola qua gratias Balistae agit: in qua docet sibi praecpta gubernandae reipublicae ab eodē data gaudens quod eius consilio nullum ascriptitium id est uacantem haberet: & tribunum nullum stipitorem qui non uere pugnaret. Hic igitur uir in tentorio suo cubans a quodam gregario milite in Odenati & Gallieni gratiam dicitur interemptus. De quo ipse uera non satis comperi: iccirco quod scriptores temporū de huius praefectura multa: de imperio pauca dixerunt.

Valens decimus octauus.

Piso

**H**ic uir militaris simul etiam civilium uirtutum gloria pollens proconsulatu Achaiae dato a Gallieno tunc honore gubernabat: quem Macrius uahementer reformidans simul quod in omni genere uitae satis clarum norat: simul quod inimicum sibi esse inuidia uirtutum sciebat. Miso Pisonem nobilissimam tunc & consularis familiae uiro interfici praecipit. Valens diligentissime cauens & prouidens neq; aliter sibi posse subueniri existimans sumpsit imperium: & breui a militibus interemptus est. Fuit & Valens superior: & bene uenit in mentem. Et cū de hoc Valente loquimur: etiam de illo Valente qui superiorum principum temporibus interemptus est: aliquid dicemus. Nam huius Valentis qui sub Gallieno imperauit: auunculus Magnus fuisse perhibetur. Alii tantum auunculum dicunt. Sed par in ambobus fuit fortuna. Nam & cum ille paucis diebus illyrico imperasset: occisus est.

Piso decimus nonus.

Cicero

**H**ic a Macrino ad interficiendum Valentem missus ubi eum prouidum futurorum imperare cognouit: thessalicam concessit: atq; illic paucis sibi consentientibus sumpsit imperium: Thessalicusque appellatus interemptus est: uir summae sanctitatis & temporibus suis frugi dictus: & qui ex illa Pisonum familia ducere originem diceretur: cui se Cicero nobilitandi causa sociauerat. Hic omnibus principibus acceptissimus fuit. Ipse denique Valens qui ad eum peruenit res misisse perhibetur: dixisse dicitur: non sibi apud deos inferos constare rationem: quod quanuis hostem tamen Pisonem suum iussisset occidi: uirum cuius similem romanae reipublicae non haberet. Senatusconsultum de Pisonem factum ad noscendam eius maiestatem libenter serui. Die septimo Kalendas iulias cum esset nunciatum Pisonem a Valente interemptum: ipsum Valentem a suis occisum Aurelius Fuscus consularis primae sententiae: qui in locū Valeriani successerat: ait: consul consule. Cumq; consulatus esset diuinos inquit honores Pisoni decerno. p. c. Gallienum & Valerianum & Saloninum imperatores nostros esse confido. Neq; enim melior uir quisq; fuit neq; constantior: post quem citius consulatum statuam inter triumphales & curus quadringos Pisoni decreuerunt. Sed statua eius uidetur: quadrigae autem decretae fuerant quasi transferendae ad alium posita: sunt: nec adhuc reddita. Nam in his locis fuerunt posita: in quibus thermæ Dioclitianae sunt exaedificatae tam aeterni nominis quam sacrati.

Aemilianus Vigessimus.

Diocletiani thermæ

**L** hoc familiare est populo aegyptiorum: ut uel furiosi ac dementes de leuibus quibusq; ad summam reipub. pericula perducantur: saepe illi ob neglectas salutationes locum in balneis non concessum carnem & holera sequestrata: calciamenra feruilia & caetera talia usq; ad summum reip. periculum seditionis: ita ut armarentur contra eos exercitus peruenerunt. Familiari ergo sibi furore cū quadam die cuiusdam feruus curatoris: qui Alexandriam tunc regebat: militare ob hoc caesus esset: quod crepidas suas meliores esse: quam militis diceret: collecta multitudo ad domum Aemilianii ducis auiceps uenit: atq; eum omni seditionum iustramento & furore persecuta est: ictus est lapidibus. Petrus est ferro: nec desit ullum seditionis telum. Quare coactus Aemilianus sumpsit imperium: cū sciret sibi undecunque pereundum. Cōfenserunt ei aegyptiacus exercitus maxime in Gallieni odium: nec eius ad regendam rempub.

uigor defuit. Nam thebaidem totamque aegyptum peragravit: & quatenus potuit barbaro genetes forti auctoritate submouit. Deniq; Alexander uel Alexandrinus. Nam incertū id quoq; habetur: uirtutum merito uocatus est. Et cum contra indos pararet expeditionē misso Theodoro duce Gallieno iubte dedit poenas: siquidem strangulatus in carcere captiuorum ueterum more perhibetur. Tacendum esse non credo quod cum de aegypto loquor: uetus succet sit historia: simul etiam Gallieni factum: qui cum Theodoro uellet imperium proconsulare decernere: a sacerdotibus est prohibitus: qui dixerunt fasces consulares ingredi Alexandriam non licere: cuius rei etiam Ciceronem cum contra Gabinium loquitur: meminisse satis nouimus. Deniq; non extat memoria rei frequentata: quare scire oportet: Haerennium Celsū uestrum parentem consulatum cupit: hoc quod desiderat non licere. Fertur eni apud Mēphin i aurea columna aegyptiis esse litteris scriptum. Tunc demum aegyptum liberam fore: cum in eam uenissent romani fasces & praetexta romanorum: quod apud Proculum grammaticum doctissimum sui temporis uirum cum de peregrinis regionibus loquitur: inuenitur.

Theodotus

Cicero

Haerennius celsus

Proculus grammaticus

Saturninus uigesimus primus.

**O** ptimus ducum Gallieni tempore: sed a Valeriano dilectus Saturninus fuit: Hic quoque cum dissolutione Gallieni pernoctans in publico ferre non posset: & milites non exemplo imperatoris sui sed suo reget: ab exercitibus sumpsit imperium: uir prudentiae singularis: grauitatis insignis: uitae amabilis uirtuarum barbararum etiam ubique notarum: Hic ea die qua est amictus a militibus peplio imperatoris concione adhibita dixisse fertur. Committōes bonum ducem perdidistis: & malum principem fecistis. Denique cum multa strenue in imperio fecisset: quod esset seuerior & grauior militibus ab iisdem ipsa quibus factus fuerat: interemptus est. Huius insigne est: quod conuiuio discumbere milites: ne inferiora nudarentur: cum sagis iussit: hyeme grauibus: aestate perlucidis.

Conuiuio discumbant milites ne inferiora nudarentur cum sagis

Tetricus senior uigesimus secundus.

**I** nperfecto Victorino & eius filio mater eius Victoria siue Victorina Tetricum senatorem. pr. praesidatum in Gallia regentem ad imperium portata: quod eius erat: ut pleriq; loquuntur: affinis: Augustum appellari fecit filiumq; eius Caesarem nuncupauit. Et cum multa Tetricus feliciter egisset: diuq; imperasset: ab Aureliano uictus cum militum suorum imprudētia & procacitate ferre non posset: uolens se grauisimo principi & seuerissimo dedit. Versus denique illius fertur: quem statim ad Aurelianū scripserat. Eripe me his inuictis malis. Quare cū Aurelianus nihil simplex neq; mite aut tranquillum facile cogitaret: Senatorē. pr. eundemque consularem: qui iure praesidali omnes gallias rexerat. Per triumphū duxit eodem tempore: quo & Zenobiam Odenati uxorem cum filiis minoribus Odenati Herenniano & Timolao: pudore tamen uictus uir nimium seuerus eum: quem triumphauerat correctionem totius italiae fecit: id est Campaniae: Samni: Lucaniae: Brutorum: Apuliae: Calabriae: Ethruriae: atq; umbriae: piceni: & flaminiae: omnemq; annonariae regionis: ac Tetricum non solum uiuere sed etiam in summa dignitate manere passus est: cum illum saepe collegam nonnunq; cōmilitonem aliquando etiam imperatorem appellaret.

Victoria

Herennianus Timolao

Tetricus junior uigesimus tertius.

**H** ic puerulus a Victoria Caesar est appellatus: cum illa mater castrorum ab exercitu nuncupata esset: qui & ipse cum patre per triumphum ductus postea oibus senatoriis honoribus functus est illibato patrimonio: quod quidem ad suos posteros misit: ut Gellius Fuscus dicit semper insignis. Narrabat auus meus hūc sibi familiarem fuisse: neq; quenq; illi ab Aureliano aut postea ab aliis principibus esse praesatum. Tetricorum domus hodieque extat in monte celsio inter duos lucos contra Isium Merellinum pulcherrima: in qua Aurelianus pictus est utriusque praetextam tribuens & senatoriam dignitatem accipiens ab his sceptrum coronam ciuicā picturam de mulco. Quam cum dedicasset: Aurelianus ipsum dicuntur duo Tetrici adhibuisse conuiuio.

Gellius fuscus

Isium metellinum

Trebellianus uigesimus quartus.

**P** udet iam persequi quanti sub Gallieno fuerunt tyranni uitio pestis illitis: siquidem erat in eo luxuria: ut rebelles plurimos mereretur: & ea crudelitas ut iure timeretur. Quare & in Trebellianum factum in Isauria principem ipsis Isauris sibi ducem quaerentibus: quem cum alii archipiratum uocassent: ipse se imperatorem appellauit. Monetā etiam cudi iussit: palatium in arce Isauriae constituit: qui quidē cum se in intima Isauriae loca munitus difficultatibus locorum & montibus contulisset: aliquandiu apud cilicas imperauit. Sed per Gallieni ducē Cau-

Causifoles) filiolem natione aegyptium fratrem Theodoti: qui Aemilianum cepit: ad campum dedu- ctus est uictus & occisus. Neq; ramentum postea Isauri timore ne eos Gallienus sciret: ad aqua- litatem per duci quamuis principum humanitate potuerunt. Deniq; post Trebellianum pro- barbaris habentur: & cum in medio romani nominis solo regio eorum nouo genere custodia- rum quasi limes includitur locis defensa non omnibus. Nam non sunt statura decori: non uir- tute graues: non instructi armis: non consiliis prudentes: sed hoc solo securi: quod ieditis po- siti adiri nequeunt: quos quidem diuus Claudius pene ad hoc perduxerat: ut a suis semotus locisi Cilicia collocaret daturus uni ex amicis suis omnem Isaurorum possessionem: nequid- ea postea rebellionis oriretur.

Diuus Clau- dius

**O** Herennianus Vigefimus quintus: Denatus moriens duos paruulos reliquit Herennianum & fratrem eius Timo- laum: quorum nomine Zenobia usurpato ibi imperio diutius q; foemina de- cuit rempub. obtinuit paruulos roma imperatoris habitu proferens purpura- tos eosdemque adhibens concionibus: quas illa uiriliter frequenter. Dido ne & Semyramidem & Cleopatram sui generis principem inter cetera praedixit. Sed de eorum exitu incertum est. Multi enim dicunt eos ab Aureliano interemptos: Siqui de Zenobiae posteris etiam nunc Romae inter nobiles manent.

Dido Semiramis Cleopatra Zenobia

Timolaus ad hece- mianum ut scrip- sisse libros rhetoricos credatur hinc natu- est

**D** E hoc ea putamus digna notatione quae de fratre sunt digna. Vnum tantum est quod cum a fratre separatus: quod tanti fuit ardoris ad studia romana: ut bre- uiter consecutus quae insinuauerat: grammaticus esse dicatur potuisse: quin etiam summum latinorum rhetorem facere.

Viuus pas- sienus

**O** Ccupatis partibus Gallicanis orientalibus quinetiam ponti thraciarum & illy- ricum Gallienus popinatur: & balneis ac lenonibus reputat uitam: Afri quoque uictore uiuo Passieno procosule Africae: & Fabio Poppiano duce limitis liby- ci Celsum imperatorem appellauerunt populo deae caelestis ornatum. Hic pu- uatus ex tribunis in Africa positus i agris suis uiuebat. Sed ea iusticia & cor- poris magnitudine: ut dignus uideretur imperio. Quare creatus per quandam mulierem Gallienae nomine colobrinam Gallieni septimo die interemptus est: atque ab eo etiam inter- scuros principes uix relatus est. Corpore eius a canibus consumptum est: sic omnibus qui Gal- lienofidem seruauerant perurgentibus & nouo iniuriae genere imago in crucem sublata per- sultante uulgo quasi patibulo ipse Celsus uideretur affixus.

Popinatur

Fabius popponius Celsus Galhena

**O** Mnis consumptus est pudor siquidem fatigata rep. eousq; peruentum est: ut Gallie- no nequissime agere optima etiam mulieres imperaret. Et quidem peregrina no- mine Zenobia: de qua iam multa dicta sunt: quae se de Cleopatrae Ptolomae oruque gente iactaret: post Odenatum maritum imperiali sagulo per fuso per hu- meros habitu donis ornata diademate etiam accepto nomine filio: Herenniani & Ti- molai diutius q; foemineus sexus patiebatur: imperauit. Siquidem Gallieno ad huc regere rep. regale mulier lupba munus obtinuit: & Claudio bellis gothicis occupato: ut denique ab Aureliano uicta & triumphata coefferet in iura romana. Extat epistola Aurelianae: quae captiuae mulieri testimonium fert. Nam cum a quibusdam reprehenderetur: quod mulierem ueluti attestacione defendit. Audio. p. c. mihi obicit quod non uirile munus ipse uerim Zenobiam tri- phando: ne illi qui me reprehendunt: satis laudaret: si scirent: qualis illa est mulier: q; prudens in consiliis: q; constans in dispositionibus: q; erga milites grauis: q; larga cum necessitate postulet: q; tristis cum seueritas poscat. Possum dicere illius esse: qd Odenatus per fas uicit ac fugato Sapo- re Thestiphone usque puenit. Possum asserere tato apud orientales & aegyptios populos timori mulierem fuisse: ut se non arabes: non saraceni: non armeni commouerent. Ne ego illi uitae coferuasse nisi ea scissem multum romanae reip. profuisse: cum tibi uel liberis tuis orientis seruari ipe ierit. Sibi ergo habeat propria uenena lingua: hi: quibus nihil placet. Nam si uicisse ac triumphasse foemina non e decore: qd de Gallieno loquuntur: i cuius contemptu haec bene rexit impiu. Quid de diuo Claudio sancto ac uenerabili duce: qd ipse gothicis eest expeditionibus occupatis: passus eest dicitur ipare: idq; occulte ac prudenter: ut illa seueritate orientales fines ipse ipse seurus q; stituerat perpetraret: Haec oio idicat qd iudici Aurelianus huerit de Zenobia: cuius ea castitas fuisse dicitur: ut ne uirum suu qd sciret: nisi teptatis coceptioibus. Na cu semel cocubisset ex- pectatis mestruis continebat se: si pgnas eest. Sin minus iteru prate qredis liberis dabat. Viuit i ga- li popa more magis pisco. Adorata e more regu pfaru. Couiuata e ipatoru more romanog. Ad conciones galcata processit cum limbo purpureo gemis dependentibus per ultimam sim-

Triumphasset mulierem

Zenobiae laudes

briam. Media etiam coeli de ueluti fibula muliebri astricta brachio saepe nudo. Fuit uultu subaquo fulci coloris: ocalis supra modum uigentibus nigris: spiritus diuini: uenustatis in- credibilis: tantus candor in dentibus: ut margaritas eam plerique putarent habere: non den- tes. Vox clara & uiriliter: seueritas ubi necessitas postulabat: tyrannorum bonorum principumque metia ubi pietas reqerebat. Larga prudenter: conseruatrix thesauroru ultra foemineu mo- dum. Vsa uehiculocarpentario: raro pilento: equo sapius. Fertur aut uel tria uel quattuor milia frequenter cum pedibus ambulasse. Nata est hispanoru cupiditate: bibit saepe cum ducibus: cum esset alias sobria: bibit etiam cum peris atque armenis: ut eos uinceret. Vsa est ualis aure- is gematis ad conuiuia: cuius & Cleopatra usa est in ministerio. Eunuchos grauioris stans ha- buit. Puellas nimis raras: filios latine loqui iusserat: adeo ut graece uel difficile uel raro lo- querentur. Ipsa latinis sermonibus non usque quaque ignara: sed ut loqueretur pudore cohi- bita: loquebatur & aegyptiace ad pfectum modum. Historiae alexandrinae atque orientalis ita perita: ut eam epithomasse dicatur. Latinam aut graece legerat: cum illam Aurelianus ce- pisset: atque in conspectum suum ductam sic appellasset. Quid o Zenobia ausa es insultare romanis imperatoribus: illa dixit se fertur. Imperatorem te esse cognosco: qui uincis: Gallie- num & Aureolum & ceteros principes non putauit. Victoriamei similem credens in consorti- um regni uenire: si facultas locoru pateretur: optauit. Ducta est igitur triumphu ea specie: ut nihil popabilius po. r. uideretur. lam primum ornata gemis ingentibus: ita ut ornamento rum onere laboraret. Fertur enim mulier fortissima sapissime restitisse: cum diceret se- genarum onera ferre non posse. Vincti erant pterea pedes auro: manus etiam cathenis aureis: nec collo aureum uinculum deerat: quod scura pscus pferbat: huic ab Aureliano concessum est. Ferturq; uixisse cum liberis matronae iam more romano data sibi possessione in Tibur- ti: q; hodieq; Zenobia dicitur non longe ab Hadriani palatio: atq; ab eo loco cui nomen est Conche- Victoria Tricesima.

Cleopatra

**N** On tam digna reserat: ut etiam Victoria siue Victoria in Isas mitteretur: nisi Galli- eni mores hoc faceret: ut memoria dignae et mulieres ceferentur. Victoria. n. ubi si- liu ac nepote a militibus uidit occisos: Postumum deinde Lollianum: Mariu er que pri- cipem milites nuncuparunt: interemptos: Terricu de quo supius dictu est: ad iperium hortata est: ut uirile semp facinus auderet: insignita e pterea hoc titulo: ut castroru se diceret mrem. Cusi sunt eius nummi: aerei: aurei & argentei: quoru hodieq; forma extat apd treuiros huae qdem non diutius uixit. Nam Terrico iperante: ut plerique loquuntur: occisa. Vt alij asserunt: fatali necessitate consumpta. Haec sunt: quae de triginta tyrannis dicenda uideban- tur: quos ego in unum uolumen iccirco contuli: ne si de singulis singula quaeque narrare: na- scerentur indigne fastidia: & ea quae ferre lector non posset. Nunc ad Claudium principem redeo: de quo speciale mihi uolumen quis breue merito uitae illius uidetur edendu. Addi- to fre singulari uiro: ita ut de familia tam sancta & tam nobili salt pauca referantur. Studiose in medio foeminas posui ad ludibriu Gallieni: quo nihil pdigiosius passa est resp. Romana Duos et nunc tyrannos quasi extra numerum quod Gallieni essent tpibus: additurus unum qui fuit Maximini teporibus: alterum qui Claudii: ut tyrannoru triginta uiri hoc uolumi- ne tenerentur. Quae lo qui expletu iam librum acceperas: boni consulas: atque hoc uolumi- ni tuo uolens addas: quos ego quaedam modum Valentem superiorem huic uolumini sic post- Claudio & Aureliano his qui inter Tacitum & Dioclitianu fuerunt: addere destinaueram. Sed errore meum maior historiae diligentiae tuae eruditionis auertit. Habeo igitur gratia: qd qd titulum meum prudentiae benignitatis impleuit. Nemo in teplo pacis dicitur esse me foeminas in tyrannos cum risu & ioco tyrannas uidelicet & tyrannides: ut ipsi de me solent ia- ctare: posuisse. Habet integrum numeru ex arcanis historiae in meas lras datu. Titus. n. & Ce- sorius: quoru unus ut dixi sub Maximino: alter sub Claudio fuit: q ambo ab illis militibus a qbus purpura uelati fuerat: interempti sunt. Titus.

Zenobiae posse- fio Hadriani pa- latiu Conche

Titus Confori)

Dexippus Herodiamus

**D** Octe Desippus nec Herodianus tacet: oesq; q talia legeda posteris tradiderunt: Ti- tu tr. maurosu: q a Maximino iter priuatos relictus fuerat: timore uiolente mor- tis: ut alij dicunt: inuitu uero & a militibus coactu: ut plerique asserunt: ipasse. Atque huc itra paucos dies post uindicta defensionem: qua cosularis uir magnus Maximi- no parauerat: a suis militibus interemptu. Impasse at melibus sex. Fuit hic uir de primis er- ga rep. domi forisq; laudabilis: sed iperio paru felix. Alii dicunt ab armenis sagittariis: quos Maximinus Alexandrinus & oderat: & offederat: principem factu. Nec mireris tanta ee uarieta- te de hoie: cuius uix nom agnoscitur. Huius uxore Calphurnia fuit sca & uenerabilis foecia de genere Conforinorum: idest Pisonum. Quam maiores nostri iniuriarum facer dotem inter sa- cratissimas foeminas adorarent. Cuius statuam in templo Veneris adhuc uidimus argoli- cam sed auatam. Haec unioes cleopatranas habuisse perhibetur. Haec lancem centum li- brarum argenti: cuius plerique poetae meminerunt: in qua maiorum eius expressa ostendu

Calphurnia Conforini

Vniones cleopatrae

tur historia. Longius mihi uideor processisse; q̄ res postulabat. Sed quid faciam? scientia natura facilitate uerbosa est. Quare ad Censorinum reuertar hominem nobilem; sed qui nō tam bono q̄ malo reipublica septem diebus dicitur imperasse.

Censorinus.

**C**ensorinus uir plane militaris & antiqua in curia dignitatis bis consul: bis praefectus praetorii: ter praefectus urbi: quarto proconsul: tertio consularis: legatus praetorius secundo: quarto aedilitius. Tertio quaestorius: extra ordinem quoque legatione persica functus: etiam sarmatica. Post omnes tamen honores cum in agro suo degeret: senex atque uno pede claudicans uulnere: quod bello persico Valeriani temporibus acceperat: factus est imperator & scura- rum ioco Claudius appellatus est. Cumque se grauissime gereret: neque a militibus ob disciplinam censoriam fieri posset: ab his ipsa a quibus factus fuerat: interemptus est. Extat eius sepulchrum: in quo grandibus litteris circa Bononiam incisi sunt omnes eius honores: ultimo tamē uersu ascripto. Felix ad omnia: infelicissimus imperator. Extat eius familia Censorinorum nomine frequentata: cuius pars Thracias odio rerum romanarum: pars Bithyniam petiit. Extat etiam domus pulcherrima adiuncta gentibus flauis: quae quondam Titi principis fuisse perhibetur. Habes integrum numerum triginta tyrannorum: qui cum male uobis quidem: sed bono animo caufaberis. Da nunc cui uis libellum nō tam diserte: q̄ fideliter scriptum: Neque ego eloquentiam uideor pollicitus esse sed rem: qui hos libellos quos de uita principum edidi: non scribo sed dicto: & dicto cū ea festinatione: quam si quid uel ipse promiserō uel tu petieris sic perges: ut respirandi non habeam facultatem.

Eiusdem Treuellii Pollionis Diuus Claudius.

**F**eliciter uentum est ad principē Claudium: qui nobis intuitu Constantii Caesaris cum cura in litteris digerendus est. De quo ego iccirco recūfari nō potui: quod alios tumultuarios uidelicet imperatores ac regulos scripserāo libro quem de triginta tyrannis edidi: qui cleopatram etiam strpem & historia nam & quae nunc est: detinet. Siquidem eo res processit: ut mulierum uita uitascribi Gallieni comparatio effecerit. Neque enī faserat eum tam principem: qui tantam generis prolem: qui bellum gothicum sua uirtute confecit: qui manu publicis cladibus uictor imposuit: qui Gallienum prodigiosum imperatorē: etiā si non auctor consilii fuit: tamen ipse imperaturus bono generis humani a gubernaculis publicis depulit qui si diutius in hac esset comoratus repu. Scipiones bonos & Camillos: oēsque illos ueteres suis uirtutibus: suis consiliis: sua prouidentia reddidisset. Breue illius in imperio fuit tēpus: sed breue fuisse etiam: si q̄tum hoium uita suppetit: tantum uir talis imperare potuisset. Quid enim in illo non mirabile: quid non conspicuum: quid non triumphalibus uetustissimis praefendum? In quo Traiani uirtus: Antonini pietas: Augusti moderatio: & magnorū principum bona sic fuerunt: ut non nihil ab aliis exemplum caperet. Sed etiam si illi non fuissent: hic caeteris reliquisset exemplum. Doctissimi mathematicorum centum uiginti annos homini ad uiuendum datos iudicant: neque amplius cuiq̄ iactitant esse concessum: etiam illud addentes Mosen solum dei: ut iudaeorum libri loquuntur: familiarem centum uiginti quinque annos uixisse. Qui cum quaereretur quod iuuenis interiret: responsū ei ab incerto ferunt numine: neminem pluisse uicturum. Quare etiam si centum & uiginti quinque annos Claudius uixisset: necessariam quidem mortem eius expectādam fuisse: ut Tullius de Scipione loquitur pro Milone stupenda & mirabilis docet uita. Quid enim magnum uir ille domi forisque non habuit? Amauit parentes. Quid mirum? Amauit & fratres. lam potest dignum esse miraculo. Amauit propinquos: res nostris temporibus cōparanda miraculo. In gligenter indulgit. Leges optimas dedit. Talis in rep. fuit: ut eius stirpē ad imperium summi principes eligerent: emendator senatus optaret. In gratiam me quispiā putet Constantii Caesaris loqui: sed testis est & tua cōscientia & uita mea nihil unq̄ cogitasse: dixisse: fecisse gratiam: Claudii principē loquor: cuius uita: pbitas: & oīa quae in rep. gessit: tantā posteris famam dederit: ut senatus po. q. r. nouis cum honoribus post mortē affecerit. Illi clypeus aureus: uel ut grāmatici loquuntur: clypeum aureū senatus totius iudicio in Romana curia collocatum est: ut et nunc uideretur. Expressa thorace uultus eius illi: quod nulli antea po. r. sumptu suo in capitolio an̄ louis optimi maximi templū statuam aureā decem pedū collocauit. Illa totius orbis iudicio in rostris posita est: colūna palmata: statua superfixa: librarū argenti mille quingentarū. Ille uelut futurorū memor: gētes flauias: q̄ & Titi: nolo at dicef Domitiani fuerat: ppugnauit: ille bellū gothicū breui tpre ipleuit. Adulator igit senatus: adulator po. r. adulatrices exterae gentes: adulatrices prouinciae: siquidē oēs ordines: omnis aetas: ois

Eloquentiam cōtemne  
re se simulat

Mathematici cētū uiginti annos homini tribuunt

Moses

Moses etas

Tullius

Constantius caesar

Clypeū aureū in nominatiuo dicēdū ce grammaticis nota

Palmata Columna

ciuitas stātuis: uexillis: coronis: fanis: arcubus bonum principē aris ac templis honora uerun Interest eorū qui bonos imitantur principes: & totius orbis humani: interest cognoscere quae de illo uero senatus consulta sint: ut omnes indicium publicae mentis agnoscant. Nam cum esset nunciatum nono Kalendas Aprilis ipso in sacratio matris sanguinis die Claudium imperatorem factum: neque cogi senatus sacrorum celebrandorum causa posset: sumptis togis itum est ad Apollinis templum: ac lectis litteris Claudii principis haec in Claudium dicta sunt. Auguste Claudii dii te nobis praestent. Dictum sexages. Claudii Auguste principē: aut qualis tu es semper optauimus. Dictum quadragies. Claudii Auguste tu frater: tu pater: tu amicus: tu bōs seruator: tu uere princeps. Dictū octagies. Claudii Auguste tu nos ab Aureolo uindica. Dictū quinquies. Claudii Auguste tu nosa Zenobia & a Victoria libera. Dictū septies. Claudii Auguste Terricus nihil fuit. Dictum septies. Qui primum ut factus est imperator: Aureolum qui grauior republica fuerat: quod multum Gallieno placebat: consiliū habito a reipub. gubernaculis depulit tyrannum: quem missis ad populum edictis datis etiam ad senatum orationibus iudicauit. His accedit: quod arrogantem Aureolum & sedus petentem: imperator gratius & seuerus non audiuit responso tali repudiātū. Haec a Gallieno petenda fuerant: qui consentire moribus poterat & timere. Denique iudicio militum apud Mediolanum Aureolus dignum exitum uitae ac moribus suis habuit. Et hunc tamen quidam historici laudare conati sunt: & ridicule quidem. Nam Gallus Antipater acilla honorum & historicorum de honestamentum principum de Aureolo habuit. Venimus ad imperatorem nois sui: ut magna eius uidelicet uirtus ab auro nomen acciperet. At ego scio sapius inter gladiatores bonis propugnatoribus hoc nomen appositum. Habuit proxime tuus libellus numerarius hoc nomine in indice ludorum: sed redeamus ad Claudium. Nam ut superius diximus: illi gotthi qui euaserant eo tpe: quo illos Macrianus est persecutus: quosque Claudius emitti non siuerat: ne quid fieret quod effectum est. Omnes gentes suorum ad Romanas iucitauerint praedas. Denique scytharum diuersi populi: peuci: trutung: auctor gori: uirtung: sigipedes: celtae etiam & eruli praedae cupiditate in Romanum solū in rep. uenerunt: atque illic praera que uastarunt: dum aliis occupatus est Claudius: dumque se ad id bellum quod confecit: imperatorie instituit: ut uideatur facta Romana boni principis occupatione lenata. Sed credo: ut Claudii gloria accresceret: eiusque fieret gloriosior: toto penitus orbe uictoria. Armatarum denique gentiū trecenta uiginti milia tunc fuere. Dicat nunc qui nos adulationis accutat: Claudium minus esse amabilem armatorum trecenta uiginti milia. Quis tandem Xerxes hoc habuit: quae fabella istum numerum affinxit? Quis poeta cōposuit: trecenta uiginti milia armorum fuerunt. Adde seruos: adde familias: adde caraginem & epota flumina: consumptaque siluas. Laborasse denique terrā ipsam: quae tantū barbarici tumoris excerpt. Extat ipsius epistola missa ad senatum legēda ad populum: qua indicat de numero barbarorum: quae talis est. Senatui populoque rom. Claudius princeps: hanc autē ipse dictasse perhibetur. Ego uerba magistri memoriae non requiro. p. c. militantes audite quod uerum est. Trecenta uiginti milia barbarorum in Romanum solum armati uenerunt: haec si uicero: uos uicere reddite meritis: si non uicero scitote me post Gallienum uelle pugnare. Fatigata est tota resp. Pugnauius post Valerianū: post Ingenium: post Regillianum: post Lollianum: post Postumū: post Celsum: post mille alios: qui contēptu Gallieni principis a rep. defecerunt. Non scuta: nō spatā: non pila iam supersunt. Gallias & Hispanias uires reip. Terricus tenet: & oēs sagittarios: q̄d pudet dicere: Zenobia possidet. Quicquid fecerimus: satis grande est. Hos igitur Claudius ingenta illa uirtute superauit. Hos breui tēpore attriuit. De his uix aliquos ad patrium solum redire permisit. Rogo quātum pretium est clypeus in curia tantae uictoriae: quantum una aurea statua: dicit Ennius de Scipione quantum statuam faciet po. r. quantā colūnam: quae res tuas gestas loq̄tur. Postumus dicere Flavium Claudium inimicum in terris principem non columnis: non stātuis: sed famae uiribus adiuuari. Habuerunt praeterea duo milia nauium: duplicem scilicet numerum: qua illum quo tota pariter Graecia ois que Thessalia urbes Asiae quondam expugnare conata est. Sed illud poeticus stilus fingit: hoc uera continet historia. Claudio igitur scriptores adulamur: quod duo milia nauium barbararum: & trecenta uiginti milia armatorū deleuit: oppsit: attriuit: quod carraginē tantam q̄tam numerus hic armatorū sibi imer aptare potuit & parare. Nunc in cēdia fecit: nūc cū oibus familiis Romano seruitio deputauit: ut doceret eius dē epistola: quā ad Iunium Brocchū scripsit illyricum tuentem. Claudius Broccho. Deleuimus recenta uiginti milia gotthorū: duo milia nauium miserimus. Testa sūt flumina scutis: spatias: & laceolis: Oia littora operiuntur. Cāpi ossibus latēt recti: nullū iter purum est: ingens carrago deserata est. Tantū mulierū cepimus: ut binas & ternas mulieres uictor sibi miles possit adiungere Et utinā Gallienum non esset passa respubli. utinā sex cetos tyranos nō trulisset. Saluis mi-

Gallus Antipater

Peuci  
Trutung  
Austorgoti  
Vretingui  
Sigipedes  
Celtae  
Eruli  
Carraginē

Ennius de Scipioe

Carraginē

Iunius Brocchus

Diui Claudii  
in signis de  
gotthis uict  
212

 Eodem anno bellum punicum secundum romanis illatum est per Hannibalem Carthaginensium ducem filium Amilcaris: qui iam dudum Amilcaris patri ad aras iurauerat: cum adhuc nouem esset annorum: se ut primum posset aduersus Romanos pugnatum. Hannibal ergo Saguntum hispaniae ciuitatem romanis amicam oppugnare aggressus est: annum uicissimum suae aetatis copiis congregatis. cl. milia peditum & uiginti milia militum. Huic romani per legatos denunciauerunt: ut bello abstineret. Is legatos admittere noluit. Romani etiam Carthaginem miserunt: ut mandaretur Hannibali ne bellum contra socios populi Romani gereret: dura responsa a Carthaginensibus data sunt. Saguntini interea fame uicti sunt. Capti ab Hannibale ultimis poenis afficiuntur: quibus hoc ante portenderat triste prodigium. Nam cum pene enixa mulier esset: infans in uterum regressus ciuitatis excidium significauit. Huius tanta cladis auctor Hannibal poscitur: tergiuersantibus poenis: dux legationis romanorum. Quae inquit mora est Fabius. In hoc ego sinu bellum pacemque porto: utrum eligitis: succlamantibus bellum. Igitur inquit accipite: & excusso in media curia toga: gremio non sine horrore quasi plano sinu bellum ferret: effudit. Tum P. Cornelius Scipio: cum exercitu in hispaniam profectus est. Tiberius Sempronius in Siciliam bellum Carthaginensibus indictum est. Hannibal relicto in hispania fratre Afrubale: igne ferro rupes rescindit. Pyreneum transiit: Alpes adhuc in ea parte inuias sibi patefecit. Traditur ad Italiam. lxxx. milia peditum: & uiginti milia equitum: septem & xxx. elephantes adduxisse. Interea multi Ligures & Galli Hannibali se iunxerunt. Sempronius Gracchus cognito ad Italiam Hannibalis aduentu e Sicilia exercitum Ariminum traiecit. Publius Cornelius Scipio Hannibali apud Ticinum primum occurrit. Commisso praelio fugatis suis & omnibus extitit: ipse ab alto Scipione filio admodum iuueni liberatus: faucibus tamen in castra rediit. Pugnatum deinde eodem consule ad Trebiam fluuium. Iterumque romani superati sunt. Sempronius Gracchus & ipse conflixit apud eundem amnem: amissosque exercitu pene solus euasit. In eo tamen bello etiam Hannibal sauciatus est. Tunc se Hannibali multi Itali dederunt: quod postquam in Aetruia pri mouere transiret in summo Apennino tempestate correptus: biduo continuo immobiliter stetit: niuibus

Prodigia  
 T. Manlius Torquatus  
 C. Attilius  
 L. Posthumus Albinus  
 Cn. Fuluius Centumalus  
 Fabius Historicus  
 Britomarus Baltea  
 Ariouisto  
 M. Claudius Marcellus  
 Cn. Cornelius Scipio  
 Marcellus  
 Virodomarus  
 Cornelius  
 M. Mutius Rufus  
 P. Cornelius  
 Simo Onias  
 Annibal  
 Amilcar  
 Saguntus  
 Fabius  
 P. Cornelius Scipio  
 Tiberius Sempronius  
 Sempronius Gracchus  
 Ticinum  
 Trebia

11. Luctatius  
 Catullus  
 12. Posthumus  
 Allicanus

Prodigia

cum exercitu conlusus. Vbi magnus hominum numerus: iumenta q̄ plurima: elephantū pe-  
ne omnes frigore perierunt. Diuis etiam tunc prodigijs Romani territi sunt. Nam & solis or-  
bis imminui uisus est: & apud Afros palmae in caelo uisae: Sol quoq; cum luna pugnaſſe. Apud  
Capenas duae lunae ortae sunt. In ſardinia ſanguinem duo ſcuta fuderunt. Falſis caelum ſon-  
di uiſum eſt. Apud Antium cruentae ſpicae in corbem cecidere. Igitur Hannibal ad Tuſciam  
ueniens: Flaminiꝝ conſuli occurrit: ipſum Flaminiũ interemit. Romanorū. xxv. m. caeſa ſũt.  
vi. m. capta. Caetera diffugerunt. Miſſus aduerſus Hannibalem poſtea a romanis Quirius Fa-  
bius Maximus. Is cum differendo pugnam ab impetu fregit. Nam per ſumma montium iuga  
& abditos nemorum ſaltus caſtra ponens: Hannibal ſeruorem eluſit: moxq; inuenta occaſio  
ne uicit. Viſtoq; Hannibalem fertur de Fabio ſuiſita dixiſſe. Nunquid nō dixi uobis quod mō-  
tana haec nubes maxima nos in campo ui tempeſtatis obrueret? C. iiii.

Flaminius  
conſul  
Q. Fabius  
maxim)

Conſul

L. Aemiy  
lius paul)

P. Terentius  
uancro

Aufidius  
fl.

**Q**uingentimo & quadageſimo anno a condita urbe Lutius Aemilius Paulus: Pu-  
blius Terentius Varro contra hannibalem mittuntur: Fabioq; ſuccedunt. Qui Fa-  
bius amboſ conſules monuit ut hannibalem callidum & impatientem ducem non  
aliter uincerent q̄ praelium differendo. Verum cum impatientia Varronis conſulis  
P. Terentius contradicente conſule altero id eſt Aemilio Paulo apud uicum qui cannae appellatur: i Apu-  
lia pugnatum eſſet: ambo conſules ab hannibale uincuntur. Nam cum comperiſſet hannibal  
Aufidum amnem ingentes auras mane perflare: quae arenae & pulueris agerent uertices: ſic  
direxit aciem: ut tota uis a tergo ſuis: Romanis in ora & oculos incederet: eaq; de cauſa Roma-  
norum exercitū ſtrauit. In ea pugna tria milia afroꝝ perierunt: magna pars de exercitu hanni-  
balis fauciat: nullo tamen punico bello Romani grauius accepti ſunt. Perit autem in eo cō-  
ſul Aemilius Paulus faucius cū in quodā faxo reſediſſet: offerente ei Lentulo equum quo ſer-  
geret: ut cladi ſuper eſſet: noluit: atq; ibi perſedit: donec ab hoſtibus peremptus eſt. Perierunt  
autem ibi conſulares: aut praetorii. xx. Senatores capti aut occiſi ſunt. xxx. nobiliores uiri. ccc.  
milites. xl. m. equites tria milia & quingenti. Varro conſul cum quingentiſequitibus Veniſ-  
um fugit. Nec dubium eſt ultimum diem illum Romani ſtatus futurum fuiſſe: ſi hannibal  
mox poſt uictoriam ad peruadendam urbem contendiſſet. Varro Romam rediit: gratiaq;  
ei a ſenatu & populo actae ſunt: quod temp. non deſperaiſſet. Non autem uitae cupiditate: ſed  
reip. amore ſe ſuper fuiſſe: reliquo aetatis ſuae tempore approbauit. Nam barbam capillumq;  
ſummiſit: & poſtea nunq̄ recubans cibum cepit. Honoribus quoq; cum ei deſerrentur a po-  
pulo: renunciauit dicens. Felicitioribus magiſtratibus reip. opus eſſe. In omnibus tamē his ma-  
gis nemo romanorū pacis mentionem habere dignatus eſt. Serui quod nunq̄ ante manumiſſi:  
& milites facti ſunt: & omnes qui cunq; ſceleribus & alieno ſoenore obligati eſſent: liberantur:  
& milites facti ſunt: qui numerus peruenit uſq; ad ſex. m. Poſt eam pugnam multae Italiae ci-  
uitates: quae romanis paruerunt: ſe ad hannibalem tranſtulerunt. Hannibal romanis obtulit  
ut captiuos redimerent: reſpoſumq; eſt a ſenatu. Eoſ ciues nō eſſe neceſſarios: qui cum arma-  
ti eſſent: capi potuiſſent. Ille omnes poſtea uariis ſupplicijs interfecit: & tres modios annuloꝝ  
aureoꝝ Carthaginem miſit: quos e manibus equitum romanorū: ſenatoꝝ: & militum detra-  
xerat. Deinde Sempronio Graccho: Quinto Fabio Maximo conſulibus Claudio Marcel-  
lus ex praetore proconſul deſignatus hannibal ſis exercitum praelio fudit: primuſq; poſt rātas  
reip. ruinas: ſpem fecit hannibalem poſſe ſuperari. Interea in hispania: ubi frater hannibal  
Aſdrubal remanſerat cum magno exercitu: at eam totam Afris ſubigeret: a duobus ſcipioni-  
bus romanis ducibus uincitur: perdiſitq; in pugna. xxv. milia hominum. Mituntur ei a Car-  
thaginſibus ad reparandas uires. xii. milia peditum. iiii. milia equitum. xx. elephantū. Cē-  
terius penula centurio decerni ſibi ultro bellum aduerſum hannibalem petiit: a quo cū octo  
milibus militum: quos in acie eduxerat occiſus eſt. Poſt hunc Cneus Fuluius praetor ab han-  
nibale uictus amiſſo exercitu uix euaiſit. Anno ab urbe condita. d. iiii. Marcellus Claudius: &  
Syracufaſ opulentiffimam urbem Siciliae ſecunda expugnatione cepit: pro quo dicitur idem  
conſul fatiſ fleuiſſe pridie q̄ eam caperet pietate motus. Cap. iiii.

Sempronius  
gracchus  
Q. Fabius  
maximus  
Claudius  
marcellus

Syracufa

Centurius  
penula  
Cn. Fuluius

Philippus  
M. Valerius  
Leuimus  
T. Manlius Torquatus

**A**nno quarto poſtq̄ ad Italiam Hannibal uenit Cneum Fuluium proconſulem: un-  
decim praeterea tribunos: & xvii. milia militum interfecit. Marcellus conſul cum  
Hannibale apud Nolam triduum continuum dimicauit. Primo die pari pugna di-  
ceſſu eſt: ſequenti uictus: tertio uictor. viii. milia hoſtium interfecit: ipſum Han-  
nibalem cum reliquis fugere in caſtra compulſit. Hannibal multas ciuitates Romanorum per  
Apuliam: Calabriam: & Brutios occupauit. Quo tempore rex Macedoniae Philippus ad eũ  
legatos miſit promittens auxilia cōtra Romanos ſub hac cōditione ut delectis romanis: ipſe cō-  
tra Gracos ab Hannibale auxilia acciperet. Captis igitur legatis Philippi & re cognita Ro-  
mani in Macedonia Marcū Valerium & Leuiniũ ire iuſſerunt. In ſardinia Titum Malliũ  
Torquatũ proconſules: nam etiam ea ſollicitata ab Hannibale romanos deſeruerat. Ita uno tpe

quattuor locis pugnabatur. In Italia cōtra hānibalē. In hispania cōtra fratrem eius Aſdrubalē  
In Macedonia contra Pphilippum: in ſardinia contra ſardos: & alterum Haſdrubalem Car-  
thaginenſem. Iſa Tito Mallio proconſule: qui ad ſardiniam miſſus fuerat: uiuus eſt captus:  
occiſa cum eo. xii. milia: capti mille quingenti: & a Romanis ſardinia ſubacta. Mallius uictor  
captiuos & Haſdrubalem Romam reportauit. Interea etiam Philippus a Leuiniõ in Macedo-  
nia uicitur: & in Hispania a ſcipionibus Aſdrubal: & Mago tertius frater Hannibal. C. v.

T. Manlius  
Manlius  
Philippus  
Mago  
P. Sulpitius  
Cn. Fuluius

Conſul

**D**ecimo anno poſtq̄ Hannibal in Italiam uenerat. P. Sulpicio: Cneo Fuluiõ conſulibus  
Hannibal de Campania mouit exercitum: & cum ingenti clade omnium pet-  
ſedecim Sueſſanumq; agrum uia latina uſq; ad quartum miliarium urbis acceſ-  
ſit: equites eius uſq; ad portas. Mox conſulum metu cum exercitu uenientium Han-  
nibal ad Campaniam ſe recepit. In Hispania a fratre Aſdrubale ambo ſcipiones: qui per mul-  
tos annos uictores fuerant interficiuntur: exercitus tamen integer manſit. Caſu enim magis  
erant q̄ uirtute decepti. Quo tempore etiam a conſule Marcello ſiciliae magna pars capta eſt  
quam tenere Afri ceperant: ex nobiliſſima urbe ſyracufa praeda ingens Romam per lata eſt  
Leuiniõ in Macedonia cum Philippo & multis Graeciae populis & rege Aſia Attalo amicitia  
fecit: & ad ſiciliam profectus eſt. Annonem quendam afrorum ducem apud Agrigentum ci-  
uitatem cum ipſo oppido cepit: eumq; Romam cum captiuis nobiliſſimis miſit. xl. ciuitates  
in deditioem accepit. xxvi. expugnauit. Ita omniſicilia recepta eſt. Macedonia fracta: ingē-  
ri gloria Romam reſreſuſe. Hannibal in Italiam Cneum Fuluium conſulem ſubito aggreſ-  
ſus eſt: cum octo milibus hominum interfecit. Interea ad hispanias ubi occiſis duobus ſcipio-  
nibus nullus Romanus dux erat: Publius Cornelius Scipio mittitur filius Publii Scipionis: q̄  
ibi bellum geſſerat annos natus quattuor & uiginti: Vir Romanorum omnium & ſua aetate &  
poſteriori tempore fere primus. Is etenim dum ſenatores ob metum Hannibal ſiciliam re-  
linquere deliberarent: cum tribunus militum eſſet: diſtricto gladio id fieri uetuit. Primuſq;  
iurans ut patriae deſenſor exiſteret: uniuerſoſ ſimiliter iurare coegit. Romanos ad ſpem uitae  
quaſi ab inferis reduxit. Is Carthaginem hispaniae cepit: in qua omne aurum & argentum &  
belli apparatus Afri habebant: nobiliſſimoſq; obſides: quos ab hispanis acceperant. Mago  
nē etiā fratrem Hannibal ſibi capit: quem Romam cum aliis mittit. Romae ingens laetitia poſt  
hunc nunciũ fuit. Scipio hispanorū obſides parētibus reddidit. Deniq; dū quaedā ad illo flo-  
re uirgo pulcherrima ab eo cōprehēſa fuiſſet: eā paterna pietate ſeruauit: cōcedens parētibus  
ut eā redimeret: ad ſe et puellae ſpoſũ nobiliſſimi generis uig; uenire pſuadens: ei ipſa quaſi pi-  
us in matrimoniu genitor tradidit: dotiſq; noie puellae pretiũ q̄ a parētibus eius acceperat:  
cōdonauit: pro quibus factis maxime adnēte puellae ſpoſo ei uſq; parētibus: oēs fere hispani  
ad eũ tranſierunt. Poſt quae Aſdrubalē hannibal ſis fratrem uictũ fugat: & praedā maximā capit.  
Interea in Italia cōſul Publius Fabius Maximus Tarētũ capiti: in qua ingētes copiae hānibal ſis  
erant: & ibi etiam ducem Hannibal ſis Cartolonem occidit. xxv. milia captiuoꝝ uendit: praedā  
dam militibus diſpartiuit: pecuniam hominum ueditorum ad ſiſcum rettulit. Tum multae  
ciuitates Romanorū: quae ad Hannibalem tranſierant: rurſus de Fabio Maximo dederunt:  
In ſequenti anno Scipio in Hispania egregias reſegit: & per ſe & per fratrem ſuum Lutium ſci-  
pionem. lxx. ciuitates recepit. In Italia tamen male pugauerunt. Nam Claudius Marcellus  
ſul ab Hannibale occiſus eſt. Tertio anno poſtq̄ Scipio ad Hispaniam profectus fuerat: rur-  
ſus reſ inclytas geſſit. Regem hispanorum magno praelio uictum in amicitiam accepit: & pri-  
mus omnium a uicto obſides non popoſcit. Deſperans Hannibal Hispanias contra Scipionem  
ducem poſſe retineri: fratrem ſuum Aſdrubalem in Italiam cum omnibus copiis euocauit.  
Is ueniens a conſulibus Appio Claudio Nerone: & Luitio Salinatore apud Metaurum fluuiũ  
in inſidias compoſitaſ tēdit: ſtrenue tamen pugnaſ occiſus eſt. lvi. milia de eius exercitu  
perempta ſunt. v. m. capta. ccccl. iiii. ciuium romanorum inter eos reperta: & reuocata ſunt.  
Magnum pondus auri atq; argenti Romam delatum eſt. Hannibal caput ſui fratris Aſdru-  
balis ante caſtra proiecit. Quo uiſo ſimul & clade poenorum cognita: anno tertio deci-  
mo poſtq̄ Italiam uenerat: refugit in Brutiam. Poſt haec Hannibal diſſidere iam de belli ce-  
pente uentu: & romanis ingens animus acceſſit. Itaq; ipſi euocauerunt ex Hispania. P. Corneliu  
Scipionem. Is Romam cum ingenti gloria uenit. Per idem tempus Herofolimis pontifex mā-  
ximus Onias ſimonis filius claruit. Quinto Cecilio & Luitio Valerio cōſulibus omnes ciuita-  
tes quae in Brutis ab Hannibale tenebatur: Romanis ſe tradi derunt. Anno quarto decimo poſt  
quam in Italiam Hannibal uenerat. Scipio qui multa bene in Hispania egerat: conſul eſt fa-  
ctus: & in Africa miſſus. Cui uiro diuinũ quiddam in eſſe exiſtimabatur: a deo ut putaretur  
etiam cum numinibus habere ſermonem. In Africa contra Annonem ducem Afrorum pugna-  
uit & exercitum eius interfecit. Secundo praelio caſtra cepit cum. iiii. milibus & quingentiſ mi-  
litibus: undecim milibus occiſis: Syphacem Numidiae regem qui ſe afris coniunxerat cepit: &

Marcellus  
Attalus  
Anno  
Cn. Fuluius

P. Fabius maximus  
Cortalo  
L. Scipio

Tarentu con-  
tur

Appius Claudius neri  
Luitius Salinator

Omas filius  
Simonis  
Q. Cecilius  
L. Valerius  
Anno  
Syphax

Conſul



castra eius inuadit. Syphax cum nobilissimis numidis & infinitis spoliis: Romam a Scipione mittitur. Quare audita omnis fere Italia Hannibalem deserit: ipse a Carthagenensibus redire i Africa iubetur: qua Scipio uastabat, Ita anno .xvii. ab Hannibale Italia liberata est: quam flens dicitur reliquisse. Legati Carthagenensium pacem a Scipione petierunt: & ab eo ad festinatum Romam missi sunt. xlv. diebus his induriae datae sunt: quousque Romam ire & regredi possent: & .xxx. milia pondo argenti ab his accepta sunt. Senatus ex arbitrio Scipionis pacem iussit cum Carthagenensibus fieri, Scipio his conditionibus dedit: ne amplius quam .xxx. naues haberent: & quingenta milia pondo argenti darent: captiuos & perfugas redderent. Interim Hannibale ueniente ad Africam pax turbata est: multa hostilia ab Afris facta sunt. Legati tamen eorum ex urbe uenientes a romanis capti sunt: & iubente Scipione dimissi. Hannibal quoque frequentibus praeliis uictus a Scipione petere etiam ipse coepit pacem. Cum itaque uictum esset ad colloquium iisdem conditionibus data est: quibus prius additis quingentis milibus pondo argenti: centum milibus librarum propter nouam perfidiam, Carthagenensibus conditiones displicuerunt: iusserunt Hannibalem pugnare. Infertur a Scipione & Massinissa rege Numidarum: qui amicitiam cum Scipione fecerat Carthagini bellum. Hannibal tres exploratores ad Scipionis castra misit: quos captos Scipio circumduci per castra iussit: ostendique etiam historum exercitum: mox prandium dari & dimitti: ut renuntiarent Hannibali: quae apud Romanos uiderent. Intera praelium ab utroque duce instructum est: quae uix ulla memoria fuit: cum peritissimi uiri copias suas ad bellum educerent. Scipio uictor recedit: pene ipso Hannibale capto qui primum cum multis equitibus: deinde cum uiginti: postremo cum quattuor euasit. Inuenta in castris Hannibalis argenti pondus .xx. milia auri octingenta caetera supellestilia copiosa. Post id certamen pax cum Carthagenensibus facta est: Scipio Romam rediit: & ingenti gloria triumphauit: atque Africanus ex eo appellari coepit. Finem accepit secundum punicum bellum post annum nonum decimum quae ceperat.

Massinissa

T. Quinti Flamini

Demetrii

Nabis

Armenes

in capite in libertate asseriti radebant

L. Furius

Ticinum condita Antioch

P. Cornelii Scipio

consul

Atilius Glabrio

P. Scipio Africanus

consul

T. Sempronius Longus

Cumemia

L. Cornelii Scipio

C. Iulius Cumens

Eutropij uiri clarissimi de gestis romanorum liber quartus. Transacto punico bello secutum est Macedonicum contra Philippum regem. I. & quingentesimo primo anno ab urbe condita. Titus Quintus Flaminus aduersus Philippum regem mittitur: & prospere gessit: & pax ei allata est his legibus: ne graecis ciuitatibus: quas Romani contra eum defenderant: bellum inferret: ut captiuos & transfugas redderet: quingenta solas naues haberet: reliquas Romanis daret: & per annos decies quaterna milia pondo argenti praestaret: & obsidem daret filium suum Demetrium. Titus Quintus Flaminus etiam Lacedaemoniis intulit bellum: & ducem eorum Nabidem uicit: & quibus uoluit conditionibus in fidem accepit: ingenti gloria triumphauit: duxit ante currum nobilissimos obsides Demetrium Philippi filium: & Armenem Nabidis. Romani capti uique sub Hannibale per Graeciam uenditi fuerant uniuersi recepti capitibus rasi sunt ob deterfam seruitutem: currum triumphantis secuti sunt. Eodem tempore in subres Boii: a quibus Ticinum ciuitas condita est: atque Cenomanni contractis uniuiribus cum Amilcare Poenorum duce: qui in Italia remanserat: Cremonam Placentiamque uastantes: difficili bello: a Lucio Furio praetore sunt superati. Consul Marcellus in Aetrua a Boiis oppressus: magnam partem exercitus perdidit. Cui postea Furius alter consul auxilio accessit: atque ita uniuersam Boiorum gentem igni ferroque uastantes: prope modum usque ad nihilum deleuerunt. Transacto bello Macedonico secutum est Syriacum contra Antiochum regem. P. Cornelio Scipione: Atilio Glabrio consulibus. Huic Antiocho Hannibal se iunxerat Carthaginem patriam suam metu ne Romanis traderetur: relinquens. Atilius Glabrio in Achaia bene pugnavit: castra regis Antiochi nocturna pugna capta sunt. Ipse fugatur. Philippo qui contra Antiochum Romanis auxilio fuit filius Demetrius redditus est. Publio Scipione Africano iterum: Tito Sempronio Longo consulibus: apud Mediolanum decem milia Gallorum caesa. Romanorum uero .v. milia occisa sunt. Minutius Liguribus in extremum periculi adductus: & insidiis hostium circumuentus: uix Numidarum equitum industria liberatus est. L. Cornelio Scipione. C. Laelio consulibus: Scipio Africanus fratri suo Cornelio Scipioni consuli legatus contra Antiochum profectus est. Hannibal qui cum Antiocho erat nauali praelio uictus est. Ipse postea Antiochus circa sepulchrum magnesia Asiae ciuitatem a consule Cornelio Scipione ingenti praelio fufus est: auxilio fuit in ea pugna Romanis Eumenes Attali regis frater: qui Eumensiam in Phrygia condidit. Quinq; milia equitum eo certamine ex parte regis occisa sunt. Tunc rex Antiochus pacem petiit: iisdem conditionibus data est a senatu quae uictis: quibus ante offerebatur: ut ex Europa & Asia recederet: atque intra taurum se contineret: decem milia talentorum: & .xx. obsides praerberet. Hannibalem concitatorum praelii dederet. Eumeni regi donatae sunt a senatu omnes Asiae ciuitates: quas Antiochus bello per-

diderat: & Rhodus qui auxilium romanis contra regem Antiochum tulerunt: multae urbes concessae sunt. Scipio Romam rediit: & ingenti gloria triumphauit. Nomen & ipse ad imitari onem fratris Asianus accepit: quia Asiam uicerat: sicuti frater ipsius propter Africam dominum Africanus appellabatur. L. Bebius in Hispaniam proficiscens: a Liguribus circumuentus cum uniuerso exercitu occisus est: unde a deo nenunciari quidem superfuisse constat: ut in terminationem ipsam Romae Massilienses nunciare curauerint. Marcus consul aduersus Ligures profectus: superatusque .iiii. milia militum amisit. Spurio Posthumio Albino: Marco Philippo consulibus: Marcus Fuluius de aetholis triumphauit. Hannibal qui uictus Antiocho ne romanis traderetur ad Prusiam Bithyniae regem fugerat: repetitus etiam ab eo est per Titum Quintum Flaminium: & cum tradendus esset romanis uenenum bibit: & apud Libissam in finibus Nicomediensium sepultus est. Eodem anno Scipio Africanus ab ingrata sibi urbe diu exulans: apud Amitemum morbo periit. Tunc Vulcani insula: quae ante non fuerat: repente in mari est edita. His quoque diebus actum est: quod de Heliodoro Machabeorum narrat historia. Philippo rege Macedoniae mortuo: qui & aduersum Romanos bellum gesserat: & postea Romanis contra Antiochum auxilium tulerat: filius eius Perseus in Macedonia rebellauit: ingentibus copiis ad bellum paratis. Nam adiutores habebat Cotum Thraciae regem Illyrici regem Gentium nomine. Romanis autem in auxilium erant Eumenes Asiae rex Artaxerxes Cappadociae: Antiochus Syriae: Ptolemeus Aegypti: Massinissa Numidiae. Prusias autem rex Bithyniae: quae sororem Persei uxorem haberet: utriusque te aequum praebuit. Dux romanorum P. Lucinius consul contra eum missus est: & a rege graui praelio uictus: neque tamen romani quae superati regi petenti pacem praestare uoluerunt: nisi his conditionibus: ut se & suos senatui: & populo romano dederet. Mox missus contra eum Lucius Aemilius Paulus consul: & illyricum C. Anitius praetor contra Gentium: sed Gentium facile uno praelio uictus: mox se dedit. Marter eius & uxor & duo filii: frater quoque eius simul in potestate romanorum uenerunt: bello ita .xxx. dies perfecto. Ante cognitum est Gentium uictum: quae coeptum bellum nunciaretur. Cum Perseo autem Aemilius Paulus consul tertio nonas septembris dimicauit: uictusque est rex cum .xx. milibus peditum eius occisus. Equitatus cum rege interfugit. Milites quos amiserat: Romanis se dederunt. Rex cum desereretur ab amicis uenit in Pauli potestatem: sed honorem et Aemilius Paulus: non quasi uictus adhibuit. Nam & uolentem ad pedes sibi cadere: non permisit: & iuxta se in cella collocauit. Macedoniis & illyriis haec leges a romanis datae sunt: ut liberi essent: & dimidium eis tributorum praestarent: quae regibus praestitissent. Ut appareret populum romano pro aequitate magis quam auidia dimicare. Itaque in conuentu infinitorum populorum Paulus haec pronunciauit: & legationes multarum gentium: quae ad eum uenerant: magnificentissimo pauit conuiuio: dicens eiusdem esse hominis debere & bello uincere: & conuiuii apparatu elegantem esse. Mox septuaginta ciuitates Epyri quae rebellauerant cepit: praedam militibus distribuit: Romanis ingenti pompa rediit: In naue Persei: quae inusitatae magnitudinis fuisse traditur: a deo ut .xvi. ordines dicatur habuisse remorum. Triumphauit etiam magnificentissime in curru aureo cum duobus filiis suis utroque latere astantibus. Ducti sunt ante currum regis filii: & ipse Perseus quadraginta quinque annos natus. Post eum etiam C. Anitius de illyricis triumphauit. Gentium cum fratre & filiis ante currum ductus est. Ad hoc spectaculum reges multarum gentium Romam uenerant. Inter alios etiam Attalus atque Eumenes Asiae reges: & Prusias Bithyniae magno honore excepti sunt: & permittente senatu dona at tulerunt in capitolio poluerunt. Prusias etiam filium suum Nicomedeum senatui commendauit. Caput secundum.

L. Bebius  
Spurius Posthumius  
Albinus  
M. Philippus  
M. Fuluius  
Prusias  
Heliodorus  
Philippus  
Perseus  
Cotys  
Gentius  
Axiarates  
P. Licinius  
L. Aemilius Paulus  
C. Anitius  
Gentius

Lebyssa  
Africanus  
Mors  
Vulcani  
insula

Anno ab urbe condita .d.c. Lucio Licinio: Lucullo Posthumio Altino consulibus: cum omnes Romanos ingens Celtiberorum metus inuasisset: & ex omnibus non esset qui ire in Hispaniam uel miles uel legatus auderet: Publius Scipio qui post Africanus erat: ultro sese militaturum in Hispaniam obtulit: cum tamen in Macedoniam forte iam deputatus esset. Itaque profectus in Hispaniam magnas strages gentium dedit: sapienter etiam militis quae ducis usus officium. Nam & barbarum prouocantem singulariter congressus occidit. Sergius autem Galba praetor a Lusitanis magno praelio uictus est: uniuersoque exercitu amisso ipse cum paucis uix elapsus euasit. In sequenti anno Lucius Minutius in Hispania bene pugnavit. Marcellus postea consul res ibidem prospere gessit. Tertium deinde bellum contra Carthaginem suscipitur. Caput .iii.

Attalus  
Cumens  
Prusias  
L. Licinius  
Lucullus Posthumius  
Albinus  
P. Scipio Africanus  
Sergius Galba  
L. Minutius  
Marcellus  
L. Mallius Censorinus  
M. Mallius

Co  
Co

Iibus passuū habitare iussi sunt. Carthaginenses dolorem ac desperationem contulerūt: aut defensuri ciuitatem: aut cum ipsa sepeliendi. Moxq; sibi duos Asdrubales duces creauerunt: armaq; facere aggressi; postq; aes ferrumq; defecit: aurea; argenteaq; facere coeperunt. Consul Iescum aliquantam muri partem machinis diruissent: a carthaginensibus uicti sunt; atq; repulsi. Quos fugientes Scipio tunc tribunus militum repulso intra muros hoste defendit. Famea dux alius equitatuū carthaginensium præerat. Igitur Scipio tunc Scipionis Africani nepos; tribunus ut dictum est militum ibi militabat; huius apud omnes ingens metus & reuerentia erat. Nam & paratissimus ad dimicandum & consultissimus habebatur. Itaq; per eū multa a consulibus prospere gesta sunt. Neq; quicq; magis Asdrubal uel Famea uitabant; q̄ contra eam romanorū partem committere ubi Scipio dimicabat. Per idem tempus Massinissa rex Numidarum; per annos sexaginta fere amicus populi Ro. anno uitæ suæ. lxxxvii. mortuus est. xliiii. filiis relictis. Scipionem diuiforem inter filios suos esse iussit. Cum igitur clare Scipio nis nomen esset; iuuenis adhuc consul est factus; & cōtra Carthaginem est missus; contra quādum sex continuis diebus noctibusq; pugnaſset; ultima carthaginenses desperatione ad dediti onem traxit; petentes ut quos belli clades reliquos fecisset; saltim seruire liceret; ac primum agmen mulierū; satis miserabile post uiros descendit. Nam fuisse mulierū uiginti quinque; m. uiros; triginta milia traditū est. Rex Asdrubal se ultro dedit. Transfugæ qui Aesculapii tem / plum occupauerant; uoluntario præcipitio dati; igne consumpti sunt. Vxor Asdrubalis se suosq; filios cū fœmineo furore; in medium iecit incendiū. Ipsa autem ciuitas. xvi. diebus contiuisarsit; miserūq; spectaculū suis uictoribus præbuit. Omnium multitudo captiuorū; exceptis paucis principibus uenū data est. Diruta est autem Carthago omni murali lapide in puluere comminuto; cuius fuisse situs huiusmodi dicitur; uiginti duo milia passuū muro amplexa; tota pene mari cingebatur absq; faucibus; qui tribus milibus passuū aperiebantur. Is locus murum triginta pedes latū habuit; saxo quadrato in altitudine cubitorū; quadraginta a saxo cui Birse nomen erat; paulo amplius q̄ duo milia passuū tenebat; ex una parte murus communis urbis & Birse imminens mari; quod mare stagnum dicitur; quoniam obiectu protætæ linguæ strāgulatur. Spolia ibi iuētā; quæ de uariarū ciuitatū excidiis Carthago collegerat; & ornāmēta urbiū ciuitatibus Sicilia; Italia; & Africa reddidit; quæ sua recognoscebat. Ita Carthago se pringentesimo anno postq̄ condita erat; delata est. Ita quarto anno postq̄ coeptū fuit bellum tertiū terminatū est. Scipio nomen quod auus eius acceperat; meruit; scilicet ut propter uir / ritem ei us etiam ipse Africanus iunior uocaretur. Eodem tempore Corinthum tunc toto orbe urbiū longe omniū opulentissimam imperante Mumio consule Metellus prætor deuicit in qua infinitū aurum; argentū; æs; & ferrū in conflagratione incendiū commixtū est. Vnde nouū fluxit metalli genus; ad similitudinem cuius mixturæ usq; hodie æs Corinthiū; uel uasa Corinthia dicuntur. Interim in Macedonia quidam Pseudo Philippus arma mouit; & Romanum prætorum Publiū Panetiū contra se missū ad internitionem uicit. Post eum Quintus Cecilius Metellus dux a romanis contra Pseudo Philippū missus est; & uiginti quinque milia ex militibus eius occisis Macedonia recepit. Ipsum etiam Pseudo Philippū in potestate suam redegit. Corinthi etiam bellum indicitum est nobilissimæ ciuitati Græciæ propter in / iuriam legatorū romanorū; hanc Mumius cepit; & diruit. Tres igitur Romæ simul celeberrimi triūphi fuerunt; Africani ex Africa; ante cuius currum ductus est Asdrubal; Metelli ex Macedonia; cuius currū præcessit Andariscus; qui & Pseudo Philippus dicitur. Mumius ex Corintho ante quem signa ænea & pictæ tabulæ; & alia urbis clarissimæ ornamenta prælata sūt uir; & cū iam se decem milia haberet armatorū; a Tremellio quaestore superatus ē. His diebus Androgynus Romæ uisus; iussu aruspiciū in mare mersus est. Eodem tempore Metellus in celtiberia apud Hispanos res egregias gessit. Successit ei Quintus Pompeius; nec multo post Quintus quoq; Cæpio ad idem bellū missus est; in quod quidē Viriatus contra romanos in Lusitania gerebat. Quo metu Viriatus a suis interfectus est; cū quattuordecim annos Hispanias aduersum romanos mouisset. Pastor primo fuit; mox latronum dux. Postremo tātōs ad bellum populos concitauit; ut assertor contra romanos Hispaniæ putaretur. Huic namq; primus sextus Vetulius prætor occurrit; qui toto exercitu cæso; uix fuga lapsus euasit. Deinde Caiū Plautiū prætorē idem Viriatus multis præliis fractū; fugauit. Post hæc Claudiū Vnima / miū cū omni exercitu superauit. Deinde cū interfectores eius premiū a Scipione consule peterent; responsū est nunq̄ romanis placuisse imperatores a suis militibus interfici. Eo tempore Romæ puer ex ancilla natus est quadrupes; quadrimanus; oculis quattuor; auribus totidē naturam uirilem duplicem habens. In Bononiensi agro fruges in arboribus natæ sunt mense Ianuario. Quintus Pompeius deinde consul a Numantinis; quæ Hispania ciuitas opulentissima fuit; superatus pacem ignobilem fecit. Post eum Caius Hostilius Mancinus consul. Iterū

Scipio Tribunus Famea

Massinissa filios reliquit 44

Asdrubal Carthago euerſa

Byrsa locus

Corinthus euerſa

Tres romæ primi triūphi

Androgynus

- Mumius
- Metellus
- Pseudophilippus
- P. Pompeius
- Q. Cecilius Metellus
- Andariscus
- Pseudopsephes
- Tremellius
- Q. Pompeius
- Q. Cæpio
- Viriatus
- Sextus Vetulius
- C. Plautius
- Claudius Vnimanus
- Q. Pompeius
- C. Hostilius Mancinus

cū Numantinis pacem fecit in famem; quam populus & senatus iussit infringi; atq; ipsum Mancinum hostibus tradi; ut in illo quasi auctore fœderis uindicarent; cū per continuos annos quattuordecim cum solis quattuor milibus. xl. milia romanorū protriuisent. Post tantam igitur ignominiam qua a Numantinis bis romani exercitus fuerant subiugati; Publius Scipio Africanus secundo factus consul; & ad Numantiam missus est. Is primū militem uitiosum & ignauū exercendo magis q̄ puniendo sine aliqua acerbitate correxit. Mox pugna cū Numantinis commissa exercitus romanus oppressus Numantinorū terga conuertit. Sed increpatione & minis obiectantibus se consul; tandem indignatus in hostem rediit; & quem fugiebat; fugere compulit; unde quanuis Scipio lætatur sit; tamen ultra bellū aduersus eos audendum non esse professus est. Itaq; urbem oblidione conclusit; uallo circumdedit. Cumq; diu conclusa fame laborarent; pugnaq; facultatem exposcerent; ut mori eis quasi uiris liceret. Nouissime larga prius portione calefacti; quæ madefactis frugibus confici solent; subito super romanos irruere. Atrox diu certamen; & usq; ad periculū romanorū fuit. Iterūq; romani pugnare se aduersus Numantinos fugiendo probassent; nisi sub Scipione pugnaſſent. Numantini interfectis suis fortissimis bello cedunt; compotitis tamen ordinibus; nec sicut fugientes in urbem reuertuntur. Corpora interfectorū; ad sepulturam oblata accipere noluerunt. Clausaq; urbe cū cetera pariter ferro ueneno atq; igne consumpti sunt. Romani nihil aliud quam securitatem ex his adepti sunt; seq; magis euasisse Numantinos; q̄ uicisse dixerunt. Vnū Numantinū uictoris cathena non tenuit; quicquid suppellectilis fuit; ignis assumpsit. Tunc Scipio Tiresiū quēdam Celticū principem consuluit; qua de causa Numantia aut prius inuicta; aut post euerſa fuisset. Tiresus respondit. Concordia uictoriam; discordia exitum præbuit. Hac tempe / state apud iudæos occiso Iuda Machabeo frater eius Ionathas pontifex habebatur. Tūc etiā claruit apud Brundisium Pacuuius tragœdiarū scriptor. Igitur Scipio multas hispaniæ ciuitates partim cepit; & partim in deditiōnem accepit. Numantiam a solo euerit; reliquam prouinciam in fidem accepit. Eodem tempore Attalus rex Asiae frater Eumenis mortuus est; hæredemq; populum romanū reliquit; Ita imperio romano per testamentū Asia accessit. Mox et Decimus Iunius Brutus de calceis & Lusitanis triūphauit magna gloria. Et post Scipio Africanus de Numantinis secundū triumphū egit. xiiii. anno postq̄ priorem de Africa egerat. Interea in Sicilia bellum est seruile exortū; ac per Fuluiū & Rutilium amplius q̄ uiginti milia tūc seruorū; trucidata sunt Minturnis. ccccl. serui in crucem suspensi sunt apud Sueſſam uero. iiii. milia seruorū; a Quinto Metello; & Cneo Seruilio oppressa narrantur. Motum interim in Asia bellum est ab Aristonico Eumenis filio; qui ex concubina conceptus fuerat. Is Eumenis frater Attali fuerat. Aduersus eum missus est. L. Crassus habens infinita regum auxilia. Nam & bythyniæ rex Nicomedes romanos iuuit; & Mithridates Ponticus; cum quo bellum postea grauissimum fuit; & Ariarates Cappadox; & Polemēnes Paphlagon; uictus est tamen Crassus; & ab hostibus captus est; qui magis mori eligens q̄ a barbaro abduci; uirgam qua equū agebat; Tocolū se tenentis iniicit; moxq; ab eo confossus est; caput enim Aristonico oblatū est; corpus Smyrnæ sepultum est. Postea Perpenna consul romanus; qui successor Crasso ueniebat audita belli fortuna; ad Asiam celerat; & acie uictū Aristonicū apud Stratonicensiū ciuitatem quo confugerat fame ad deditiōnem compulit. Aristonicus iussu senatus Romæ in carcere strangulatus. Triumphari enim de eo non poterat; quia Perpenna apud Pergamū Romam rediens diem obierat. His diebus tanta per totam Africam locustarum multitudo conualuit ut simul fruges & herbas; arborum folia; corticesq; corroderent; quæ repentino uento sublata; in Africano sunt pelago demersæ. Sed cum earū acerbos fluctus per extenta littora pertulissent; pestiferum odorem putrefacta congeries exhalauit. Vnde omniū animantiū auium pecudumq; ac bestiarū; pestis existens uitium corruptionis ampliauit. Qua pestilentia in Numidia. d. cccc. milia hominum; circa Carthaginem uero plusq̄. cc. m. Romanorū; uero militū qui ibi ad præsidium erant. xxx. milia extincta sunt. Lucio Cecilio Metello; & Tito Quinto Flamini consulibus Carthago in Africa iussu senatus reparata est; quæ nunc manet annis duobus; & uiginti euolutis postq̄ a Scipione fuerat euerſa; deducti sunt ciues romani. C. iiii. Nno sexcentesimo uigesimo septimo ab urbe condita Caius Cassius Longinus; & Sextus Domitius Caluinus consules Gallis transalpinis bellum intulerunt & Arbenno / rum tunc nobilissimæ ciuitati atq; eorum regi Viturto; infinitamq; multitudinem iuxta Rhodanum fluuium interfecerunt. Demq; cum Viturtus paucitatem romanorū uix ad escam canibus quos in agmine habebat sufficere posse iactaret; & ipse. clxxx. milia armatorū haberet; conferta pugna a romanis superatus est. Ex cuius exercitu partim in bello; partim submersi cum ponte; quem sibi iunctis nauibus supra Rhodanum extruxerant cl. m. perierunt; præda ex torquibus gallog; ingens sublata est. Viturtus se Domitio deditit; atq; ab eo Romam ductus est; magnaq; gloria consules ambo triumpharunt. Marco Por /

Numantini uicti

Tiresus  
Iudas machabeus  
Jonathas  
Attalus Pacuuius  
Eumenis  
Decimus iunius brutus

Sueſſa Sueſſa  
Q. Metellus  
Cn. Seruilius  
Aristonicus  
L. Crassus  
Nicomedes  
Mithridates  
Polemēnes  
Perpenna

L. Cecilius Metellus  
T. Quintus Flaminius  
C. Cassius Longinus  
Sextus Domitius Caluinus  
Virtutus



Marius Ma... guine in deditioem accepit. Sed cum Romae mutati consules essent: Marius Marii filius; ac Papius Carbo consulatum accepissent, Sylla contra Marium iuniorē dimicavit; & .xv. milia eius occidit. cccc. de suis perdidit. Sylla deinde cum Campanio Samnitum ducē ex reliquis copiis ad portam collinam signa contulit. lxxx. milia hominum occidit. Mox etiam urbem ingressus tria milia hominum contra fidem datam inermes peremit. Cumq; magna crudelitate a duersus fontes in fontesque saeuiret: Quintus Catulus palam Syllae dixit. Cum quibus tandem uicturi sumus in bello armatos: si in pace inermes occidimus: Sylla dehinc Marium de caprili casa extractum uincire iussit: ductumq; trans tiberim: oculis effossis: membris minutatim fractis uel exactis trucidari. Marium Marii filium Preneeste persecutus obsedit: & ad mortem compulit. Rursum pugnam grauissimam habuit contra Lampanium & Carinatem duces partimarianae ad portam collinam. lxxx. milia hostium in eo praelio contra Syllam fuisse dicuntur: duodecim milia se Syllae dederunt. Caeteri in acie in castris in fuga i fatiabili ira uictoris consumpti sunt. Cn. quoq; Carbo consul alter ab Arimino in Sicilia fugit: & ibi per Cneum Pompeium interfectus est: quem adolescentem Sylla annos unum & uiginti natum cognita eius industria tantis exercitiis praefecerat: ut secundus a Sylla haberetur. Occiso ergo Carbone Siciliam Pompeius recepit: transgressus inde ad Africam Domitium marianae partis ducem: & Ierdam regem Mauritaniae: qui Domitio auxilium ferebat: occidit. Post haec Sylla de Mithridate ingenti gloria triumphauit. Cneus etiam Pompeius qd nulli romanorum tributum erat: quartum & uigesimalium annum agens de Africa triumphauit. Hunc finem habuerunt duo belli funestissima Italica: quod iociale dictum est: & ciuile: quae ambo tractata sunt per annos decem. Consumperunt autem ultra centum quinquaginta milia hominum uiros consulares. xxiii. praetores. vii. aedilicios. lx. senatores fere. c. c. Post haec tamen Sylla mortuo Lepidus marianae partis a duersus Catulum Syllanum ducem confulgens: bellum reparauit: bis tunc acie certatum est. Plurimi romanorum extincti: romanorum ciuitas pro eo quod illuc Scipio Lepidi filius confugisset: expugnata: & capta est. Brutus in cisalpinam Galliam fugiens apud Regium interfectus est. Hoc tempore Hierosolymis Alexandra uxor Alexandri regnabat: ex cuius aetate iudaeos rerum confusio & uariae clades oppressere.

**M**EUTROPII UIRI CLARISSIMI DE GESTIS ROMANORUM LIBER SEXTUS. ARCO AEMILIO LEPIDO: QUINTO CATULO CONSULIBUS. Cum Sylla rem publicam composuisset: bella noua exarserunt. Vnum in Hispania: aliud in Paphlagonia & Sicilia: Tertium in Macedonia: Quartum in Dalmatia. Na Sertorius qui partium marianarum fuerat timens fortunam eorum: qui in terempti erant: ad bellum commouit Hispanias. Missi sunt contra eum duces Quintus Cecilius: Metellus filius eius: qui Iugurtham regem uicit & Lucius Domitius praetor. A Sertorii ducē Herculeo Domitius occisus est: Metellus uario successu contra Sertorium dimicauit. Postea cum impar pugnae solus Metellus putaretur: Cneus Pompeius ad Hispanias missus est: ita duobus ducibus a duersus Sertorium fortuna uaria saepe pugnauit. Octauo decimo anno per suos occisus est: & finis ei bello datus est: per Cneum Pompeium adolescentem: & Quintum Metellum Pium: atq; omnes prope Hispaniae in ditionem populi romani redactae sunt. Ad Macedoniam missus est Appius Claudius. Post consulatum leuia praelia habuit: contra uarias gentes quae Verodopam prouinciam incolebant: atq; ibi morbo mortuus est. Missus ei successor. Cn. Scribonius Curio intra triennium finem bello dedit. Ad Ciliciam & Pamphiliam missus est post Seruilius ex consularibus uir strenuus. Is Ciliciam subegit. Liciae urbes clarissimas oppugnauit: & cepit. In his Faselidam: Olympum: Coracum Ciliciae regem. Is faurosque aggressus ad deditioem redegit: atq; intra triennium bello finem dedit. Primus omnium romanorum in Isauriam iter fecit. Is reuertens triumphum accepit: & nomen Isaurici meruit. Ac in Illyricum missus est Cneo Cosconio proconsole. Is multam etiam partem Dalmatiae subegit. Salona cepit: & coepo bello Romam post biennium rediit. His dem temporibus consul Marcus Aemilius Lepidus Catulo collega ciuile bellum uoluit commouere. Intra tamen unam aetatem motus eius oppressus est. Ita uno tempore multi simul triumphati fuerunt. Metelli ex Hispania. Pompeii secundus ex hispania: Curionis ex Macedonia. Seruili ex Isauria. Ca. ii.

**A**NNO URBS CONDITA SEXCENTESIMO SEPTUAGESIMO SEXTO. L. LICINIO LUCULLO: & M. AURELIO CORTA CONSULIBUS MORTUUS E NICOMEDES REX BITHYNIAE: & PRETAMENIU. POPULU ROMAE HERED ECECIT. MITHRIDATES PACE RUPTA BITHYNIA & ASIA RURSUS UOLUIT IUADERE. ADUERFUSEU AMBO CONSULES MISSI NO UNAM HUIERE FORTUNA. CORTA APD CALCEDONE UICTUS AB EO ACIE: ET INTRA OPPIDU COACTUS E & OBSESSUS. SED CU SE INDE MITHRIDATES CYZICU TRASTULISSET: UT CYZICO CA

Conf  
M. Aemylii Lepidus  
Q. Catulus  
Sertorius  
Q. Cecilius metellus  
L. Domitius  
Herculeus  
Pompeius  
Q. Metellus prius  
Appius claudius  
Cn. Scribonius curio  
Salona  
Seruilius  
Coracum  
Cn. Cosconius  
M. Aemylius Lepidus  
Catulus  
L. Licinius Lucullus  
M. Aurelius Cotta  
Nicomedes

pto tota Asia inuaderet: Lucullusei alter consul occurrit. Ac dum mithridates in obsidione cyzici comoraretur: ipse eum a tergo obsedit: fameq; consumpsit: & multis plius uicit. Postremo Byzantium: q nunc Constantinopolis est: fugauit: nauali quoq; plio duces eius Lucullus opprefsit. Ita una hyeme & aestate a Lucullo ad centum fere milia hoium regis extincta sunt. Anno urbis Romae. dc. lxxviii. Macedoniam puinciam. M. Licinius Lucullus accepit: cofobrinus eius qui contra Mithridatem bellu gerebat. Et in Italia nouum bellu subito comotum est. Septuaginta. n. & quattuor gladiatores ducibus Parca: Orixo & Oenamao effracto Capuae Iudo fugerunt. Vesubium monte occupauerunt. Vnde erumpentes Clodius pconis: qui eos obsidione cinxerat: castra expugnauerunt: ipsoq; in fugam acto cuncta in pdam auerterunt. Inde per Cosentiam & Metapontu circumducti: ingetia breui agmina collegerunt. Itaq; cum caedibus: incendiis: rapinis: stuprisq; omnia miscerentur: multaq; se matronae ob dolore pudoris uiolati neca fessent: pene non leuius bellum mox q Hannibal mouerunt. Nam multis ducibus: & duobus simul Romanog; consulibus uictis. lx. fere milium armatorog; exercitum cogregauerunt. Vicitq; sunt in Apulia a. M. Licio Crasso proconsole: & post multas calamitates Italiae tertio anno bello huic finis impositus est.

**S**EXCENTESIMO OCTOGESIMO PRIMO ANNO URBS CONDITA. P. CORNELIO TANTUM DUO GRAUIA BELLA IMPRO ROMANO ERANT: MITHRIDATICUM & MACEDONICU. HAC DUO LUCULLI AGEbant. LUCIUS LUCULLUS & MARCUS LUCULLUS. LUCIUS ERGO LUCULLUS POST PUGNA CYZICENAM: qua uicerat Mithridatem: & naualem: qua duces eius opprefserat: persecutus est eum: & recepta Paphlagonia atq; Bithynia et regnu eius iua sit. Sinope & Misone ciuitates Ponti nobilissimas cepit. Secundo bello apd Gaueran ciuitate: quo ingentes copias ex omni regno adduxerat. Mithridates cum. xxx. milibus terrissima regis: a quinque romanoru militibus uastata essent. Mithridates fugatus: & castra eius direpta: Armenia quoq; minor: quam tenuerat: eidem sublata est. Susceptus tñ est Mithridates post fugam a Tigraue Armeniae rege: q tum ingeti gloria impabat. Persas saepe uicerat. Mesopotamiam occupauerat & Syriam Phoenicis prem. Ergo Lucullus repetens hoste fugatum: et regnum Tigranis: q armenis impabat ingressus est Tigranocertam ciuitate Arziane nobilissimam regni armeni accepit: ipsum regem cu sexcentis milibus libanariis: & centu milibus sagittariog; & armatoru ueniente decem octo militu hnsita uicit: ut magnam prem armenog; deleuerit. Inde Nisibi profectus: eam quoq; ciuitate cum regis fratre cepit. Sed hi quos in Ponto Lucullus reliquerat cum exercitus pre: ut regiones uictas et romanog; tuerentur: negligenter se & auare agentes: occasione irerum Mithridati in Pontum irrumpendi dederunt: atq; ita bellu renouatum est. Lucullo paranti: capta Nisibi contra persas expeditionem successor est missus. Alter autem Lucullus: qui Macedoniam administrabat: Bessis primus Romanorum itulit bellum: atq; eos ingenti plio in Hemo monte supauit: oppidu Viscudania: qd bessis habitabant: eodem die quo aggressus est uicit. Cabule cepit: & usq; ad Danubium penetrauit. Expugnauit etiam gentes: quae rhodopeis montibus circumfusa sunt. Inter caetera dictu audituq; horrida quaedam in captiuos agebant. Ruptis cum poculo opus esset humanorum capitem ossibus cruentis capillatq; adhuc ac per interiores caernas male effuso cerebro oblitis: auide ac sine horrore: tanq; ueris poculis utebantur. Inde multas supra Pontum positas ciuitates aggressus est. Illic Apolloniam uertit: Galatiam: Parthenopolim: Thomos: Histrum: Burzia omnem cepit: belloq; confecto Romam rediit. Ambo tñ triumphauerunt. Lucullus qui contra Mithridatem pugnaerat: maiori gloria cum tantog; regnog; uictor rediisset. Ca. iiii.

**C**ONFECTO BELLO MACEDONICO: MANENTE MITHRIDATICO: QUOD RECEDENTE LUCULLO REX COLLECTIS AUXILIIS REPARAUERAT: BELLUM CRETICUM ORTUM EST. AD ID MISSUS CECILIUS METELLUS INGENTIBUS PRAELIIS INTRA TRIENNIUM OMNEM PROUINCIAM CEPIT: APPELLATUSQUE EST CRETICUS: ATQ; EX INSULA TRIUMPHAUIT. QUO TEMPORE LIBYA QUOQUE ROMANO IMPERIO PER TESTAMENTUM APPIONIS: QUI REX EIUS FUERAT ACCESSIT: IN qua inclytas urbes erant Vernice: Ptolemais & Cyrene. Dum haec aguntur: pyratae omnia mari infestabant: ita ut Romanis toto orbe uictoribus: sola nauigatio tuta non esset. Quare id bellum Cneo Pompeio decretum est: quod intra paucos menses ingenti felicitate & celeritate confecit: mox ei delatum bellum etiam contra regem Mithridatem in Armenia minore nocturno praelio uicit: castra diripuit: quadraginta mille eius occidit: uiginti tantum de exercitu suo perdidit: & duos centuriones Mithridates cum uxore fugit & duobus comitibus. Neque multo post cum in suos saeuiret: & complures amicos suos necnon Exipodiam: Magaraeque filios suos trucidasset: Pharnaces alter filius eius exemplo fratrum territus: exercitum patris ad persequendum se missum conciliauit: & mox aduersum patrem duxit. Mithridates diu ex altissimo muro filium frustra pcatu: ubi inexorabile uidit: ita fertur exclamasse. Quonia inqt Pharnaces mori iubet: uos si estis dii patris: pcor ut qua docunq; hanc uoce ipe

Lucullus  
M. Licinius Lucullus  
Parca  
Orixus  
Oenamao  
Clodius  
M. Licinius Crassus  
Ca. iiii.  
P. Cornelius  
L. Lucullus  
M. Lucullus  
Sinope  
Misos  
Gaueran  
Tigranis  
Tigranocerta V.  
Clibanari milites  
Vscudania  
Cabule  
Apollonia  
Gallatia  
Parthenopolis  
Tomi  
Istria  
Burzia  
Dexomice  
Ptolemais  
Cyrene  
Exipodiam  
Magara  
Pharnaces

audiat a liberis suis. Statim descendens ad uxores: pellices ac filias suas uenenu oibus dedit. Quod cum ipse nouissimus oium haussisset: nec tñ ppter remedia qbus se pmunierat: uene no cõfici posset: Gallum quendã uitigis militẽ inuitauit: eiq; iugulũ pbuit. Hũc finem hũit Mithridates: periit aut apd' Bosphorũ uir ingẽtis industria & consilii: q regnauit annis quadraginta: uixit quinquaginta duos: contra Romanos bellum habuit annis quadraginta. Tigrani deinde Põpeius bellũ intulit: ille se eidẽ dedit: & in castra Põpeii. xvi. miliario ab Araxata uenit: ac dia dema suũ cum p̄cubisset ad genua Põpeii i manibus suis collocauit: qd' ei Põpeius reposuit: honorificeq; eum hitum regni tñ p̄re multauit: & grandis pecunia adẽpta est ei Suri: Phenice: Sophene. Septẽ. m. p̄reera talentorũ auri & argenti. cccc. m. qua populo ro. daret: quia bellũ sine cã Romanis comouisset. Pompeius et mox Albanis bellũ intulit & eorũ regem Herodẽ scilicet prudẽter uicit. Postremo p̄ epulas ac munera rogatus ueniã ei ac pacem dedit. Hiberiã quoq; regem artacem uicit acie: & in ditionẽ accepit. Armeniam minorẽ Deiotaro Galatiã regi donauit: qã socius belli mithridatici fuerat. Attalo & Polemoni Paphlagoniã reddidit. Aristarchũ colchis regem iposuit. Mox iturãos & arabes uicit. Et cum uenisset in Syriam: Seleunam uicinam Anthiochia ciuitatẽ: libertate donauit: quod regem Tigranem non recepisset. Anthiocensibus obsidẽm reddidit: aliquantum agrorũ Damascensibus dedit: quo locus sibi spatiosior fieret: delectatus amoenitate loci & aquarũ abundantia. Inde ad Iudãeam transgressus est. Hierosolimam caput gentis obsedit: non solum natura loci: uerum etiam ingenti muro: fossaq; maxime munitam. Cum alias aliis legioẽs: diu noctuq; succedere sine reque cogeret: uix tertio mense expugnauit. xiii. m. iudæorum occisis: ceteris in fidẽm acceptis: muros ciuitatis euerit: aquarũq; solo imperauit: cuius circuitus quattuor milium passuum dicitur fuisse. Cumq; aliquantos principes iudæorum securi percussisset: Hircanum sacerdotio restituit. Aristobolum captiuum Romam duxit. Hoc bellũ orientis cum. xxii. regibus se gessisse ipse Pompeius narrauit. His gestis in Asiam se recepit: & finem antiquissimo bello dedit. Marco Tullio Cicerone oratore: & Cneo Antonio consuli. Anno seq̄ cetero urbis conditã. lxxxix. L. Sergius Catilina nobilissimĩ gnũs uir: sed ingenii prauissimi ad delẽdam patriam coniuuauit cum quibusdam claris quidem: sed audacibus uiris a Cicerone urbe expulsus est. Socii eius deprehensi in carcere strangulati sunt. Ab Antonio altero consule Catilina ipse uictus plio est: & interfectus. dc. xc. anno urbis conditã. D. Iunio Syllano: & L. Murena cõsulis Metellus de Creta triumphauit. Põpeius de bello pyrrico & mithridatico: nulla unq̄ p̄pa triumpho similis fuit. Ducti sunt an̄ eius curã filii Mithridatis: filii Tigranis: & Aristobolus rex iudæorũ. Per lara ingẽs pecunia: aug. atq; argentũ infinitum. Hoc penultimum per orbem terrarũ graue bellum erat.

Mithridatis mors  
Bosphorus  
Vitiges  
Põpei)  
Herodes  
Deiotarus  
Galatiã rex  
Artaces  
Deiotarus  
Attalus  
Polemo  
Aristarchus  
Hircan)  
Aristobolus  
M. Tullius  
Cn. Antonius  
L. Sergius  
Catilina  
Iunius Syllanus  
L. Murena  
C. Julius  
Cesar  
L. Bibulus  
Aristobolus  
Titurius  
Albinus  
**I**gitur cū circunquaq; Longobardog; uictoriæ p̄sonarēt: Narfes calcularius impialis: q̄ tunc perat Italiā bellum aduersus Totilā gothoꝝ rege p̄parans: cum iam pridem Longobardos fœderatos hēret: legatos ad Alboin dirigit: q̄tenus ei pugnaturo cum gothis auxiliū ministraret. Tunc Alboin electā e suis manum direxit: q̄ ro manis aduersus gothos etas suffragiū ferrent: q̄ per maris adriatici sinū in Italiā transtuecti sociati romanis pugnā inierunt cū gothis. Quibus usq; ad internitionē delētis: pariter cum suo Totila rege onerati multismuneribus uictores ad p̄pria remearunt: omniq; t̄pe quo Longobardi Pannoniā possederunt: Romanæ reip. aduersus amulos adiutores fuerūt. His temporibus Narfes et Bucellino duci bellū intulit: quē Thēdepartus rex francog; cū in Italiā introisset: reuersus ad Gallias cū Anungolio duce ad subiiciendā Italiā reliqrat. Tunc quoq; apud Cōstātinopolim Priscianus Cælaricis grāmaticæ artis: ut ita dixerim p̄funda rimatus ē Qui Bucellinus cū pene totā Italiā direptionibus uastaret: & Thēdepto suo regi de p̄da Italiæ mūnera copiosa cōferret: & cū in Cāpania hyemare disponderet: tandē in loco cui Tanecū nomē est: graui bello a Narfete supatus extinctus ē. Aminghus uero dū Auidin gothorū cōmiti cōtra Narfete rebellatū auxiliū ferre conatus fuisset: utriq; a Narfete supati sunt: Auidi captus Cōstātinopolim exiit. Aminghus uero q̄ ei auxiliū p̄buerat: Narfeti gladio p̄micitur. Tertius uero frācoꝝ dux noie Leutharius bucellini germanus: dū multa p̄da onustus ad p̄riam cupet reuerti: inter Veronā & tridentū: iuxta lacum benacū p̄pria morte defunctus est. Habuit nihilominus Narfes certamē aduersus Sindual brentog; regē: q̄ adhuc de herulorum stirpe remāserat: quos secū in Italiā ueniens solūmodo Odouacer adduxerat. Huic Narfes fideliter sibi primū adharēt: multa b̄nficia cōtulit. Sed nouissime supbe rebellantem & regnare cupientē: bello supatum & captū celsa de trabe suspendit. Eo quoq; t̄pe Narfes patritius p̄ Agisthen maḡm militū: uirq; bellicosū & fortē: uniuersos Italiæ fines obtinuit. Hic Narfes qd̄ primus chartularius fuit: deinde p̄pter uirtutē meritopatriciatu honorē meruit. Erat aut uir piissimus: in religione catholicus: in paupes munificus: in recuperandis

Totila occisus

Bellisarius Gelimerus

Attila Iohannes

Leges a iustimano compisse Codex iustimani Pandectę siue digesto x librorū

Cassiodorus Hagie sophie templu

Dionysius alba Arator

Benedictus sublacus

Narfes calculari

Totila Albois Gothogetz

Narfes

Bucellinus

Thēdepartus

Amingolius Priscianus grāmaticus

Aminghus Tanecū

Auidin

Leutharius

Sindual

Odouacer

Agisthes Chartulari

basilicis studiosus satis: uigiliis & orationibus in tñ studens: ut plus supplicationibus ad eum p-  
fufis: q̄ armis bellicis uictoriã obtineret. Inter hæc Iustiniãno principe uita decedente: Iusti-  
nianus minor temp. ap̄ Constantinopolim regendã suscepit. His quoq; p̄tribus Narfes pa-  
trius: cuius ad oia studium uigilabat: Vitalem ep̄m Altinã ciuitatis: qui añ annos pluri-  
mos ad francoꝝ regem cõfugerat: hoc est ad Agothiensem ciuitatẽ tãdem apprehẽsum ap̄  
Siciliã exilio dãnauit. Igitur deleta uel sup̄ata Narfes omni gothoꝝ gente: & his quoq; de  
quibus diximus: pari mō deuictis: dum multum auri & argenti seu ceterarũ rerum diuiti-  
as acquisisset: magnã ab his p̄bus q̄ multa contra hostes eoꝝ laborauerat inuidiã pertulit: &  
contra eum Iustino Augusto & eius coniugi Sophiã in hæc uerba suggesterũt dicentes. Quia  
expedierat romanos gothis potius seruire: q̄ grãcis: ubi Narfes eunuchus imperat & nos  
uicio opprimat: & hoc noster piissimus princeps ignorat. Aut libera nos de manu eius: aut cer-  
te & ciuitatẽ Romanã & nos metip̄os gentibus tradimus. Cũq; hæc Narfes audisset: hæc bre-  
uiter rettulit uerba. Si male feci cum romanis: male inueniã. Tunc Augustus in tñ aduersus  
Narfesem cõmotus est: ut statim in Italiã Longinũ p̄fectum mitteret: q̄ Narfes locũ obtine-  
ret. Narfes uero his cognitis ualde p̄muit: & in tñ maxime a Sophia Augusta territus est: ut  
regredi ultra Constantinopolim nõ auderet. Cui illa inter cetera: q̄ eunuchus erat hoc fer-  
tur mandasse: ut cum puellis in Genetio lanã faceret pensans diuidere. Ad quã uerba Nar-  
fes dicitur hæc responsa dedisse. Talem se telam orditurum: qualem ipsa dum uiueret: de-  
ponere non posset. Itaq; odio metũq; exagitatus in Neapolim Campaniã ciuitatem secedens  
legatos mox ad Longobardos gẽtem dirigit: ut paupera Pãnoniũ rura defererent: & ad Ita-  
liã cunctis repletis diuitiis possidendã uenirent. Simulq; multimoda p̄mog; genera: aliarũ  
que rerum species: quã Italia ferax est mittit: quatenus eoꝝ ad ueniendũ aios possit allice-  
re. Longobardi læta nuncia: & quã ipsi p̄cipitabant: gratanter suscipiunt. Deniq; futuris com-  
modis aios atollunt: continuo ap̄ Italiã terribilia noctu signa uisa sunt: hoc est igneã aci-  
es in cælo apparuerunt: eos qui postea effusus est sanguine cõfruscantes. Narfes uero de Cam-  
pania Romam regressus: ibidem non post multum tempus ex hac luce subtractus est. Cu-  
ius corpus positum in loello plumbeo cum omnibus eiusdem diuitiis Cõstantinopolim est  
perlatum. Per hæc tempora apud Cõstantinopolim ut supra p̄missum est: Iustiniãnus  
minor regnabat: uir in omni auaritia deditus: contemptor pauperum: senatorum spoliator  
Cui tanta fuit cupiditatis rabies: ut archas iuberet ferreas fieri: in quibus ea quã rapiebat au-  
ri talenta congregaret. Quem etiam ferunt in hæresim pelagianã delapsum. Hic cum a di-  
uinis aurem cordis auerteret: iusto dei iudicio amisso rationis intellectu: amense effectus est:  
Hic & Tiberium Cæsarem adsciuit: qui ei palatium uel singulas prouincias gubernaret: ho-  
minẽ iustum: uilem: strenuum: sapientẽ: elemosynarium: in iudiciis æquum: in uictoriis  
clare: & q̄ his oibus supereminet uerissimũ christianũ. Hic cum multa de thesauris: quos  
Iustiniãnus aggregauerat: paupibus erogaret. Sophia Augusta frequentius increpabat eum:  
quod temp. redegisset in paupertatem: dicens. Quod ego multis annis congregaui: tu intra  
paucum tempus pdige dispergis. Aiebat autem ille. Confido in domino: quia non deerit  
penuria filio nostro: tantum ut pauperes elemosynam accipiant: aut captiui redimantur: hoc  
magnus thesaurus: dicẽte domino. Thesaurizate uobis thesauros in cælo: nbi neq; erugo: ne  
que tinea corrumpit: & ubi fures non effodiunt nec furantur. Ergo de his quã dñs tribuit cõ-  
gregemus thesauros in cælo: & dominus nobis augere dignabitur in sæculo. Cor. n. in quo sa-  
pientiã & scientiã intellectus habitat: thesaurum uerum & summũ semper possidet. Ex ue-  
ro autem sapientiã & scientiã intellectu caritas nascitur: quã cõmunicata quanto pluribus  
fuerit: tanto crescit fortius: At ubi caritas creuerit: quomō ex deo: qui caritas est: materiale  
communicatiuum deerit? Cap. iiii.

Agothienses ciuitas

Iustinianus minor

Vitales

Iustinus augustus

Sophia

Longinus

Cyngetiu

Longobardi sollicita ti a narfete italiam ingrediuntur

Prodigia

Tiberius cesar

Longobardi omnia uastant

Benedictus papa

Tiberius cõstantinus

Igitur cum Iustiniãnus. xi. annis regnasset: amentiam quam incurerat tandem cũ  
uita finiuit. Bella sane quã per Narfesem patritium gothis uel frãcis illata superi-  
us per anticipationem diximus: huius temporibus gesta sunt. Deniq; & qui Romã  
temporibus Benedicti papã uastantibus omnia per circuitum Longobardis famis  
penuria laboraret: multa frumẽtia milia nauibus ab Aegypto dirigens: eam sub studio miseri-  
cordiã releuauit. Mortuo igitur Iustiniãno: Tiberius Constantinus Romanorum regũ quin-  
quagesimus sumpsit imperium. Hic cum ut superius diximus Iustiniãno adhuc Cæsare pa-  
latium regeret: & multas quoti die elemosynas faceret: magnam ei dominus copiã submini-  
strauit. Nam deambulans per palatium uidit in pauimento domus tabulam marmoreã:  
in qua erat crux dominica sculpra: & ait. Crucem domini qua frontem nostrã & pectora mu-  
nire debemus: eam sub pedibus conculcamus: & dicto citius iussit eandem tabulam auferri  
de fossa. Qua leuata atq; erecta inueniunt subter & aliam hoc signum hñtem: qui & ipam ius-  
sit auferri. Quam nota reppererunt & tertiam: iussuq; eius cũ hæc fuisset ablata: inueniunt

magnum thesaurum habentem supra mille auri centenaria. Sublatumq; aurum paupibus  
adhuc abundantius q̄ consuetus fuerat largitur. Narfes quoq; patritius Italiã cum in quadã  
ciuitate intra Italiã domum magnam haberet: ad supra memoratam urbẽ aduenit: ibiq;  
in domũ suã occulte cisternã magnã fodit: in qua multa milia centenariorũ auri atq; argenti  
repositus: interfectusq; oibus confocis: uni tñ modo hoc p̄iuramentũ ab eo exigens commẽ-  
dauit. Defuncto uero Narfete: supradictus senex ad Cæsarem Tiberiũ ueniens dixit. Si mi-  
hi aliquid prodest inquit: magnam rem Cæsar dicam. Cui ille. Dic ait: quid uis: p̄derit. n-  
tibi: si quod nobis profuturum esse narraueris. Thesaurum inquit Narfes reconditum ha-  
beo: quod in extremo uitã positus celare non possum. Tunc Cæsar Tiberius gauisus mittit  
usq; ad locum pueros suos. P̄cedente uero sene hi sequuntur attentis: peruenienteq; ad ci-  
sternã: deopertãq; ingrediuntur: In qua tñ auri uel argenti reperitũ est: ut per multos dies  
uix a deportantibus potuisset euacuari. Quã ille pene oia secundum morẽ suum erogatio-  
ne largiflua dispensauit egenis. Hic cum augustalem coronã accepturus esset: eumq; secun-  
dum consuetudinẽ ad spectaculũ cum populis expectaret: insidias ei p̄parauit Sophia Augu-  
sta: ut Iustiniãnum Iustini nepotem ad dignitatem imperatoriam sublimaret. Itẽ per loca sa-  
cta prius procedens: deinde uocato ad se pontifice urbis cum consulibus ac p̄fectis palatiũ in-  
gressus indutus purpura: diademate coronatus: throno imperiali impositus: cum immensis  
laudibus in regni gloria est confirmatus: quod eius aduersarii audientes: nihilq; ei qui in do-  
minopem suam posuerat officere ualentes: magno sunt confusionis pudore cooperiti. Trã-  
actis autem paucis diebus Iustiniãnus pedibus se proiecit imperatoris ob meritũ gratiã .xy.  
ei auri centenaria deferens: quem ille secundum patientiã suã meritum colligens sibi in pa-  
latio assistere iussit. Sophia uero Augusta immemor promissionis quam quondam in Tibe-  
rium habuerat: insidias ei temptauit ingerere. P̄cedente autem eo ad uillam: ut iuxta ritũ  
imperiale. xxx. diebus ad uindemiam iocundaretur. Vocato clãm Iustiniãno: uoluit eum  
sublimare in regno: quo comperito Tiberius cursu ueloci Constantinopolim regressus: ap-  
prehensamque Augustam omnibus thesauris expoliari: solum ei uictum quotidianum in  
alimento relinquens. Segregatq; pueris eius ab ea: alios fidelibus suis posuit: qui ei pare-  
rent. Mandans prorsus ut nullus de anterioribus ad eam haberet accessum. Iustiniãnum ue-  
ro uerbis solummodo obligatum: tanto in posterum amore dilexit: ut filio eius filiam suã  
promitteret: rursumq; filio filiam suã expeteret. Sed hæc res minime quam ob causam ne-  
scio ad effectum peruenit. Huius exercitus ab eo directus per fas potentissime debellauit: ui-  
ctorque regrediens tantam molem prædã cum uiginti pariter elephantis detulit: ut huma-  
nã crederetur posse sufficere cupiditati. Ca. iiii.

Tiberius igitur Constantinus postquam imperium septem rexerat annis: sentiens si-  
bi diem mortis imminere: una cum consilio Sophiã Augustã Mauritium genere  
cappadocem uirum strenuum ad imperium elegit: ornataque suã filiam res-  
galibus ornamentis eam tradidit ei dicens. Sit tibi imperium meum cum hac puel-  
la concessum: utere eo felix: memor semper ut æquitate & iusticia delecteris. Hæc postquã  
dixit de hac luce ad eternam patriam migravit. Magnum luctum populis de sua morte reli-  
quens. Fuit enim summã bonitatis: in elemosynis promptus: in iudicio iustus: in uindicando  
cautissimus: nullum despiciens: sed omnes in bona uoluntate complectens: omnes diligens:  
ipse quoq; est dilectus a cunctis. Quo defuncto Mauritius indutus purpura: redimitus dia-  
demate: ad curiã p̄cessit: acclamatisq; sibi laudibus: largita populo munera: primus ex grã-  
corum gñe in impio confirmatus est. Hoc tpe Mauritius impator Chlidopto francoꝝ regi  
l. milia solidos p̄ legatos suos direxit: ut cum exercitu sup longobardos irrueret: eosq; de Ita-  
lia extermiaret: qui cum innumera francoꝝ multitudine in Italiã subito introiuit. Longo-  
barði uero in ciuitatibus se cõmuniẽtes intercurrẽtib; legatis: oblatiisq; muneribus pacem  
cum Chlidopto fecerunt. Qui cũ ad Gallias remeasset: cognito impator Mauritius: quia  
cum Longobardis foedus inierat: qd̄ ei ob detrimentũ longobardos dederat: repetere cepit.  
Sed ille itaq; uirtũ fretus potentia p̄ hac re nec rñsum reddẽ uoluit. His ita gestis Autheri  
rex Brixillũ ciuitatẽ sup Padi marginẽ positã expugnare aggressus est: in q̄ Dociruph dux a  
Longobardis confugerat: seq; partibus impatoris tradẽs: sociatus militibus Longobardorum  
exercitui fortiter resistebat. Iste ex sueuorũ: hoc est alamanorũ gẽte oriundus inter Longobar-  
dos creuerat: & quã erat forma idoneus: ducatus honorẽ meruerat. Sed occasione ulciscendã  
suã captiuitatis repit: cõtra Longobardos ilico arma surrexit. Aduersus quẽ Longobardi gra-  
ua bella gesserũt. Tandẽq; eum cũ militibus quos uuabat exupantes Raucennã cedere cõpu-  
lerunt. Brixillus capta est: muriq; eius usq; ad solũ destrudi sunt. Post hæc Autheri rex cum  
Smaragdo patritio: q̄ tunc Raucennã perat usq; in annum tertiu pacem fecit. Deniq; per Bene-  
dictũ papam Pelagius Romanã ecclesiã p̄t̄ifex absq; iussione principis ordinatus est: eo

Augustalis corõ Sophia na imperatoris

Mauritius impator

Chlidoptus Mauritius p̄m ex grãco gen re impator factus

Autheri Dociruph Brixilly Sueui Alamani

Smaragdo Pelagius Brixillus

Hehas  
Gregori)

Diluuu' q' post noe  
no' fuit  
Athehis fl.

Inguinaria pestilentia  
ab inguinibus dicta  
que precipue infesta  
tur  
Septiformis  
letania

Augustinus  
Melitus  
Ioannes  
Smaragdus  
Ioannes  
Vigili)  
Pelagius  
Seuerus  
Vindemio  
Antonius  
Seuerus

Synodus in  
maximi  
ano

Summ' &  
Auarres

quod Longobardi Romam per circuitum obsiderent: ne posset quisquam a Roma progre-  
di. Hic Pelagius Heliae aquilegensi episcopo nolenti tria capitula Calcedonensi synodo su-  
scipere epistolam satis utilem misit. Quam beatus Gregorius cum esset adhuc diaconus co-  
scripsit. Rursum Mauricius Augustus legatos ad Childepertum mittens: eum ut contra Lo-  
gobardos exercitum in Italiam dirigeret persuasit. Childepertus existimans suam adhuc ger-  
manam apud Constantinopolim uiuere: legatis Mauricii acquiescens: ut suam possit forore  
accipere: iterum aduersus Longobardos francorum exercitum ad Italiam direxit: contra quos  
dum Longobardorum acies properarent. Franci & Alamani inter se dissensionem habentes  
sine ullius coquisitione ad patriam sunt reuersi. Eo tempore fuit diluuium in finibus Vene-  
tiarum & Liguria: seu ceteris regionibus Italiae: quale post Noe tempora creditur non fuisse.  
Factae sunt lacunae possessiones seu uillae hominumque pariter & animatum magnus in-  
reritus. Destructa sunt itinera: dissipatae uiae. Tantum tunc Athesis fluiuius excreuit: ut circa  
basilicam sancti Zenonis martyris: quae extra Veronensis urbis muros sita est usque ad sup-  
iores fenestras aquae pertingerent. Licet sicut beatus Gregorius postea papa scripsit: in eadem  
basilicam aqua minime introiuit. Urbis quoque eiusdem Veronensis muri ex parte aliqua:  
eadem sunt inundatione subrupti. Facta est autem haec inundatio sextodecimo kalendas no-  
uembri. Sed & tanta corruscationes & tonitrua fuerunt: quanta fieri uix aestiuo tempore so-  
lent. Post duos quoque menses eadem urbs ueronensis magna ex parte incendio concrema-  
ta est: In hac diluuii effusione intantum apud urbem Romam fluiuius Tiberius excreuit: ut  
aquae eius super muros urbis influerent: & maximas in ea regiones occuparent. Tunc per al-  
ueum eiusdem fluminis cum multa serpentum multitudine draco etiam magnae miraeque  
magnitudinis per urbem transiens: usque ad mare descendit. Subsecuta est statim hanc inun-  
dationem grauissima pestilentia: quam inguinariam appellant: quae tanta populum stragi  
destinavit: ut de inextimabili multitudine uix pauci remanerent. Primumque Pelagium pa-  
pam uirum uenerabilem perculit: & sine mora extinxit. Deinde pastore interempto sepe  
populum extedit. In hac tanta tribulatione beatissimus Gregorius: qui tunc leuita erat: a cu-  
ris generaliter papa electus est: qui dum septiformem letaniam fieri ordinasset: unius pra-  
spatio dum hi deum precaretur: octuaginta ex eis subito ad terram corruentes spiritum exha-  
larunt. Septiformis autem letania dicta est: quia omnis urbis populosa beato Gregorio in se-  
prem partibus deprecaturus dominum est diuisus. In primo namq; choro fuit omnis clerus:  
in secundo omnes abbates cum monachis suis: in tertio omnes abbatis sae cum congregatio-  
nibus suis: in quarto omnes infantes: in quinto omnes laici: in sexto uniuersae uidae: in se-  
ptimo omnes mulieres coniugatae. Ideo autem de beato Gregorio plura dicere omittimus:  
quia iam ante aliquot annos eius uitam deo auxiliante teximus: in qua ea quae dicenda erant  
iuxta tenuitatis nostrae uires uniuersa descripsimus. Hoc tempore idem beatus Gregorius Au-  
gustinum & Melitum & Ioannem cum aliis pluribus monachis timentibus deum in Britanniam mi-  
sit: eorumque praedicatione ad Christum Anglos conuertunt. His diebus defuncto Helia aq-  
legensi patriarcha: postquam quindecim annis se sacerdotem gesserat: Seuerus huic succe-  
dens regendam suscepit ecclesiam: quem Smaragdus patritius ueniens de Rauenna in gradus  
per semetipsum basilicam trahens Rauennam eum in curiam duxit: cum alijs tribus ex Histria  
episcopis: id est Ioanne parentino & Seuero atq; Vindemio: necnon esset Antonio iam sene ec-  
clesiae defensore: quibus comminans exilia atq; uiolentiam inferens communicare compulit:  
Ioanne Rauennati episcopo trium capitulorum damnatori: quia tempore papae Vigili uel  
Pelagii Romanae ecclesiae desuerant societate. Exempto uero anno e Rauenna ad gradus  
reuersi sunt: quibus nec plebs communicare uoluit: nec ceteri episcopi eos receperunt. Sma-  
ragdus patritius a daemone non iuste correptus successorem Romanorum patritius acci-  
piens Constantinopolim remeauit. Post haec facta synodus decem episcoporum in Marti-  
niano congregatur: Vbi receperunt Seuerum patriarcham Aquilegensem dantem libel-  
lum erroris sui: quia trium capitulorum damnatoribus communicarat Rauennae. Nomina  
vero episcoporum: qui se ab hoc scismate continerunt haec sunt: Petrus de Altino clarissi-  
mus: Inge munus de Sabione: Angelus Tridentinus: Iunior Veronensis: Horontius Vicenti-  
nus: Ruiticus de Trauigo: Fonteus feltrinus: Agellus de Altino: Laurentius belunensis: Ma-  
tentius sulensis: & Adrianus polentis. Cum patriarcha autem communicauerunt isti epi-  
scopi: Seuerus Parentinus: Ioannes patritius: Vindemius & Ioannes.

Caput quintum.

**I**gitur Mauricius Augustus postquam unum & uiginti annis rexit imperium cum  
filiis Theodosio & Tiberio Constantinoque a Focacis: qui fuit strator patris pa-  
tricii occiditur. Fuit aut utilis rei publicae: nam saepe contra hostes dimicans:  
uictoriam obtinuit. Hunni quoque qui & Auarres appellantur: eius uirtute

deuicti sunt: His diebus defuncto Seuero patriarcha: ordinatur loco eius Iohannes abbas  
patriarcha in Aquilegia uetere: cum consensu regis: etiam Giulius ducis. In gradus quo-  
que ordinatus est a Romanis Candidianus antistes. Rursum mense nouembri: & decem-  
bri stella cometes apparuit. Candidiano uero defuncto apud gradus ordinatur patriar-  
cha Epiphanius: qui primicerius notariorum ab episcopis qui erant sub romanis: & ex illo te-  
pore coeperunt esse duo patriarchae. Focacis igitur ut praemisum est extincto Mauritio eiusq;  
filiis romanorum regnum inuadit. Per octo annorum curricula principatus est. Hic rogante  
papa Bonifacio statuit sedem romanae ecclesiae: ut caput eorum omnium ecclesiarum: quia eccle-  
sia constantinopolitana: primum se omnium ecclesiarum scribebat. Idem alio papa Bonifa-  
cio petente iussit in ueteri fano quod pantheon uocabatur: ablatis idolatriae foribus: eccle-  
siam beatae semper uirginis Mariae & omnium sanctorum martyrum fieri: ut ubi quondam  
omnium non deorum: sed daemioniorum cultus agebatur: ibi deinceps omnium fieret memo-  
ria sanctorum. Huius tempore parasimi & ueneti per orientem & aegyptum ciuile bellum fa-  
ciunt: ac sese mutua caede prosternunt. Persae quoque aduersus rempublicam grauissima bella  
gerentes multas romanorum prouincias & ipsam Hierosolimam auferunt: & destruentes ec-  
clesias: sancta quoque profanantes: inter ornamenta locorum sanctorum uel communium:  
etiam uexillum dominicae crucis abducunt. Contra hunc Focacem Heradianus: qui Afri-  
cam uexabat: rebellauit: atque cum exercitu ueniens: eum uita regnoque priuauit: remque  
publicam romanam Heradius eiusdem filius regendam suscepit. His diebus defuncto Hera-  
dio Augusto apud Constantinopolim Heradoneus eius filius cum matre Martina regni iura  
suscepit: rexitque imperium duobus annis. Quomodo descendente successit in loco eius Con-  
stantinus germanus eiusdem filius Heradii: imperauitque mensibus sex. Hoc etiam mortuo  
Constantinus eiusdem filius ad regni dignitatem ascendit: tenuitque regnum annis uiginti  
octo.

Ioannes abbas  
Giulius  
Candidianus  
Epiphanius  
Focacis  
Duo patriar-  
che quod ca-  
perunt es-  
Pantheo tem-  
pli diu-  
maris  
Focacis  
Parasimi  
Heradi  
Veneti  
Heradius  
Heradoneus  
Martina  
Constantinus germanus  
Constantinus  
Cesara

**C**irca haec tempora regis persarum coniunx nomine Casara de perfide exiens cum  
paucis suis fidelibus priuato habitu propter christianae fidei amorem Constantino-  
polim uenit. Quae ab imperatore honorifice suscepta post aliquot dies ut desidera-  
bat baptismum consecuta est: & ab Augusto de sacro fonte leuata est. Quod uir eius  
persarum rex audiens: legatos Constantinopolim ad Augustum direxit: quatenus eadem uxore  
sua redderet: qui ab imperatore uenientes: uerba regis persarum nunciant: qui requirebat su-  
am reginam. Imperator hoc audiens: remque omnino ignorans eius responsum reddidit dicens.  
De regina quam quaeritis fatemur nos nihil scire praeter quod ad nos haec aliqua mulier pri-  
uato habitu aduenit. Legati uero responderunt dicentes. Si placet nostro conspectui uolumus  
hanc quam dicitis mulierem uidere: quae cum iussu imperatoris aduenisset: mox ut eam le-  
gati conspiciunt: ad eius uestigia prouoluuntur: eiq; uenerabiliter quia eam uir suus require-  
ret suggerunt. Quibus illa respondit. Ite renunciate regi uestro & domino: quia nisi sicut ego  
iam credidi ita & ipse in christum crediderit me iam ultra consortem tori habere non poterit  
Quid multa? Legati reuersi ad patriam uniuersa quae audierat regi renunciant. Qui nihil  
moratus cum sexaginta milibus uiris Constantinopolim pacifice ad imperatorem uenit: a quo  
gratanter & satis digne susceptus est: qui cum uniuersis christum dominum credens pariter  
cum omnibus sacri baptismatis unda perfusus: & ab Augusto de fonte leuatus catholica fide  
confirmatus est multisq; muneribus ab Augusto honoratus: accepta sua coniuge laetus & gau-  
dens ad suam patriam repedaui.

Caput septimum.

**H**is diebus Constantinus: qui & Constans est appellatus: Italiam a Longobardo  
rum manu eruere cupiens Constantinopolim egressus per littora iter habens: Athe-  
nas uenit. Indeque mare transgressus Tarentum applicuit. Qui tamen prius ad so-  
litarium quendam: qui prophetiae spiritum habere dicebatur abiit: studiose ab eo  
sciscitans utrum gentem Longobardorum quae in Italia habitabat superare & obtinere posset  
a quo cum seruus dei spatium unius noctis expetisset: ut pro hoc ipso dominum supplicaret:  
facto mane ita eidem Augusto respondit. Gens Longobardorum superari modo ab aliquo  
non potest: quia regina praedam ex alia prouincia ueniens: basilicam beati Ioannis baptistae  
in Longobardorum finibus construxit: & propter hoc ipse beatus Ioannes pro Longobar-  
dorum gente continuo intercedit. Veniet autem tempus quando ipsum oraculum habe-  
bitur despectui: & tunc gens ipsa periet. Quod nos ita factum esse probauimus: quia ante  
Longobardorum perditionem eandem beati Iohannis Basilicam: quae utique in loco: qui  
Modieta dicitur est constituta: per uiles personas ordinari conspeximus: ita ut indignis  
personis & adulteris non uita merito: sed praemio datione largiretur. Igitur ut dixi-  
mus cum Constans Augustus Tarentum uenisset: egressus exinde Beneuentanorum fines

Constantinus q &  
Constans dicitur  
Ioannes bap-  
ta longobar-  
dorum pro  
pugnator  
Modieta

Luceria inuasit: omnesq; per quas pene uenerat Longobardorum ciuitates cepit. **Lucerianq;** opulentam Apuliae ciuitatem expugnatam fortius inuadens diruit; & ad solum usque proftrauit. **Agerentiam** sane propter munitissimam loci positionem capere minime potuit. Deinde cum omni suo exercitu Beneuentum circumdedit: & eam uahementer expugnare cepit. Vbi tunc **Romaldus** filius adhuc iuuentulus ducatum tenebat: qui statim ut imperatoris aduentum cognouit: nutrimum suum nomine **Sesualdum**; ad patrem **Grimoaldum** transpadum direxit. Obsecrans eum ut quantocius ueniret: filioq; suo ac beneuentanis; quos ipse nutrierat potenter succurreret. Quod **Grimoaldus** rex audiens: statim cum exercitu filio laturus auxilium Beneuentum pergere cepit. Quem plures ex Longobardis in itinere relinquentes: quia expo-lia sset palatium; etiam non reuersurus repeteret Beneuentum. Exercitus interim **Constantis** Beneuentum diuersis machinis uahementer expugnabat: & contra **Romaldus** cum Longobardis fortiter resistebat. Qui quanuis cum tanta multitudine congregi manu propter paucitatem exercitus non auderet: frequenter tamen cum expeditis iuuenibus hostium castra irrumpens: magnas eis dem inferebat undiq; clades. Cumq; **Grimoaldus** eius pater iam properaret eundem nutrimum eius: de quo praemisimus: ad filium misit: qui ei suum aduentum nunciaret: qui cum prope beneuentum uenisset a graecis captus: imperatori delatus est: qui ab eo unde ueniret requirens: ille se a **Grimoaldo** rege uenire dixit: eundemq; regem citius aduentare nunciavit. Statimq; imperator territus: consilium cum suis inuit: quatenus cum **Romaldo** de pacisceretur: ut Neapolim possit reuertii: acceptaq; obsequio de **Romaldo** forore: cui nomen **Gisafa** fuit: cum eodem pacem fecit. Eius uero nutrimum **Gesualdum**; ad muros duci praecipit: mortem eidem minatus: si aliquid **Romaldo** aut ciuibus de **Grimoaldi** aduentu nunciaret. Sed potius quidem asseueraret: eundem uenire minime posse. Quod ille se facturum ut ei precipiebatur promissit: sed cum prope muros aduenisset: uelle se **Romaldo** uidere dixit: quo cum **Romaldus** citius aduenisset: sic eum allocutus est. **Constantis** esto domine **Romalde**; & habens fiduciam: noli turbari: quia tuus genitor citius tibi praebiturus auxilium aderit. Na scias eum ista nocte iuxta **Saticum** fluuium cum ualido exercitu manere tantum obsecro: uim misericordiam exhibeas cum mea uxore & filiis: quia gens ista perfida me uiuere non sinet. Cumq; hoc dixisset: uisui imperatoris caput eius abscessum: atq; cum belli machina: quam petrarum uocant in urbem proiectum est. Quod caput **Romaldus** sibi iussit deferri: idque iachrymis osculatus: dignoq; in loco tumulari praecipit. Metuens subito **Grimoaldi** regis aduentum imperator: dimissa beneuenti obsidione Neapolim proficiscitur: cuius tamen exercitum **Micola** capuanus comes: iuxta fluenta caloris fluminis: qui usq; hodie pugna dicitur: uahementer attriuit. Postquam uero imperator Neapolim peruenit: unisex eius opimatus cui nomen **Saburrus** erat: ab Augusto ut fertur uiginti milia militum expetit. Seq; cu **Romaldo** pugnatum: uictoremq; sponndit. Qui cum accepto exercitu ad locum cui nomen **Foritius** est: aduenisset: ibiq; castra posuisset. **Grimoaldus** qui iam Beneuentum aduenerat: haec audiens: contra eum proficisci uoluit. Cum tunc **Romaldus**. Non est opus inquit: sed tantum nobis partem de uestro exercitu tribuite. Ego deo fauente cum eo pugnabo: & cum uice-ro maior utiq; gloria potentiae uestra ascribetur. Factumq; est ut accepta aliqua parte de patris exercitu: pariterq; cum suis hominibus contra **Saburrum** proficiscitur: qui prius q; bellum cum eo iniret: a quattuor partibus tubas insonare praecipit. Cumq; utraq; acies forti intentione pugnarent: tunc unus de regis exercitu nomine **Amangus**: qui contum regium ferre erat solitus: quendam Graeculum eodem contu utriq; manibus fortiter percutiens: de sella super quam equitabat sustulit: eumq; in aera supra caput suum leuauit. Quod cernens graecum exercitus: immenso pauore perterritus in fugam conuertitur: ultimaq; pernicie caesus: sibi fugiens mortem: **Romaldo** & Longobardis uictoriam peperit. Ita **Saburrus**: qui se imperatori suo uictoriae trophaeum de Longobardis promiserat patrare: ad eum cum paucis remeans: ignominiam deportauit. **Romaldus** uero patrata de inimicis uictoria: Beneuentum triumphans ingressus est: patriq; gaudium: & cunctis saeueritatem sublato hostium timore conuexit. At uero **Constantis** Augustus: cum nihil se contra Longobardos gessisse conspiceret: omnes saeueritiae suae minas contra suos: hoc est romanos controrsit. Nam ingressus Neapolim Romam perrexit: cui sexto ab urbe miliario **Vitalianus** papa cum sacerdotibus & romano populo occurrit. Qui Augustus cum ad beati Petri lumina peruenisset: obtulit ibi pallium auro textum: & manens apud Romam diebus duodecim omnia quae fuerant antiquitus instructa ex aere: in ornamentum ciuitatis deposuit in tantum ut etiam basilicam beatae Mariae: quae aliquando Pantheon uocabatur: & condita fuerat in honorem omnium deorum: & iam ibi per concessionem superiorum principum: locus erat omnium martyrum discoperiret: regulasq; aereas exinde auferret: easque simul cum omnibus aliis ornamentis Constantinopolim transmitteret. Deinde reuersus imperator Neapolim in itinere tyreno perrexit ciuitatem regiam.

Luceria  
Agerentia  
Romaldus  
Sesualdus  
Grimoaldus  
Gisa  
Gesualdus  
Saticus fl.  
Calor fl.  
Saburrus  
Foritius  
Amangus  
Vitalianus  
Pantheon  
Aerog tegule templi  
pantheon

Ingressusq; Siciliam per in dictionem septimam habitauit Syracusas: & tales afflictiones in suo populo seu habitatoribus uel possessoribus Calabriae: Siciliae: Africae: atq; Sardiniae excuit: quales antea nunq; audita sunt: ita ut etiam uxores a maritis uel filia parentibus separentur. Sed & alia multa & inaudita harum regionum populi sunt perpeffi: ita ut alicui spes uitae non relinqueretur. Nam & uasa sacra: uel cimelia sanctarum dei ecclesiarum: imperia: li iussu: & graecorum auaritia sublata sunt. Mansit autem imperator in Sicilia ab in dictione septima: usq; in duodecimam. Sed tandem tantarum iniquitatum poenas luit. At qui dum se in balneo laualet: a suis extinctus est. Et ibidem magna cum solennitate a suis ut decuit tumulo traditus est: **Caput octauum.**

**I**nterfecto igitur apud Syracusas Constante ipatore Meretius in Sicilia regnum arripuit. Sed absq; orientalis exercitus uoluntate: contra quem Italiae milites: alii p Histria: alii p ptes Capanae: alii uero a partibus Africae & Sardiniae uenientes: in Syracusas eum uita priuarunt. Multiq; ex iudicibus eius obruncati Constantinopolim pducti sunt: cu qbus pariter & falsi imperatoris caput est deportatum. Haec audiens gessarracenus: quae iam Alexandriae & aegyptu puaferat: subito cu multis nauibus uenientes: sicilia inuadit. Syracusas ingrediuntur multaq; stragem faciunt populog: uix paucis eui detribus p munitissima castra & iuga cofugerunt motiu Auferetes quoq; praedam nimiam & oem illu quem Constantis Augustus a Roma abstulerat ornatum i re & diuersis speciebus: sicq; Alexandria simul reuersi sunt. Porro regis filia: qua de Beneuento obsidis noie sublata diximus: Sicilia ueniens die suu clausit extremu. Igitur extincto ut diximus apud Sicilia Constante Augusto: punitoq; qui ei successerat Meretio tyrano: romanog; regnu Constantinus Constantii Augusti filius suscepit regedu: romanisq; principatus est annis decē & septē. Constantii sane temporibus Theodorus archiepiscopus & Adrianus histribus abbas extens: uir aequae doctissimus a Vitaliano tunc papa missi in Britannia: plurimas ecclesias Anglorum doctrinae ecclesiae fruge fecerunt. E qbus etia Theodorus archiepiscopus peccatiu iudicia qris. Sed pro uno quoq; peccato q; poenitere debeat: mirabili & discreta consideratione uenustissime ac multu notabiliter descripsit. Dum haec geruntur: haereticus apud Constantinopolim orta est: quae ita opinado errauit: quia una in dno nro iesu xpo uoluntate & operatione asseuerabat. Haec aut haereticus excitauit Gregorius patriarcha constantinopolitanus: Macharius Pirrus Paulus & Petrus. Qua ob cam Constantinus Augustus centum quinquaginta episcopos cogregari fecit: inter quos uerunt etia legati sanctae romanae ecclesiae missi ab Agathone papa Ioannes diaconus: & Ioanes Portuensis episcopus: qui oes eandē haereticus damnauerunt. Ea hora tantae araneae telae in medio populi ceciderunt: ut oes mirarentur: ac per hoc significatu est: quod sordes haereticus prauitatis depulsa sunt: & Gregorius quide patriarcha correctus est. Cateri uero in sua defensione perseuerates: anathematis sunt ultione copulsi. Eo tempore Damianus Tycinensis ecclesiae episcopus sub noie Mansueti Mediolanensis archiepiscopi: ac de causa satis uilem: rellaq; fidei epistola coposuit: quae in praefata synodo non medio cre suffragiu tulit. Recta autē & uera fides est: ut sicut in domino nostro iesu christo duae sunt naturae: hoc est dei & hominis: sic etia duae credantur esse uoluntates siue operationes. Vis audire de eo quod deitatis est: Ego inquit & pater unum sumus. Vis audire quod humanitatis: Pater maior me est. Certe secundum humanitatem cum euagelista ait: iesus autē dormiebat i puppi super ceruical. Vide diuinitatem: Tunc surgens imperauit uentis & mari: & facta ē tranquillitas magna. Haec est sexta synodus uniuersalis Constantinopoli celebrata: & graecorum sermone conscripta: tempore papae Agathonis: & obsequente & resistente Constantino principe intra septa palatii sui. **Caput nonum.**

**D**ehinc apud Constantinopolim imperator moritur Constantinus: & eius minor filius Iustinianus romanorum regnum suscepit: cuius per decem annos gubernacula tenuit: ac Africam a farracenis abstulit & cum eisdem pacem terra mariq; fecit. Hic Sergium pontificem: quia in errorem illius synodi: quam Constantinopoli fecerat: fauere & subscribere noluit: misso Zacharia protospatario suo iussit Constantinopolim deportari. Sed militia Rauennae: uicinarumq; partium: iussa principis nefanda contempnens: eundem Zachariam cum contumeliis ab urbe Roma & iniuriis expulit. Contra hunc Iustinianu Leo augustalem dignitatem arripens: eum imperio priuauit: regnumq; romanorum tribus annis regens: Iustinianum exulem in Ponto seruauit. Rursusq; Tyberius contra hunc Leonem insurgens: regnum eius inuasit. Eumq; toto quo ipse regnauit tempore in eadem ciuitate in custodia permaxima tenuit. Hoc tempore Aquilegiae ob imperitii fidei: quantum uniuersale concilium suscipere diffidit: donec salutaribus beati papae Sergii monitis instructa: & ipsa huic cum ceteris Christi ecclesiis annuere consentit. Facta est autem haec synodus Constantinopoli temporibus papae Iulii sub Iustiano principe contra Theodorum: & omnes haereticos: qui beatam Mariam solum hominem non deum: & hominem genuisse affir-

Inductio septima  
Cimelia .i. reliquiae dicitur graeca  
Meretius  
Sarraceni  
Constantinus constantij filius  
Theodorus  
Adrianus  
Vitalianus  
Gregorius patriarcha constantinopolitana  
Macarius  
Pyrrhus  
Paulus  
Petrus  
Agatho papa  
Ioannes diaconus  
Ioannes portuensis  
Damianus  
Mansuetus  
Synodus sexta constantinopolitana  
Iustinianus  
Sergius  
Zacharias  
Leo  
Tyberius  
In ponto  
Sergius  
Iulius  
Theodorus haereticus  
Synodus alia constantinopolitana

Anchis

Terebellus

Leo

Tiberius

In ponto

Gallicius

Cyrus

Philippus

Philippus

qui et

Dardanis

Constantinus

papa

Anastasius

Arthemius

Alexarchus

Scholasticus

Anastasius

Arca

Theodosius

Leo

Lintpradus

Paulus

Peredeo

Leo impator imaginis  
formae concemari  
fecit repugnante  
germano patriarcha

Germanus

Anastasius

10. Iul. 467

mant: In qua synodo catholice est institutum: ut beata Maria semper uirgo Theothocos di-  
ceretur: quia sicut catholica fides habet non solum hominem: sed uere deum & hominem genuit.  
Hoc tpe apud Gallias in francog: regnu Anchis Arnulfi filius: qui de noie Anchise quoda tro-  
iani creditur appellatus: sub noie maioris domus gerebat principatu. At uero Iustinianus qui  
amisso principatu in pto exulabat: auxilio Terebelli Burgarog: regis regnu rursus recipiens  
eos qui se expulerat patritios occidit. Leone quoq: & Tiberiu qui locu eius usurparat: cepit:  
& in medio circo cora oi populo iugulari pcepit. Gallicinu uero patriarcha Costantinopoli-  
tanu erutis oculis Romam misit: Cyruq: abbatem qui eu in pto exule aluerat: epm in loco Gallici-  
ni constituit. Hic constantinu papa ad se uenire iubes: honorifice suscepit ac remisit. Quem pro-  
stratus i terra pro suis peccatis itercedere rogas: cuncta eius ecclesie priuilegia renouauit. Qui  
cu exercitu in pto mitteret: ad coprehedendu Philippu: que ibi relegauerat: multu eu idē  
uenerabilis papa pbibuit: ne hoc facere deberet. Sed in inhibere no potuit. Exercitus quoque  
missus contra Philippu fuerat ad parte se Philippici cotulit: euq: imparore fecit: qui Costanri-  
nopolim contra Iustinianu ueniens: cu eo ab urbe miliario duodecio pugnauit: uicit & occidit:  
regnuq: eius adeptus ē. Impauit autē Iustinianu cu filio Tiberio i hac se da uice annis sex: que  
Leo i expulsioe illius nauibus detruncauit. Qui post itera assumpto ipio: quoties desuete gut-  
ta reumatis manu dererit: pene toties aliquos ex his q contra eu fuerat: iugulari pcepit. Atue-  
ro Philippicus q & Dardanis postq ipiali dignitate confirmatus ē. Cyre de quo dixeramus de  
pontificatu eiecu ad gubernadu monasteriu suu: Ptozum redire pcepit. Hic Philippicus Con-  
stantino papa Ihas prauu dogmatis direxit: quas ille cu apostolica sedis consilio respuit: & huius  
rei ca fecit picturas i porticu sancti Petri: que & gesta sex sanctag: synodu uniuersalu cotiner-  
na & huiusmodi pictura cu herentur in urbe regia Philippicus iusserat auferri. Statuit popu-  
lus ne heretici ipatoris nomen aut charta aut figura solitas suscipent. Unde nec eius effigies i  
ecclesia introducta est: nec nomen ad missarum solennia platum. Cap. x.

**H**ic cum annu unum & sex mensibus regnu gessisset: contra eu Anastasius: q & Arthemius  
us dictus est insurges: eum regno expulit: oculisq: priuauit: nec in occidit. Hic Ana-  
stasius Ihas Constantino papa Romam p scholasticum patritium & ex archu Italiae dire-  
xit: quibus se fauore catholice fidei: & sancte sexte synodi uel cociliu pdicatorē esse  
declarauit. Hoc tpe Anastasius ipator classe in Alexandria contra sarracenos direxit: cuius exer-  
citus ad aliud uersus comu ab itinere medio Costantinopolitanu urbē regressus: Theodosiu  
orthodoxu ingrens: ipatorē elegit. Atq: coactu in solio ipiali confirmauit. Qui Theodosius  
apud Nicea ciuitate Anastasiu grau pmo uicit: datoq: sibi sacrameto eu clericu fieri: ac psby-  
teru fecit ordinari. Ipse uero ut regnu suscepit: mox in regia urbe imaginē illa uenerada i qua  
sanctae synodus erat depicta: & a Philippico fuerat deiecta: pristino in loco erexit. His die-  
bus ita tiberis fluuius inundauit: ut alueu suu egressus: multa romanae fecerit exitia ciuitati:  
ita ut uia lata ad unā & semis staturā excreceret. Atq: sci Petri usq: ad pote miliu aqua descē-  
dētes cōtingerēt. Mā sit aut diebus septē: donec a genibus Ieremias crebras ciuibus octauo demū  
die reuersa sunt. Inter hac defuncto ipatore Theodosio: q uno solū mō iperiu rexerat anno:  
eius in loco Leo Augustus subrogatur. Hoc ē tpe eadē sarraceno gens cu imēso exercitu Co-  
stantinopoli circū dedit: ac p cotinuū trieniū obsedit: donec ciuibus multa instatia ad deū cla-  
mātibus: plurimi eog: fame & frigore: bello: pestilētia: fameq: pirēt: ac sic ptes obsidionis ab-  
scenderēt. Qui inde egressi uulgarog: gentē: quae est supra danubiū: bello aggrediūtur: & ab  
hac quoq: uicti: ad suas naues refugiūt. Qui cu altū peterēt: irruēte subita tēpestare plurimis  
ēt meris siue cōtritis nauibus pierūt. Intra Costantinopolim uero trecēta milia pestilētia pie-  
runt. Hac tēpestare Leo ipator apud Costantinopolim scōg: imagines de positas incēdit: roma-  
noq: potifici similia facere si impialē gām hīe uellet: mādauit. Sed potifex hoc facere cōte-  
psit: oēs quoq: Rauēnae exercitus uel Venetiag: talibus iussis uno aīo restiterūt: & nisi eos potifex  
phibuisset: impatorē sup se constituere aggressi fuissent. Eo tpe Lōgobardog: rex Lintprā-  
dus Rauennā obsedit: classem iuasit atq: destruxit. Tūc Paulus patritius extra Rauennā misit  
qui potificē interimerēt. Sed Lōgobardis p se defēsiōe potificis repugnātibus: Spoletanis in  
solario positus: & ex aliis ptibus Lōgobardis tuscis resistētibus: consiliū rauēnatū dissipatum  
est. Rursus cu Rauennā Lintprādus regis nepos: & Peredeo Vicētinus dux obtinerent: irruētī-  
bus subito Venetis: Lintprādus ab eis captus est. Peredeo uiriliter pugnās occubuit. Per idem  
tēpus Leo Augustus ad peiora progressus est: ita ut cōpelleret omnes Constantinopolim habi-  
tantes: tam ui q blandimentis: ut deponerent ubicunq: haberent imagines: tam saluatoris quā  
eius sanctae genitricis uel omnium sanctorum: easq: in medio ciuitatis incendio concremari fe-  
cit: & quia pleriq: e populo tale scelus fieri praepediebant: aliquanti ex eis capite truncati: alii  
parte corporis mulēti sunt. Huius erroris Germanus patriarcha non consentiens: a propria  
se de depulsus est: & eius in loco Anastasius praesbyter ordinatus est.

In hoc codice continentur uita imperatorum romanorum a diuo Iulio Caesare usque ad Nu-  
merianum a diuersis auctoribus elegantissime compositae:

Caii Suetonii Tranquilli de uita. xii. Caesarum libri. xii:

- Hadriani uita per Helium Spartianum.
- Aelii Veri uita per Helium Spartianum.
- Antoninus Pius per Iulium Capitolinum.
- Marcus Antonius philosophus per Iulium Capitolinum.
- Verus per eundem Iulium Capitolinum.
- Didius Iulianus per Helium Spartianum.
- Commodus Antoninus per Helium Lampridium.
- Helius Pertinax per Iulium Capitolinum.
- Auidius Cassius per Vulcatium Gallicanum.
- Seuerus per Helium Spartianum.
- Pescennius Niger per Helium Spartianum.
- Antoninus Caracalus per Helium Spartianum.
- Antoninus Geta per Helium Spartianum.
- Antoninus Varius Heliogabalus per Helium Lampridium.
- Diadumenus Antoninus per Helium Lampridium.
- Opilius Macrinus per Helium Lampridium.
- Clodius Albinus per Helium Lampridium.
- Alexander Seuerus per Helium Lampridium.
- Miximinus pater & filius per Iulium Capitolinum.
- Gordiani tres per Iulium Capitolinum.
- Maximus siue Pupienus: & Balbinus per eundem.
- Valeriani duo per Iulium Capitolinum.
- Galieni duo per Iulium Capitolinum.
- Saloninus Galienus per Iulium Capitolinum.
- Triginta tyranni per Iulium Capitolinum.
- Cynades. Posthumi duo. Lollianus.
- Victorini duo. Marius. Ingenus.
- Regillanus. Aureolus. Macrini duo.
- Quietus. Odenatus. Herodes.
- Meonius. Balista. Valentes duo.
- Piso. Aemilianus. Saturninus.
- Tetrici duo. Trebellianus. Herennianus.
- Timolaus. Celsus. Zenobia.
- Victoria. Titus. Cenforinus.
- Diuus Claudius per Trebellianum Pollionem.
- Diuus Aurelianus per Flauium Vopiscum.
- Tacitus per eundem. Florianus per eundem.
- Probus per eundem. Firmus per eundem.
- Proculus per eundem. Bonofus per eundem.
- Carus per eundem. Carinus per eundem.
- Numerianus per eundem Flauium Vopiscum.

Eutropii: ac Pauli Diaconi de gestis romanorum historia ab urbe condita usq: ad Anastasii  
tempora seriatim ac succincte notata:

Habescandi de lector Caesaru uitas paruo aere: quas olim anxius quaerebas maxima lucubra-  
tione a uiris praestantissimis emendatas.  
Quae omnia accuratissime Venetiis impressa sunt per Bernardinum nouariensem anno a na-  
tali christiano. M. cccc. lxxxviii. Kal. octobribus.

F I N I S



Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Main body of faint, illegible text, appearing as bleed-through from the reverse side of the page.

A list of names or terms, possibly bleed-through from the reverse side, arranged in two columns.

Faint text at the bottom of the page, likely bleed-through from the reverse side.

2 1 1 1 2

Blank page with significant foxing and staining, showing signs of age and wear.



